





1575









A XXIX. Par

5/6


4791/A


329

22954

Vol. I only

Hud. 503
9.12.09





Joannes Silvius de prato ffraxina
in agro Glocestri

Thomas Langley · 1576 · May 7.

AVREOLI
THEOPHRASTI PARACELSI
EREMITÆ, PHILOsophi summi

OPERVM LATINE redditorum

TOMVS I.

Cum gratia & priuilegio Cæsar. Maiest.




BASILEÆ.

Ex officina Petri Pernæ, 1575.

Quæ in hoc volumine contitur, sunt:

Archidoxorum libri X.
de Vita longa libri V.
de Tribus ſubſtantijs primis ſiue principijs liber I.
cum deſcriptione Laudani.
de Natura rerum naturalium lib. VII.
de Natura hominis lib. I.
de Spiritu vitæ lib. I.
de Viribus membrorum principalium.
de Tinctura phiſicorum.
Liber Vexationum.
Manuale, ſiue de Lapide philoſophor.
de Compoſitione metallorum.
de Gradationibus.
de Cementis.
de Præparationibus lib. V.
& de Antimonio.
de Elleboro.
de Poroſa.
de Perſicaria.
de Gradibus & Doſibus lib. VII.
& in hos eiuſdem ſcholia,
de Modo medicamenta adminiſtrandi.

DO-



DOMINO ADOLPHO HERMANNO RIEDESEL IN EISENBACH, VIRO nobilitate & doctrina excellentissimo, amico syncerissimo, salutem optat maximam.





VE Madmodum non omnis fert omnia tellus, Vir clarissime, sed regiones singulæ sua peculiaria commoda & incommoda producunt: ita quoque Dei liberalitate (qui cuncta potest efficere sua diuina voluntate, ac ex immenso thesauro omnia gratis largitur) singulæ hominum ætates habent sua bona, quibus plurimum inter se differũt ac rerum ostendunt miras vicißitudines. Nihil enim sub hoc amplißimo cælo existit firmum ac stabile: Omnia orta intereunt, ac vnius interitus est alterius ortus: Singula paulatim crescunt, donec ad summũ perueniant statum, ex quo iterum descendunt ac tendũt

Vnius corruptio alterius est generatio.

ad interitum, suscipiuntque nouas formas. Sic tres Ecclesiæ mutationes factas esse, vtpote naturæ, legis, & gratiæ manifestè constat, quas nonnulli dum non intelligerent, malè finxerunt diuersos ipsis præesse Deos, quasi Deus Legis foret seuerissimus ac truculentissimus, nunc autē gratiæ mitissimus & clementissimus, cùm sit vnus ac idē Dominus ac Deus, quo ab omni æternitate absque omni fine ac mutatione in eadem natura permanente, mutationes fiunt innumeræ. Artes cùm liberales, tum mechanicæ in vniuerso terrarum orbe, & singulis eius partibus mirabiliter nascuntur, crescunt ac florent, postea iterū languescunt ac decrescunt, non aliter atque animalia & plantæ, suaque habent tempora. Hominū studia vnà cum ætatib. miras subeunt mutationes. Fuimus diu in tempore garriendi, iam tempus sciendi instare quis negabit? Leges posteriores abrogant priores. Florentissimæ respublicæ funditus euersæ sunt, aliæ vicissim exiguis principijs ad summa peruenerunt fastigia. Terra, singulæque ipsius partes qualibet ætate nouas extrudunt facies: Nam Germania nostra olim fuit adeò

rudis

rudis, deserta, palustris & inculta, vt constans rumor sit ad exteros sparsus, Germanos inhumaniter ferarũ more viuere. Vnde Galenus lib. primo de Sanitate tuenda, ait, se hominibus scribere, non autem magis agrestib, & barbaris Germanis, quàm apris, vrsis, & leonibus, quòd pueros recenter natos deferrent ad flumina, ac illic in aqua gelida probarent, num corpora forent firma. Nostro iam tempore quàm sit exculta & polita, non solùm Germanis finitimisq; nationibus notum est, verùm & extremis Indis. Hanc si inspiceret Cornelius Tacitus, herclè eam vix amplius agnosceret, ac nimirùm exclamaret de statu: Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo. Contrà fuit regio Palæstina fertilißima, (vt Spiritus sanctus docet) nunc autẽ barbarie oppressa, deserta, ac senio confecta iacet. Eodem planè modo medicina verũ Dei munus sæpius mutationes sensit: Quia mundi IEHOVA primis hominibus, qui naturaliter vixerunt, maximam naturæ cognitionem cum longa vita est largitus. Cæterùm peccato nimiũ paulatim crescente, vsq; adeò ignorantia successit scientiæ,

De medicina Galenus aut theologia Scotistę

tenebræ luci, vt Dominus non solùm homines morbis affligeret, sed etiam diluuio omnes, præter admodum paucos, perderet, cum quibus prima & præclara scientia naturæ, maxima ex parte interijt. Hermes quidē dicitur postea duas lapideas tabulas reperisse, in quibus veteris medicinæ & totius naturalis scientiæ vestigia restabant, sed ars vera nec illic erat inscripta, nec homines eam à Noe, alijsq; rectè didicerunt. Ideoq; destituti vera arte, & etiam morbis in genus humanum sæuientibus, ad obseruationes confugerūt, quibus vnà cum reliquijs tantum successu temporis effecêre, vt artē quandam colligerent, de qua Hyppocrates meminit dicens. Medicina est antiquissima, cuius principium & methodus sunt inuenta, per quam omnia vsu ac tempore comprobātur, tum priora, tum ea, quæ adhuc restant. In lege idem ait, medicinam omnium artium præclarissimam esse: sed propter ignorantiam eorum, qui eam exercent, & ob vulgi ruditatem, quòd istos medicos esse iudicat, eò deuenit, vt cunctarū artium longè vilissima censeatur. Simillimi {deniq;, dicit, huiusmodi sunt medici perso-

personis, quæ in tragœdijs introducuntur. Vt enim illi figuram, habitum, & personã eorum gerunt, quos referunt, ac nihilominus re vera tales non sint: ita quidem medici fama & nomine multi, re autem & opere valde pauci. Ex hisce liquet, medicinam ante Hyppocratem fuisse, & syncerius tractatam, quàm vulgus medicorũ ipsius ætate declararit. Hyppocrates verò artem negligentia & inscitia mutilam & lacerã in quendam ordinem redegit, restauravitque. Hanc artem quodammodo restitutam sensim inquinarunt ac obscurarunt posteriores, qui sese profitebantur Hyppocraticos, quum tamen id nequaquam, præterquam nomine erant, quod post annos 700 ab Hyppocratis morte, Galenus multis testatur locis, ac eos obiurgat. Is Galenus autem quasi per transennam Hyppocratis arcana vidit, quæ plurimùm est admiratus, ac varijs laudibus persequutus. Sed ipsi plus satis ad circumstantias externaq; accidentia, quæ amplißimam præbent materiam loquendi deflexit. Hyppocrates paucis res ipsas ex parte docet, quarum exteriora Galenus multis depingit coloribus

Hyppocr. 1. lege.

more oratorum. Non tamen negarim, Galenum quædam egregia effecisse in leuioribus morbis. Ad arcana verò quæ Hyppocrates cognouit, nunquam est ingressus: Quo factum est, vt corporum veras formas non cognouerit, ideoq; eas à corporib. elicere aut separare non valuit. Habuit ergo Hyppocrates dona sua, & Galenus sua, quæ omnia Deus largitus est pro eius libera voluntate, qui noluit veræ religionis contemptoribus omnia tribuere, ne perpetuò nostros agerēt præceptores, & quasi Dominus nequeat suos electos meliora docere, qui maxima promisit dona pijs, imò facit eos participes omnium, quæ in cœlis ac terris existunt, vnde Socratis illa prodijt ratiocinatio, Omnium amicorum sunt communia: boni & Deus sunt amici: omnia igitur sunt ipsorum communia. Infideles verò, ait, se non agnoscere, sed peccatores punire peccato, vt vero scopo aberrent. Verùm medicina est res sancta, & Dei munus. Quod medius fidius extra ecclesiam apud Turcas, validos osores Christi, Iudæos perfidos, Tartaros, aliosq; veri numinis irrisores non magis quærendum, quàm in Ecclesia est

Medicinæ laus.

Christiani longè exactius medicinam habēt cæteris nationibus.

tia est, propter quam æterna medicina descendit ex cœlo, eamq; curauit. Quid igitur quærimus apud ipsos, qui nihil solidi habent? Confugiamus ad æternam sapientiam omnis boni causam, non ad animales homines, quorum opera sunt peccata. Initium sapientiæ timor Domini: omnia quæ petimus in ipsa, offert Dominus. Quòd si propter nostras iniquitates continuò non omnia adsequamur, & in abdita naturæ non intromittamur, pulsabimus acriter, & simul orabimus supplices, quò per verũ ostium, non tectum ingrediamur. Hæc tria cum Theophrasto videmus medico inprimis necessaria, videlicet veri diligentissima inquisitio, pulsus acris, siue constantia in quærendo, & oratio pia, quibus discipulis ac vnctis nil non tribuit Deus. Hinc incipiamus nostros canones, non ex proprijs & obscuris animi conceptionibus. pudeat nos, iuramento dato à vero duce deficere (qui cuncta largitur, omnia vincit, & in sua potestate quæq; habet) in aliena castra sordibus plena. Cogitemus omnes morbos omnemq; mortem esse peccati pœnam, quam nemo potest mitigare, longè

minus totam auertere, nisi fuerit instructus excellenti aliqua re à Deo tradita. Quemadmodum enim Christus verus Dei filius nos redemit ab æternis morbis: sic oportet medicum corporis morbos arcere & curare, quousque tempus dissolutionis veniat, quod certè fieri non potest absque cœlesti medicina, quam Deus firmam, certam ac efficacem donat suis contra peccati operationes, quò agnoscamus per eam longè diuiniorem medicinam, eiq; respondeat nostra. Et Christus ipse professus est se medicum esse, qui mortuos excitauit, varijs afflictos morbis pristinæ valetudini restituit diuina virtute & externis medijs, vt saliua & pulueribus. Sæpe etiam solùm dixit ægroto, Remittuntur tibi peccata tua: ac statim reualuit. Samaritanus oleum & vinum infudit vulneribus, quibus suum præstitit officium: Quia omnia creator, cœlum, elementa, et vniuersa quæ ex ipsis nascuntur, in vsus hominis fecit, vultq; nos ea inquirere ac vti, ad hominum vtilitatem ipsiusq; immensam gloriam. Quamobrem firmamentum siue cœlum, vniuersa inferiora mouens, diligenter consideran-

Christus fuit medicus.

Balsamum Samaritani.

Microcosmi anatomia necessaria.

dum

dum, eiusq; virtutes mirabiles in rerum mutationibus obseruandæ sunt, quorum ignarus nemo est dignus nomine medici. Tertio loco elementa occurrunt, & quæcunq; ex ipsis nascuntur, quo maioris ac minoris, hoc est hominis singulæ partes sint notæ. Cohærent namque partes vtriusque mundi certa proportione, cognatione & necessitate, quæ Spagyrica ars, corpora in simplicissima resoluens, ac formas efficacissimas eorum demonstrans, imperfecta absoluens, euidentissimè oculis subijcit. Hanc aut intactam medici prorsus ante nostrũ Theophrastum reliquerunt, aut nimis frigidè tractarunt, licet ipsa sit anima & spiritus totius artis, quod optima experientia omnium certissimum examen ipsi coniungatur, quæ generalia, omnesq; communes sententias à Deo per cælum, elementa & secunda corpora composita rationi data in lucẽ producat, explicet, probet, ac in vsum commodissimum transferat, quo & sensus & ratio simul apprehendant ipsas res, non vmbras: Nam tota medicina est dispersa per omnia corpora naturalia, & nihilominus membra ipsius se inuicem cognoscunt,

& necessario cohærent vinculo. Nec aliunde ipsam colligemus quàm ex ipsis mundi partibus, quas semper inspiciemus ac diligentissimè legemus. Certiora enim docent, quàm omnes libri hactenus de hac arte cōscripti: & vniuersus mundus vna est pharmacopœa, hoc est, naturæ officina, quæ res continet ac producit veras, hominibus commodissimas, non fictas & inutiles. Hinc constat, medicinam esse artem sanctam, firmam, & certissimam, effectusq; ipsam probat, non pecunijs, quòd summi numinis sit donum, & cœlum, elementa, totusq; mundus non mutetur, ac semper eandem seruent cum humano corpore anatomiam, in qua talem & tantam palpamus manibus, & oculis videmus certitudinem, vt magis magisq; doleamus, nos tam diu oleum & operā (quod dici solet) perdidisse in medicina rudiori, qua tamen & nos aliquot aureorū millia lucrati sumus, & adhuc opes & nomen possumus eadē cōparare, si meliorem nos Theophrastus non docuisset, & quotidie cum natura doceret.

Officium Medici.

Non enim medicina (vt iam diximus) constituta est per hominum opiniones, sed

Deum & naturam, quæ constanter magnaq́; energia agunt, omniaq́; ad optimum finem deducunt. Itaque intueamur, consentiente omnipotente Deo, naturam, quæ mirificè explicat varijs modis maiestatem Domini, atq; ad eandem inuitat nos, quò cognoscamus omnium cohærentiam. Probabimus ergo artem cœlesti doctrina & experientia, nec concedemus argumenta huiusmodi: Hyppocrates vel Galenus dixit, ergo verum esse oportet. Sed talia, Aeterna sapientia dixit, aut natura demonstrat, ergo verum est: (quæ ἐπίδειξις tam est maxima, vt negantes, eos Galenus stultos vocauerit.) Si medicina hactenus vulgaris, et multis libris promulgata foret vera, doctissimi eius artis essent quoque præstantissimi in morbis curandis, quod falsum esse lippis & tonsoribus notum est: id plurimis declararem exemplis, nisi existerent odiosa. Perpendat quisq; secum, num præceptis experientia respondeat. Est profectò res turpis, tanta conscribere volumina, & viam alijs indicare, quæ adeò est fallax, vt sæpe mulieres ipsos vincant in morbis curandis. Est adhuc longè turpius doctori cũ

culpa redarguat ipsum. Præterea cernimus adeò caduca esse artis principia à plerisq́ posita, vt nec à Deo veraq́ natura originem ducat, vel probam ignis ferre queat, qui stramen & chartas citò absumit, quibus sublatis, ars perit. Quapropter eximie vir, non est mirum, si medicinæ fiet restauratio hisce nostris temporibus, quibus Deus sempiterna lux mira reuelat. Quia ipsi displicent hominis terreni figmenta: sua autem bona, quæ sunt certa ac sancta, amat et manifestari cupit. Nihil enim, teste Spiritu sancto, adeò reconditum est, vt non reueletur: & nihil adeò occultum, quod non sciatur. Ideò nos trito prouerbio dicimus, Tempus proferre rosas. Sophocles inquit: πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν, ὡς ἅπανθ' ὅρον, καὶ πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος. Plutarchus vir grauis & doctus in Problematis inquirens causam, ob quam veteres Saturno tectis capitibus sacrificarunt, arbitratur voluisse per id significare, veritatem tectam ignotamq́ esse, quam tempus euoluit atque detegit. Quod Saturnus, qui dicitur κρόνος, quasi χρόνος, hoc est tempus, æstimetur temporis Deus & author. Signis multis discere possu-

re poſſumus inſtare mutationes: quoniam impoſturæ in ſummum ſuum gradum aſcenderunt. Item ſi nos repetamus hiſtorias, aut hiſtoricos legamus diligenter, inueniemus bona & mala ſimul creuiſſe, non quòd ſint idem, aut pariter in eodem exiſtant, verùm ſingula in ſuis, omniaq́ꝫ tendant in ſuo ordine ad ſumma faſtigia. Quemadmodum exquiſitis morbis, exquiſita remedia, ita extremis temporibus extrema conueniunt. Hæc cùm ita ſint, nemo ſanæ mentis ægrè feret, nos omnes intendere vires, vt certam & nouam hominibus medicinam, ab æterno vtroq́ꝫ medico promanantem introducamus, ac veterẽ, quæ vmbram veræ refert, omittamus, præter obſeruationes, quas ad veras noſtras regulas pulchro ordine referemus, easq́ꝫ explicabimus. Nam hæc ars nos ita in naturæ arcana introducit, morbos quaſi digito demonſtrat, ac remedia ſubtiliſſima & perfectiſſima, quæ morbos omnino tollunt, oſtendit ac præparare docet. Siquidem iſtæ rerum formæ efficaciſſimæ, à materia craſſa & ſtupida ſeparantur, quarum vnus ſcrupulus tantum præſtat, quantum cum ſua

materia integrum pondo. A formis enim, vt & philosophi testantur, omnes actiones prodeunt, materia verò sustentat eas, ac impedit, quò minus formæ siue qualitates penetrent, sibiq; similibus & laborantibus in minori mundo succurrãt, officiumq; præstent. Quodq; enim corpus extra hominem habet in homine aliquid sibi cognatum & simile, quod accedit & iuuat quoties sumitur. Sic Euphragia oculis medetur sua forma, quæ ex stomacho ascendit ad oculos, & suum quærit cognatum, illiq; fert suppetias, non aliter atq; species siue formæ rerum singulæ conantur sibi simile producere, suasq; species conseruare ne pereant. Et sicut anima huius mundi reb. caducis immersa, non sapit ea, quæ sunt spiritus, ita quoq; formæ nimium alligatæ & inuolutæ nequeunt obire sua munera. Ars autem Spagyrica optimè separat, aptasq; reddit ad penetrandum, suisq; membris succurrendum. Quare nemo mirabitur discipulos sapientissimi Theophrasti radicitùs tollere morbos, hactenus apud mei similes Galenistas incurabiles, quales sunt podagra, epilepsia, paralysis, hydrops, morbus Gallicus

Omnis actio à forma prodit.

cus & lepra: quòd arcana seu formæ abstractæ omnia penetrent, purgent, pristinæq́; valetudini per omnia corpus restituant, auxilium ferendo, non extrahendo quicquam violenter, sed attenuata mala educit, bona conseruat & confirmat, cum quibus etiam permanet. Hæc hucusque non prodierunt in lucem: quòd singula debeant fieri suis temporibus. Velim idcircò omnes medicinæ studiosos admonitos, ac propter communem reipublicæ vtilitatem adhortatos, vt mentis aciem intendant, bona oblata ambabus vlnis amplectantur, tempori sapientum more inseruiant, in philosophia alchimicisq́; diligenter se exerceant: DEVM in primis, postea vniuersum mundum ac singulas eius partes in homine probè discant & obseruent: imposturas, mendacia, aliaq́; similia fugiant, nec tradant se otio, externis depictisq́; accidentibus, quibus semper laruati esse coguntur, nunquam libero & naturali vultu. Ad hanc diuinam artem præclarè septem libri Theophrasti de Gradibus & Compositionibus præ cæteris viam sternunt, quib. intellectis mirificè animus

illuſtratur, quod hactenus abſq; omni ferè fructu plurimi, gradus & compoſitiones externis qualitatib. conſtituer. [illegible] ſcripſerunt, quæ debuiſſent comp[illegible] reſolutione veraq; anatomia inſp[illegible]re, quemadmodum noſter Theophraſtus naturam diligentiſſimè obſeruans lo[illegible] magnisq; laboribus (quos lumen n[illegible]uræ vtiliſſimè promouit) gradus om[illegible] nioſiſſimè ad quatuor elementa omni[illegible] corporum concretorū ſimpliciſſima reduxit, tribuitq; ſingulis parentibus magna iuſtitia ſuos liberos. Nam elementa nihil aliud ſunt, quàm matrices & prima corpora cōpoſita, in quibus omnia reliqua n[illegible] a naſcuntur. Non tamen in quouis elemento quoduis oritur corpus, verùm ſingula gignunt ſua. Sic terra eſt ſuorum mater, & aqua producit ſua: Eodem modo aer [illegible] gnis parturiunt ſua. Tria itaq. [illegible]unt corpora prima & ſimpliciſſi[illegible] ſulphur, ſiue Reſina, Sal, & liquor, q[illegible] mercurius & cotoranium dicitur, quæ nemo animum debet in[illegible]re, noſtrum eſſe ſal, ſulphur & me[illegible]rium vulgi, quod horū ſingula qua[illegible]ſtent elementis, reſoluanturq;

Elementa ſunt corpora concreta.

Tria ſunt corpora ſimpliciſſima.

turq́; in tria prima eiusdem generis simplicissima, è quibus elemẽta multis differunt modis. Nam elementa sunt quatuor, prin- [illegible] quæ sunt corporum simplicissima [illegible] prima: illa verò mixta & prima compositorũ hæc præcedunt, & permanent [illegible] minus in elementis & omnibus compositis siue physicis corporibus. Ipsa elemen[illegible] à sensibus abstracta sunt: quia [illegible] qualitates non insunt ipsis. Terra naturam demonstrat eius progenies, vt plantæ & animalia. Sic quid sit aqua, docent ea, quæ in ipsa gignuntur, vt gemmæ, mineralia & metalla. Nec miraberis elementa carere summis qualitatib: cùm Hyppocrates, Aristoteles, Galenus, aliiq́; philosophi vno testentur ore, elementa nõ inueniri pura. Nullaq́; ἀνάλυσις nec σύνθεσις ostendit quatuor sum̃mas qualitates inesse, [illegible] simul aut altera saltẽ indicaret eas qualitates ipsis solis conuenire: sed contrarium euidenter nobis demonstrant: Quia experimur corpora dissoluendo eò nos ipsos reducere, vt sint omnis qualitatis expertia: Care[illegible]mò omni excellenti qualitate, & [illegible] maior as

diligentior fit secretio, tanto minus qualitates in singulis partib. sentiuntur, quod quidam norunt ex vini spiritu, quem ideò vocant Quintam essentiam, quasi sit naturæ cælestis & non elementaris. Corporibus ex elementis genitis, duas tantùm qualitates tribui, manifestè optimisq́; argumentis in operis principio author docet. Nam quicquid reuera est calidum, id simul est siccũ: & quicquid actu est frigidum, idem existit humidum. Has duas qualitates, frigiditatem & caliditatem Aristoteles & medici vsu didicerunt esse agentes, reliquas duas ponunt patientes, quasi priorib. subijciuntur, et earum sequantur dominium, quod agens redigat patiens in suam naturam. Vnde sufficiant duæ qualitates in gradus compositionesq́; docendo, quas reliquæ necessariò comitantur & amplectuntur. Et licet elementa careant ipsis, tamen ita insunt singulorum corporibus physicis, vt omnia, quæ ex terra nascuntur, sint primi gradus, ex aere secundi, ex aqua tertij, ex igne quarti. Hæc ita se habere physica docent corpora, & ipsa experientia in dissoluendo. Nam videmus ex quolibet elemento nasci

to nasci contraria. Sic ex eadem terra parua portione crescunt calida & frigida, ut absinthium & lactuca: dulcia & amara diuersi generis. Ex iisdem quoque patientibus nascuntur homines diuersæ naturæ, ut frigidi & calidi, graciles & corpulenti, boni & mali. Tibi verò D. Adolphe Hermanne præstantißime, hæc opera philosophica & medica placuit dedicare, quòd probè nouerim non vulgarem tuam in bonis artibus ac linguis cognitionem humanitati & beneuolentiæ coniunctam, & singularem industriam: qui quantum potes, doctos amas fouesque, quæ per Herculem vnà cum splendida generis nobilitate plurimùm te commendant. Deinde cupio hosce eruditißimos libros perpetua & publica nostræ amicitiæ olim Neoburgi Bauariæ apud illustrißimum principem contractæ, pignora esse chara & vincula firma. Non enim dubito quin tibi sint gratißimi futuri, quod studiosis veræ medicinæ cunctisque hominibus plurimùm adiumenti adferent. Nam incredibile dictu est, quantum eiusmodi succinctæ descriptiones & doctrinæ perfectæ ad vniuersam

philosophiam rectè intelligendam conferat. Quoniam ex certissimis principiis & regulis variis & manifestis omnium rerum gradus demonstrat: quibus rectè discemus qualitates eorum, quæ elementa quatuor producunt, & scientiam guam comparamus. Siquidem g rectè cognitis physici & medici conti sciunt rerum status, proprietate tias, cognationes, facultates simplicium & elementorum, vires compositorum, & qua proportione ac methodo res simplices sint componendæ ac usui necessario accommodandæ. Longè plura hæc in recessu habent, quàm prima fronte promittunt. Valeas felicissimè in Nestorios usque annos. Ex Musæo nostro, Esto mihi 1575. Basileæ.

Adam à Bondenstein, Philosophiæ & Medicinæ Doctor.

TYPO-

TYPOGRAPHUS

Lectori benigno & æquo S. D.



Onsilij & instituti nostri, amice lector, summa est, vt Germanis, qui Theophrasti authoris nostri linguã intelligunt, Germanica, externis vero nationibus, quæ eam ignorant, eadem Latina legenda typis nostris proponamus. Id verò nunc integrè præstare difficillimũ est, duabus præsertim de causis: cum quod omnia colligere, quę author toto ferè orbe peregrinus & vagus, vt gallina oua, sparsa reliquit: tum quòd hodie à pluribus eius doctrinæ studiosis auidissimè conquisita pertinacissimè occultantur, & auarissimè detinẽtur, ita vt ferè impos-

sibile videatur, vnius hominis ætate ista omnia vel multa pecunia & labore, quãuis diligentissime id fiat, cõquiri & colligi posse. Quare obiter rogatos velim omnes Paracelsistas, vt tanquam ab eius spiritu prognati, quemadmodum ipse ea scripsit & elaborauit, vt & veræ medicinæ & ægrotis consuleretur, ita & ipsi eadem charitate permoti, in commune consulere velint: & alios qui doctrinam nõ magni faciunt, sed ex alienis laboribus lucrum quærunt, nobis ad communem Reipubl. vtilitatem satagentibus, quæ habent huius hominis scripta, accepto pro nostra tenuitate honorario aliquo, ad imprimendum tradere velint. Cœpimus nunc tandem Latina, quæ (etiam persequemur) per tomos in lucẽ dare, vt extraneorum,

& præ-

& prȩsertim Gallorum desiderio, quantũ in nobis est, satisfaciamus, & Deo bene fauente panes istos pro famelicis plures coquemus. Hoc igitur primo tomo ad viginti volumina ordine quo potuimus meliori & edita antea & non edita Latinè, disposuimus, cum vtili admodum præfatione clarissimi & nobilissimi viri D. Adami à Bodenstein, huius philosophiæ & medicinæ facilè principis. In secundo verò volumine paulò pauciores libros, omnes ad theoriam spectantes, & eos ferè nunquam antea Latinè editos ritè collocauimus. Quæ verò praxim respiciunt, nunc elaboramus, opera præsertim præstantissimi viri Magistri Georgij Forbergij Missnensis, fidelissimè & appositè vertentis, & ordine disponentis tam

Germanica quàm Latina. Cuius etiam partes erant, si præsens fuisset, in suas ipsius versiones præfari: sed cùm hoc tempore tam longè à nobis absit, quamuis per literas petierimus, nihil tamen tempestiuè nobis allatum est: nihilominus ei liberum erit, cum voluerit, præfari, & suæ versionis rationem reddere, & operum præstantiam atq; vtilitatem ostendere. Deinde philosophica, astrologica, & alchimica, vita comite, persequemur. Interim humaniss. lector istis fruere thesauris, & ad lautiora fercula te para. Vale: Basileæ, I II. Nonis Augusti

1575.

REI

REI MEDICÆ PERITISSIMO DOCTORI Theophrasto Eremitæ, Erasmus Roterodamus S.

NOn est absurdum medico, per quem Deus nobis suppeditat salutem corporis, animæ perpetuam optare salutem. Demiror vnde me tam penitùs noris, semel duntaxat visum. Aenigmata tua non ex arte medica, quam nunquam didici, sed ex misero sensu verissima esse agnosco. In regione hepatis iam olim sensi dolores, nec diuinare potui, quis esset mali fons. Renum pinguedines ante complures annos in lotio conspexi. Tertium quid sit, non satis intelligo; tamen videtur esse probabile mihi, id molestare vt dixi. Hisce diebus aliquot nec medicari vacat, nec ægrotare, nec

mōri, tot ſtudiorum laboribus obruor. Si quid tamen eſt, quod citra ſolutionem corporis mihi poteſt lenire malum, rogo vt communices. Quòd ſi diſtraheris, pau ciſsimis verbis ea quæ plus quàm laconicè notaſti, fuſius explices, aliáque præſcribas remedia, quæ dū vacabit queam ſumere. Non poſsum polliceri præmium arti tuæ ſtudioque par, certè gratum animum polliceor. Frobenium ab inferis reuocaſti, hoc eſt dimidium mei, ſi me quoque reſtituèris, in ſingulis vtrumque reſtitues: vtinam ſit ea fortuna, quæ te Baſileæ remoretur. Hæc ex tempore ſcripta, vereor vt poſsis legere: bene vale.

Eraſmus Roterodamus
ſuapte manu.

THEO.

THEOPHRASTVS EX HOHENHEIM, VTRIVSque Medicinæ Doctor & Physicus Basiliensis, ornatissimo Studiosorum Tigurinorum cœtui salutem.



EV quàm misera mortalium est conditio: Nullum enim fere gaudium est, cui non statim plerunque luctus sequatur comes, candidissima fautorum cohors, hactenus recitatam in me, nõ vnquam tam accurate animaduerti, quàm in præsentia, non considerans viro sapienti, non ea solùm quæ ante pedes sunt, sed & quæ à tergo (instar Iani illius bicipitis) ac latere circũquaq; eueniunt, summo esse studio obseruanda. Ratio est, quia suauis, syncerus ille vester conuictor, quo nuper apud vos fruitus

ſum, cuius etiam adhuc cum ſumma gratiarum actione recordor, ſic animum meum atq; oculos deliniерat et oblectauerat, vt futurorum planè immemor (nempe nihil ſiniſtri præſagiẽte animo) rem omnẽ bene geſtam, atq; adeò gaudium illud apparens citra comitem triſtitiam tranſactum atq; abſolutum arbitrarer. Atque cùm ea nunc demum videam, quæ tum temporis præuidiſſe oportuerat, quî quæſo à mœrore ac luctu temperem? Nempe quòd ille, quem Baſileæ chariſsimum habui amicũ, nunc iam demortino lapſu, quo etiam ſecundariò antea decubuerat, poſthac tamẽ per me, cui à grauiſsimis vinculis, in quæ ab imperitis illis apud Italos natos Doctoribus coniectus fuerat, tũ à morbo etiã ipſo liberatus, cuius Eraſmu

illo

ille Roterodamus quoq; testis est epistola illa, suapte manu conscripta: preterea tota illius familia. postremo verò cum iam cōualuisset, etiam ipsemet, quē ita sanitati restitutum ac bene iam habentem hinc ad vos hilaris profectus, hic reliqui: interea dum sic apud vos genio indulgeo, atq; animū laxo, correptus illo quē dixi casu, diem obijt, ille, inquam, quem perinde ac oculos meos amaui, Iohannes Frobenius, omnium doctorum & bonorum (nimirum ipse quoque doctus & bonus) virorum parens ac tutor, omnigenæque eruditionis diligentissimus propagator.

Quamobrem eiusmodi quoq; improuisus vitæ meę ab eo qui illum rapuit, timendus est obitus, quid meę mihi animę dico? imò suæ vniuersus. Quocirca moniti vigila-

te combibones optimi, & si quid forte hîc à nobis minus ex officio fiat, grauissimo illi, quo nunc torqueor, & qui mei memor esse non sinit, mœrori ascribite. Valete sodales suauissimi, & Theophrastum vestrum amate. Basileæ ex musæo nostro IIII Id. Nouembris. Anno

M.D.XXVII.

ARCHIDOXORVM D. THEOPRASTI PARAcelsi Liber primus.

De Mysterio Microcosmi.



SI miseriam nostram cō sideremus Charissimi filij, quam in graui domicilio moremur & obscuro, fami, necnon tot ac tam varijs accidentibus obiecto, quibus obruimur & circūdamur, vt vegetare nobis imò vix viuere licuerit, tandiu ac Medicinam ab antiquis præscriptam imitati sumus. At multis calamitatibus amarisq; circumuallabamur conditionibus, diris detinebamur & cathenis, indies quoque peius omnia cessura nobis erant vt plurimis alijs, qui pari bilance ponderati sunt, quos etiā antiqui suis iuuare libris minimè potuerunt hactenus, aut sanare: Varias eius mali causas hoc loco non adducimus: hoc solùm Doctores plurimos, ea via sibi diuitiarum plurimùm, cùm eis verò laudis aut honoris acqui-

fuiſſe nihil, nec meruiſſe: mendacijs vti que tantas opes comparaſſe. Quo conſiderato Memoriale noſtrũ hoc opuſculum elaborare cõſcribereq; voluimus, ad maiorem, fœliciorem quoque practicam vt peruenire poſſemus: occurrunt nobis illa, quæ magis admiranda quàmquæ inueſtigari poſſint vnquam adepta Myſteria. Quapropter nobis conſiderãdum venit quînam ars ipſa cum naturæ Myſterijs conueniat, contra hos qui ad artem peruenire minimè potuerunt hactenus.

Myſterij Naturæ vires non aliter ſuis corporibus impediuntur, quàm vinculis & compedibus in carcere detentus, cuius animus liber eſt. Operibus namq; Myſterium hoc, ſimile eſt igni cuipiam in ligno viridi, quod adurere cuperet, verùm ob humidatem nequit.

Cùm igitur impedimentum à rebus illi proueniat, ab eis vt liberetur videndum erit: quo libero, non aliàs ars iſta ſeparationum ad Aromatariorum artem, quàm lumen ad tenebras comparanda eſt: quod quidem non ad ſuperbiam, ſed quia peſſimè nos habent enormes

illæ nequitiæ quæ fiũt in pharmacopoliĳs, & medicis veniunt in vſum: quamobrem non immeritò vocamus tenebras, aut latronum & impoſtorum ſpeluncas: cùm in eis plurimi curẽtur à pecuniĳs per ignaros homines: quas verò ſi non haberent, ſani iudicarentur, cùm ſciant illi nullũ in ſuis conſultationibus eſſe remedium.

Cùm etiam ars illa ſit meritoq; dici debeat, quæ naturæ Myſteria doçet, vt per quintam eſſentiam curare contracturam atque ſanare dierum ſpatio quatuor, quæ quidem aliàs in mortem vſq; perſeueraſſet: item vulnus horis viginti-quatuor ad curæ ſuę finem perducere, quod fieri totidem diebus per corpora nequiret: Myſteriorum naturæ ſeparationem ab impedimẽtis corporum, per experientiam abũdè ſatis aggrediamur. Primò conſiderandum quid homini ſit vtilius, & quid excellentius, vtpote naturæ Myſteria cognoſcere, per quæ perpendere poteſt, quid nam Deus, & quid homo ſit, quid in vtroq; valeat vſus cognitionis eorum, cœleſtis videlicet ęternitatis, infirmitatiſque terrenæ: de qui-

bus Theologię, Iustitię, veriquenoticia perbellè nascitur: itē quòd Mysteria naturæ solùm vita sunt hominum, & hæc tantùm imitanda quæ possunt ex Deo tanquam æterno bono sciri, necnon adipisci. Nam etsi miranda quædam in Medicina sint, ac in Mysterijs naturæ lō gè maiora: nihilominus post hāc vitam æternum est Mysterium, cuius nullū habemus fundamentū, quod aut quale sit aliud nullū quàm per Christū nobis manifestatum est. Inde quidem oritur ignara Theologorum stoliditas eorum, qui Dei Mysteriorū interpretationes depromere conātur, ex eo cuius minimùm nō intelligūt, quodq; nobis hominibus innotescere minimè potest, quænā fuerit voluntas eius, quum dedit. Verùm illi verbum eius ad superbiam & auaritiam contorquent, vnde seductiones ortæ sunt, ac indies magis enascuntur, vt in Monarchia ponimus. Quare quòd ratio minimè fundata sit eorum in Mysterijs visibiliter, ea vilipendunt, imò nihili faciunt. Itidem Iuristæ iuxta suas opiniones concedunt leges, vt ipsis nihil depereat, licet Reipublicæ prorsum occęca-

ta sit vtilitas.

Quòd igitur in huiusmodi facultatibus tã incerta negotia præter æquitatẽ veniant in vsum, eas missas faciamus in suum vsq; tẽpus. Nec eorũ stultiloquia curemus, qui plura de Deo loquuntur, quàm ipsis patefecerit, eumque pariter intelligere volunt, ac si fuissent à cõsilijs ei, nos vilipendentes, naturęq; Mysterijs detrahentes, nec non Philosophię, quorum omniũ ignari sunt. Clamor improbus horũ potissima scientia est, quo sese fore præsumũt illos, à quibus fides integrè dependeat, & sine quibus cœlũ atq; terra perirent. O hominum vesania necnon impostura maxima, cuius loco potiùs ęquũ foret se nullos inutilesq; seruos vt existimarent. Quamuis & nos per vsum hos imitãtes vnà cùm ipsis nostri Doctoris & Cõditoris vnici verbum ad superbiam nostrã inflectere facilè discere mus. Verùm absit à nobis, cùm verbũ non exactè nobis cognitum, sola fide sit apprehendendum, & nulla terrena quãtumuis apparẽte ratione: hoc onus, imò iugum potiùs abijcimus, & naturæ Mysteria volumus inuestigare iam, in qui-

bus exitus veritatem exibet ac fundamentum eius: nec iſta ſolùm, verùm etiam illa Myſteria quæ ſummam charitatem adimplere docent, atque theſaurum illum vt ſummum bonum, quod in iſta noſtrorum Archidoxorum conſcriptione materialiter atque myſterialiter intelligimus, & Spirituale Monarchię noſtræ committimus.

Ex prædicto fundamento Medicinam depromimus per experientiam, qua certi reddimur ad oculum cernentes rem ita ſe penitus habere. Practicam igitur aggredientes, Archidoxorum librum hunc noſtrum decem in partes diuidemus nobis ad memoriale quoddam, vt ea non obliuiſcamur, & ita nobiſcum, & noſtris loquentes apertè ſatis, quod intelligi queat ab his, & non à plebeis, quibus iſta minimè volumus fore manifeſta, ſcribemus. Noſtrum ſiquidem animum, cogitationes, & cor peccatoribus aperire nolumus, nec impijs hominibus, at iſtis muro præcludere forti claueque ſtudioſè conabimur. Et ſi fortè labor hic

hic noſter ab iſtis Idiotis, qui verarum artium omnium ſunt inimici tutus nō foret, decimum librum de præcedentium vſibus minimè ſcriptum eſſe volumus, ne filiorum panē canibus exhibeamus: nihilominus alij nouem à noſtris abundè ſatis intelligentur.

Et vt de his loquamur apertiùs artibus, hoc de Microcoſmo tractatu ſciendum eſt, in eo probari demonſtrarique ſingula tum ea quæ continet, medicinā que recipiunt, necnon huic permiſcentur. Item ille non aliter à medicina vincitur ac regitur, ſequens eam, non ſecus atque ducentem frœnatus equus, aut vinculis compreſſus canis rabioſus. Ad hunc modum intelligo Medicinam attrahere naturam, ac omne quod vitam habet. in eo tria nobis occurrunt, quæ demonſtrant, quibus talia viribus compleantur & fiant.

Primò, qua ratione quinque ſenſus à naturæ myſtrijs adiuuantur, cùm à natura non proueniant, nec oriantur naturaliter, vt herba quæpiam ex ſemine: verùm ibi materia non eſt, quę præbeat illos.

Secundò corporis mobilitas consideranda venit: vnde procedat, & à quo moueatur vel agitetur, & quo modo subueniatur ei.

Tertiò virium omnium in corpore diuisionis cognitio necessaria, & quænam vnicuique membro conueniant, & iuxta naturam eiusmodi membrorũ transmutentur, cùm ab initio natura sint vnicę quæq;. De his itaque primùm dicemus, prout visu, auditu, tactu, gustu, & odoratu per exemplum. Oculi materiam habent ex qua constant, vt etiam de corporis compositione loquimur, sic de aliis: Verùm ipse visus non est ex eo semine, de quo procedit oculus: nec auditus ex tono vel ex eo de quo nascuntur aures: neque tactus ex carne, gustus non ex lingua, neque odoratus ex naribus, non magis quàm ex cerebro prouenit ratio: sed organa sunt illa corporea, vel scrinia potiùs in quibus nascuntur sensus. Nec etiam intelligendum eos à creatoris gratia dependere, sic vt non forent ex natura hominis, at inflata solùm à gratia Dei præter naturam omnem existẽtia, quòd

quando-

quandoque cæcus naſcatur, vt magnalia Dei nobis innoteſcant: hoc loco non ita cenſendum, quòd prędicta ſuum corpus habeant inſenſibile, tum quòd quiſque talis euadat quale corpus hoc fuerit. Omnis enim homo duobus in vnũ coniunctis fit, corpore naturæ videlicet, ac ſpirituali. Materia corpus exhibet ſanguinem & carnem: Spiritus autem ſenſus, ſonum, &c. Quum tamen ſurdus naſcitur, ex domicilij defectu fit, in quo debet morari auditus: nam ſpirituale corpus operationem ſuam non perficit loco malè diſpoſito, cuius cauſam de generationibus hominum ponimus.

In eo cognoſcuntur ergo magnalia Dei, quòd corpora duo ſint, æternum videlicet, corporale quoque ſimul in vnũ cõcluſa, prout etiam patet de generatione hominum. Medicina quidem in domum operatur eam repurgãdo, quo ſpirituale corpus actiones in ea ſuas perficęre queat, non ſecus ac ornatus in mũda camera vel incontaminata.

Poſtmodum ad motiuam facultatem venientes, inquirendum eſt, vnde ſit, & ſuam originem accipiat, quòd corpus v-

niat medicinæ,quo virtus augetur moti ua,sic intelligendum. Omne quod viuit suum à natura motum habet, hoc satis per se probatum est, quoad naturalem rationem: sed motus ille quẽ putamus declarandus est, vt qui fit ex arbitrio, prout si iacentem ab humo subleuẽ,qui bus viribus id fiat:cùm organũ aliquod non videam,quo simile quid faciam vel eum attraham præter meam voluntatẽ qua sic fieri cupio: simile de saltationibus,ambulationibus & cursu, nec non aliis iudicandum est,quæ contra vel præter naturæ motum fiunt: cùm ex propria natura nil,sed ex accidente fiat.Hoc originem habet ex eo,quòd intẽtio magistra potens existat supra motum meũ. ad hunc modum scilicet: Intentio potest imaginatio fore absque rei virtute vegetatiua,præter ignem,lignum,&c. vt nos de imaginatione peculiariter scribimus. Hæc enim potentior est in alio quopiam operationes adimplere suas, quàm in proprio suo corpore, cui tamẽ inest, & in quo viuit. item in isto nihil demonstratu facilius est anima vegetatiua,quòd ista currat & seipsa vadat, & ad

hæc

hæc dispoſita ſit, non aliàs quàm coopertus aut ſuffocatus ignis, qui mox atque nudatur aeremque habet, ardet: ſimile de meis cogitationibus videri poteſt ex parte. Non poſſum enim oculos dirigere manibus quò velim, ſed imaginatio mea conuertit eos quòcunque reſpicere mihi viſum erit: item hoc & illud proponit, quo corpus dirigitur ad hunc aut locum illum, & quò magis id in imaginatione cogitationeq; mea fuerit impreſſum, eò celerius curro. Hac ratione mei curſus imaginatio eſt motrix. Non ſecus medicina corpora mundat, quibus ineſt ſpeculatio, quo fit vt illa media facilius perficiantur.

Repartitio verò corporis ad hunc modum intelligenda eſt, in eo nempe membrorum ordinis omnium talem fore diſpoſitionem, intus & extrà, ſimilemque mutationem in ea diuiſione, vt pars vna complexioni cordis inſeruiat, alia cerebri naturæ, ſic etiam de reliquis in ſententiam hanc. Duobus autem modis corpus ad ſe trahit, interno ſcilicet, externoque: priore quidem attrahit elementum aerē, terram, aquam & ignem

ea quę tamē introrſum recipiũtur, haud ſcriptu neceſſaria, cùm per naturæ fundamentũ nota ſint, & in quæ diſtribuantur, prout infrà de diuiſione. Poſteriore verò ſic intelligendum, vtpote corpus ab externis elementis per totam cutem attrahit ſibi neceſſarium: quod niſi fieret, internum alimentum haud ſufficere poſſet ad ſuſtentationem hominis. Quandoquidem humor in corpore nō exiſtens per conſuetudinem per ipſum attrahitur ex aqua, prout etiam fieri poteſt, vt quamdiu quis in ea fuerit aut ſederit, ſitim vt extra non ſit opus extinguat. Non quidem id fieri putandum eo modo, quo per aquam extinguitur calor, velut ignis: at calor internus attrahit humorem extrinſecum ad ſe, bibitque nō aliter, ac ſi foret intrinſecùs. Hinc fit quòd vaccæ per integrã æſtatem in Alpibus abſque potu manere valeant: aer ſiquidem illis potus exiſtit, vel eius ſupplet vices.

Natura pariter hominis abſque cibo ſuſtentari poteſt, quum pedibus in terra plantatus fuerit. Etiam vidimus eũ qui ſex menſibus abſq; cibo vixit, eoq; ſolo ſuſten-

sustētatus fuit, quòd super stomachum terrę partem glebamq; poneret, eaque siccata nouam & recentem assumeret, eo tempore nunquam famere se protulit: cuius rei causam de appetitu naturæ ponimus.

Idipsum in medicina vidimus, quendā seipsum sustentasse multis annis per quintam essentiam auri, sic vt in singulos dies vix semicochlear cibi vel potus sumpserit. Fuerunt alij multi, qui plurimis annis vt viginti nihil ederūt, quales tēporibus nostris vidisse memini. Probitati pietatiq; personarū solet hoc ipsū à nonnullis tribui, quod impugnare minimè cupimus, aut iudicare. Naturale tamen hoc est, vtpote mœstitiā, melancholiā animiq; desponsionē famē atq; sitim adimere, sic vt per corporis attractionem ad se multis annis istud sustentari valeat. Quandoquidem cibus & potus ita non sunt ordinati, vt necessariò panem aut carnes edere, vinū aut aquā bibere debeamus, verùm etiā aere, nec non terræ glebis vitā sustētare nostram possumus: & quicquid in cibum ordinatum est, in nostri tentationem factū esse

credendum: quod latius in monarchia declarabimus: quamuis id cōcedamus, fieri non posse propter labores nostros & similia, vt temporali corporaliq; cibo careamus, idq; plurimis de causis. Quare cibus ordinatus fuit ad hoc, vti medicina contra morbos. Distinctionem rerum in corpus intrantium ad hunc modum igitur faciemus, quòd per eius partes omnes distribuantur, nō aliàs quàm si vinum ardēs in aquam effundatur, tota concipit odorē illius, quia per totum corpus eius diffusum est: itidē quū atramentum in vinū inijcitur, nigrū hoc illo totum efficitur: sic etiā in humano corpore, humor vitę statim diffūdit ea quæ recepta sunt, ac citius quàm exemplis istis proposuimus. Qua forma verò transmutetur assumpta substantia, huius natura solùm consistit in membris, quæ recipiunt, eamq; digerunt in sui similitudinem, non aliter quàm si panis traijciatur in hominē, caro fit hominis, & in piscem caro piscis, &c. Similiter intelligendum quòd naturæ membrorū virib. assumptæ res per ea trāsmutantur, iuxtaq; naturā assumentiū appropriantur eisdē
locis

ocis existentē. Idipsum de medicinis iudicandum est, istas in mēbra transmutari secundum horū proprietates: nā suas vires & virtutes à proprijs medicinarū substantijs accipiunt, iuxta bonā aut malam distillationē earum, subtilē aut rudem, prout medicina fuerit, vt si quinta essentia fortior potētiorq; trāsmutatio futura est: si verò crassa, talis etiā euadit: nō aliàs quàm imago suū à colorib. ornatū habet, pulchritudinē, vel deformitatē qui si nobiles fuerint, & illa similis erit. Quapropter experiētias nostras quæ nobis occurrerūt in similib. colligere proposuimus, in delectationē & memoriā earum, exercitijq; nostri, quum indigue rimus, ne fortassis obliuiscamur. Nouē hos libros conscribimus, decimū in occipitio nostro clausū reseruātes propter idiotas: nostris autem satis declaratū est. Nemo nostræ doctrinæ scholā admiretur, quæ licet contraria sit cursibus antiquis, in experientia tamen, quę rerum omnium est magistra, per quam etiam artes omnes probari debent, firmissimè fundatur.

ARCHIDOXORVM D. THEOPHRASTI PARACELSI Liber secundus.

De Renouatione & Restauratione.



PRincipiò nobis quid Restauratio Renouatioq́; sint, quę instaurāt ac renouant, quid etiā hoc sit quod renouari queat ac instaurari, quarumuis in creatione rerum intelligendum venit. Mineralia quidem omnia sic ad iuuentutem adducuntur, innouantur, & instaurātur, vt ferruginosum in recens ferrum iterū potest reduci, & ærugo vel æris flos rursum in suum cuprum, item minium in plumbum, & saturnus in mercuriū. Est igitur hoc loco renouatio quædā & instauratio, quæ destructum aut ærugine rosum aut consumptum ad iuuētutem atq; perfectam suam essentiam trāsmutat. Hæc renouatio tamen quam adduximus, comparari minimè potest restaurationi renouationiúe, quam prætēdimus exponere: nam etsi ferrugo sit vel ærugo, non metallum: nihilominus adhuc à sua nōdum essentia metallica penitus amotæ

amotæ vel consumptæ sunt. Quapropter in comparationem assumi hoc loco non potest ad instructionem de restauratione renouationeq; fiendam illa renouatio, quòd in humano genere ferrugines tales minimè contingant, nec ablutiones: quo fit vt eiusmodi reductione prorsus non indigeant homines.

Ad hunc modum nihilominùs intelligi potest, vt homini seni vel decrepito ferrugo, nec non hæc illi comparetur in sua substantia. Non secus istius corpus à decrepito suo gradu reduci poterit in iuuentutem, vt à morbo quouis in sanitatem est reductio: de hac tamē in præsentia scribere nolumus. Et iam pro quadā restauratione poterit existimari, quum ex sale, sulphure, mercurioq; fit metallū naturaliter. Adimpleta perfectione hac & in metallū perfectum adducta, bene poterit istud iterum in sua prima tria redire, vt sal, sulphur & mercurius eius iterum appareant, prout in sui prima generatione, sic vt essentia sua metallica prorsum transeat, nullumq; metallū sit ampliùs. Quamobrē etiam accidere bene potest, vt materia trium primarū in me-

tallum redeat vti priùs, videlicet ex tribus primis cupri, rurſus cuprum fiat, &c. Hæc in metallis etiam eſt reſtauratio vel renouatio, cùm regeneratio quædã exiſtat ex completo priùs metallo rurſus in perfectum & completum: ſed non eſt iſta renouatio neque reſtauratio, ſi comparetur ad hominẽ, exiſtimãda, quòd in tria noſtra príma reduci minimè queamus, aut in ſperma noſtrum, ex quibus iterum poſſemus renouari & inſtaurari prout ſuprà de metallis: vel poteſtatem haberemus emendandi nos, & in aliam generationem adducẽdi meliorẽ quàm prima ſit, vt ferrum quod in ſua tria prima reducitur, & poſtmodum in argentum vel in aurum, & incorruptibile fit hoc ipſo: vel vt Saturnus qui rurſum ad marcurium ſuum reductum in metallũ etiam incorruptibile tandem immutatur. Non ſecus & nos in corruptibilem creaturam ex nobis efficere vel creare ſi poſſemus (cuius quidem nullã habemus poteſtatem, quòd eiuſmodi materia prima careamus) at minimè ſic de nobis fieri poteſt, cùm tales exiſtamus creaturæ, quæ in alias tranſmutari nequi-

quimus artificio, nec retrorſum trahi, ſed progredi nos oportet vt incepimus, & nulla ratione putare hoc ipſum recuperare poſſe vel habere nos, ex quo proceſſimus.

Eſt ergo Reſtauratio vel renouatio duplex: vna, quam de metallis attulimus ac declarauimus: eſt etiam vna quũ imago vetus nouis coloribus renouatur, vt recens & noua ſicut priùs appareat. Nõ ea de cauſa tamen intelligendũ hoc loco materiã ex veteri nouam eſſe factã, ſed palliatam eſſe veterem imaginem vt appareat noua: quare hęc etiam Reſtauratio dici non poteſt.

Iuxta Renouationem & Reſtaurationem hominis, ad hunc modum Reſtauratio & Renouatio debẽt intelligi, vt radicalis eius humor, vitæ ſpiritum agens & exercens non diminuatur vel retrorſum agatur, at potiùs viribus augeatur & promoueatur, vt arbor cui datur auxilium ad florum & fructuũ ſuorũ productionẽ, quibus decidẽtibus atq; trãſactis iterum vt priùs procreãtur alij. Quamuis omni ex parte hoc aſſumptũ exemplum, prætenſam opinionem declarare

noſtrā non valeat, nihilominus intelli-
gētiam exhibet humoris vitæ radicalis
promotionem capiendi, prout ab arbo-
re demonſtrauimus. Nos vtiq; Reſtaura
tionē & Renouationem ad hūc intelligi
modum volumus, eam ſcilicet in humo
re radicali nō fieri, ſed in eo quod ex hu
more dicto naſcitur, ac ſuam originem
ducit materialiter & corporaliter. Vti
cāpana per fuſionē formata, clangorē ex
tono minimè recipit, ſed ex corpore: ſic
Reſtauratio vel Renouatio ſuam opera
tionē in ſpiritu vitę nō accipit, ſed in eo
quod ipſum efficit: vnum eſt materiale
ſubſtantiale quidē alterū. Vbi tamē hoc
omne cui radicalis humor ineſt, mūda-
tū fuerit, eius tonus pariter mūdabitur,
& quātò melior tonus eius extiterit, cor
pus tātò melius erit. Et quamquā loqui-
mur atq; dicimus radicalem humorem
ex corporibus & mēbris eius procedere,
hunc in modum intelligimus, quòd hu-
mor ipſe radicalis, & id quod ex eo pro-
uenit, exiſtūt nō ſecus ac radix & arbor,
quorum vnum ſine altero fore minimè
poteſt, nec viuere.

Pariter hîc intelligēdum, hęc duo ſic
vnita

vnita coniunctaq́;,vt ſeparari nequeant·
Humor itaque radicalis,& ſpiritus vitæ,
cum ſuis humoribus vitæ,corporibus &
membris ineſt, prout in metallo tonus
qui nõ videtur,ſed auditur ſolùm, ſic e-
tiã inſunt corporibus,vitæ ſpiritus, & ra
dicalis humor.Fatuũ certè foret, ſi cona
remur eũ emendare,vel per ipſum reno
uare corpora:ſed æquũ eſt corpus & ma
teriam,quæ ex & cum ipſo naſcuntur &
oriuntur,reſtaurari & renouari. Colligi
poteſt inde reſtauratione & renouatio-
nem eſſe membrorum tranſmutationẽ
exiſtentium in corpore ex ſuperfluitate:
ſic vt omne quod ex corpore, nec nõ ex
humore radicali prouenit, hoc decidat,
& nouũ eius loco renaſcatur, prout in-
telligimus de mundatione,qua frondes
omnes,flores,fructus,atq; fungi decidũt
& naſcuntur iterũ. Nõ quòd perfectum
ad hũc modũ repurgetur vt etiam deci-
dat & aliud renaſcatur, ſed manet, hu-
morq; radicalis etiã hoc eſt in corpore
vita,& corpus cũ ea reijciũt à ſe capillos,
vngues,dẽtes,& ſimilia:poſtmodũ renaſ
cũtur.Hęc eſt Reſtauratio & Renouatio,
qua hoc ipſum quod reſtaurandũ & re-

nouandũ venit ac poteſt, reſtauratur, & renouatur. Nã vnaquęq; Reſtauratio, & Renouatio fit in ſuperfluitatibus, & in illis quæ proueniunt ex optimis, atque naſcũtur. Quanã via corpus ergo reſtaurari renouariq; valeat, ſatis intelligi poteſt, à demonſtrationibus quas fecimus, & à ſuperfluitatibus, quę quidẽ in materias nõ excreſcũt, vti capilli, dẽtes, cutis & vngues: at in corpore ſunt vt ſuperflua quędã, & nõ vt in materiã, aut ſubſtantiã corporales nata, quę ſua manẽt in eſſentia, prout cõplexiones quatuor exiſtunt: vna ꝓuenit ex frigiditate & humiditate, quę retẽta eſt in toto corpore, nataque, peculiarẽ nõ habẽs naturã, neq; aliquod exordiũ aut initiũ à quo proueniat, vti de quatuor probatur complexionibus. Alia prodit ex contrarijs, videlicet ex calore & ſiccitate: corpus hæc pariter vnũ eſt, quod peculiarem non habet mãſionem aut originem, liquorem etiam facit. Tertia quidem eſt frigida & ſicca, via naſcens eadem. Quarta calida & humida prout aliæ procedens.

Notandum vt in duobus alijs præcedentibus, iſtis etiã accidere, nempe quatuor

tuor humores omnes in omnibus corporibus non existere, sed nõnunquã vnicũ, duos aliquãdo, tres quãdoq;, vel aliàs quatuor. De his etiã animaduertendum eos in renouatione & restauratione cõsumi repartiriq;, hac de causa, quòd natura, hominisq; vita bene persistere valeãt absq; ipsis, & eis prorsus nõ indigeant, cùm superfluitates tãtùm existant, nõ secus ac feces in vino, vel floces tempore vindemiarum ab eo recedentes.

De quatuor itidẽ cõplexionibus apparentibus in homine censendũ est, eas nõ renouari neq; restaurari, quòd ex nullo mẽbrorum neq; maiorũ, neq; minorũ oriantur. Nõ sunt etiã in sanguine, neq; in carne, vel in similibus alijs. At intelligẽdum est sanguineam complexionem ex hepate sanguinis copia plurimùm abundante procedere: Melancholiam ex splene: Choleram ex felle: necnon ex cerebro Phlegma, similibusq;: verũ prædicta membra nulli præbẽt homini suam cõplexionem, sed cõplexiones adueniũt in ipsa natiuitate, ac in mortẽ vsq; permanẽt. Quę quidẽ hoc loco disputanda non suscipimus, cùm à textu nostro de

Renouatione Reſtaurationeq; nimium diſtent.

Cùm igitur nulla complexionũ quatuor in dictis corporibus locum aut originem habeat, aut exiſtat in ſpiritu vitæ & humore radicali, renouari nõ poſſunt nec reſtaurari complexiones. Verùm vbi corpus clarificatũ fuerit, earũ etiam natura clarificatur.

Textu noſtro pariter ſignificamus cõplexionum diuiſionem, ætatis, regionis, & regiminis haudquaquam exiſtimandam, quòd ex his tribus corpori nullæ complexiones imprimãtur. Euenire quidem poteſt, vt ſenectus corporibus triſtitiam inferat, non eſt tamen complexio: phlegma regio ſimiliter introducere poteſt, non eſt propterea regio phlegmatica. Bilis etiam efficere, vt quis flauum colorem concipiat, quæ hoc loco minimè diſcutienda veniunt, cùm declarẽtur vbi de conſeruatione corporis agitur. Ad ſimilem diuiſionem peculiaris intellectus requiritur: quo notandum, non eſſe tantùm humores, at aliquãdo mineralia, quandoq; fore corruptiones, quæ quidem omnes contra naturam & virtu-

virtutem superfluitates existunt. Similiter de membris capitalibus dicendum, quæ renouationi resistũt & restaurationi hac via scilicet, quòd eas non percipiant: nam ad se non recipiunt: atq; omne quod per ea transit, & cum eis præparatur, nõ aliter quàm ad nutrimentũ suscipiunt, & nõ ad medicamentũ: sed vbi fortassis humores aut superfluitates in eis forent, expellerẽtur. Sic de cęteris membris intelligendum erit, ossibus nempe, medullis, cerebro, corde, iecinore, pulmone, renibus, liene, stomacho, intestinis, cartilaginibus, musculis: item de sanguine corrupto vel superfluo, cui tantũ nocet accidens, ac de carne: similia purgantur accidentia prorsum in renouatione & restauratione. Nõ quòd alia fieri valeant, sed quòd prauum ab eis amoueatur & bonum præseruetur.

Breuibus vt explicemus quænam illa sint quæ restaurari nec non renouari queant, Lepra, Caducus, Mania, Pustulę, Podagra, Lethargia, Artetica, necnon alia plura similia, tolluntur in renouatione restaurationeq;, ni fortè morbus aliquis foret, ex natiuitate sumens exordiũ

is non auferetur.

De lepra sic intelligendum, aut si quis morbus ea grauior existat, eiusmodi fieri transmutationem in corpore, non vt puri separationẽ ab impuro, sed hac via videlicet, quòd lepra conuertatur in sanitatem, prout cuprũ aut ferrum in aurum. Ob quam quidem conuersionem haud mirari quispiam debet: nam renouatio & restauratio consumunt, nõ aliter quã ignis in argento vel in auro suas falsitates vel impuritates, eaq; munda relinquit. Eadem via Caducus & Podagra tolluntur: nam renouantur ibidem omnia quę sunt in toto corpore, sanguis & caro cum cæteris quæ concluduntur: prout Alcali mundat leprosum mercurium in optimũ argentum: sic etiam renouatio & restauratio corpus in bonam transmutant essentiam, vt suprà dictum est.

Superfluum igitur in corpore quodque nec non incongruum naturæ pellit renouatio & restauratio, mutatque hoc omne, quo natura non indiget, aut momẽti nullius quod fuerit in bonum: item omnia restituit, & vt crescant iterum

rum efficit,vti ſuprà diximus, integrum corpus in iuuentutem reducit, &c. hac de cauſa,quòd eis nihil,eorum quę ſunt in ipſa natura queat reſiſtere.

Qua via iam reſtauretur ac renouetur corpus videndũ eſt:accenſione videlicet renouãtis & reſtaurantis medicamenti, quã habet in ſpiritu vitę & in humore radicali, per quã accenſionẽ operationes præſcriptæ fiunt,vrticæ viriũ inſtar adurentiũ.Quis tã aptus,qui vires eiuſmodi ritè queat inueſtigare,cũ nobis actu nõ appareãt materialiter prout ſẽſibiliter? Ad hũc modũ etiã ipſa renouatio & reſtauratio naturę ſunt accenſiones virib. per nos haud exprimendis factæ.Id verò palàm nobis innoteſcit,omne videlicet ꝙ eſt viſibile mundari per ignẽ & repurgari.Natura ſiquidem exigit, hoc ipſum per ignem,& non per quidpiã aliud fieri poſſe.Quare duplicẽ ignẽ intelligimus, vtpote materialẽ & eſſentialẽ,per cuius eſſentiã atq; virtutes operatio fit inſtar cantaridum cutem adurẽtium, & in bullas eleuantium, prout violentiſſimus ignis,cùm tamen ignis minimè ſint, nec vt ignis ſenſu percipiuntur.

Pariter nobis conſtat, renouationem & reſtaurationem eadem via ſuas operationes habere quũ in corpus veniunt, aut in eo per vnionem coniunguntur: ſimilisq; fit ibidem operatio prout in Venere, Saturno vel ferro, quæ ſuis cũ realgaribus mittuntur in ignem: & quamuis neutrum eorum calidũ aut igneum exiſtat, vt lignum tamen adurũtur, & in ambobus metallum perfectum inuenitur, quod prius omnino leproſum extitit.

Item quis penitus idipſum indagare vel inueſtigare poterit, qua ratione fiat, vt quum Magdalio per vitriolum vehemẽtiſſimè liquefactũ fuerit, cuprũ fiat, in omnibus & per omnia cupro vero ſimilis, cùm tamen cupri nullam prius ſimilitudinem habeat. Non aliàs renouatio & reſtauratio nobis intelligẽdę ſunt, hac via nempe ſuas operationes perficere prout calx, quæ per aquam extinguitur, ſeipsã purificat, & eius vires ac aſperitates eſſentiali tolluntur & extinguuntur aqua.

Renouatio & reſtauratio noſtræ naturæ nõ aliter intelligitur quàm in Halcione vel Iſpida, quæ quidem auis renouatur

uatur propria ſui natura. Plura ſimilia reperiuntur, quæ poteſtatem id faciendi habent, quorum diuerſimodè noſtris in Archidoxis mentionem facimus, & multò magis in ſecretis noſtris, in quib. poſſunt inueſtigari plurima, niſi nimiũ à textu noſtro de renouatione & reſtauratione diſtarent: & ſecundum ea quæ demõſtramus ibidem, hoc loco pariter de renouatione & reſtauratione venit intelligendum: vbi dicimus non ſatis cognoſcere nos poſſe, quînam ignis operetur, etſi videamus eum abſumere lignũ, quòd vehemẽti ſuo calore ſuperet quẽuis alium, & abſumat. hoc relinquentes iam aliò nos conferamus.

Poſtquam abundè ſatis de renouationis & reſtaurations initio locuti ſumus demonſtremus etiam ea quæ renouant & reſtaurant: illa quidem in Archidoxis præparare ſcriptis docuimus, & ſuis nominibus intitulauimus, vt cognoſcãtur atq; notentur. Iam compoſitiones ponere volumus eorum, & primò quidem proceſſus. Vti de ſimplicibus & arcanis docemus, intelligendum eſt, eorum operationes diuerſimodè fieri. Quædam e-

nim inueniuntur, quæ violēter mundāt
per renouationem & restaurationem le
pram, & latius nullum alium morbum;
sunt nihilominus in renouatione & re-
stauratione perfecta, præterquàm in di-
stinctionibus morborum: vt sunt Essen-
tia quinta, Mysterium & Elemētum an
timonij quod corpus à lepra mundat,
non aliter quàm argentum & aurum in
co liquefacta, in quibus immundi nihil
relinquit.

Similiter elementum Solis, & eius es
sentia quinta, necnon oleum eiusdem,
lepram vnà cum omnibus morbis au-
ferunt, renouāt, & restaurant. Sic etiam
quintæ essentiæ ellebori, chelidoniç, me
lissæ, valerianæ, croci, mannæ & betoni
cę renouāt corpus omnes, exceptis mor
bis quorum suprà meminimus: hos e-
nim haudquaquam diminuunt.

Item quinta essentia perlarum, vel v-
nionum, smaragdorum, saphyrorum, ru
binorum, granatarū, iacinthorum, cor-
pus etiam renouant & restaurant in o-
mnem perfectionem: tollunt morbos
tartareos, vt calculum, arenam, poda-
gram,

gram,chiragram,arteticam, & congelatum,ac ſimiles ortos ex aqua. Quinta eſſentia Magiſteriaq́; mineralium & liquorum, totum corpus renouant & reſtaurant,abſque defectu quopiam, à Caduco,Syncope,Suffocatione, ac omnibus de priuationibus ſenſuum exiſtentibus, vt Mania,Phrenæſi & ſimilibus.

Magiſteria & eſſentia tartari,nec non Alcali corpus etiam renouant cum perfectione reſtaurationis, Apoſtemata quæuis tollunt, & humorum putrefactiones.

Eſſentia pariter,Extractio & Magiſterium de pharmacis maioribus integrum corpus renouant & reſtaurant, febres quotidianas tollunt, ſinancheas & ephimeras. Item primæ primarum poſſunt renouare & reſtaurare corpus totum, & mulieribus omnes morbos tollere cum eorum accidentibus, & frugiferum hominem vtrunque reddere. nempe virum & vxorem. Arcana ſimiliter omnes diuturnos & incurabiles morbos auferunt per renouationem & reſtaurationem corporis in ſupremas ſuas vires.

Non secus essentia de Balsamo tracta renouat ac restaurat corpus: item pleureses & pestilentias tollit admirandis operationibus,& perficiendi viribus.

In his tamen animaduertendũ ac intelligendum, compositiones obseruandas fore. Nam etsi plurimæ sunt,earum nulla tamen in genere sufficiens est omnes per se curare morbos, qui per ea medicamẽta renouationis pellẽdi sunt. Modum igitur & practicam intentionis nostræ demonstrare volumus ad suum finem. Quamuis omnes processus minimè ponamus,quòd necessarium nõ sit. Qui nos enim intelligit, scripta nostra percipiet:qui verò nõ,scriptis nostris docibilis nõ est, nihilominus abundè satis omnes processus ponemus. Verùm graue nobis foret,scribere videlicet ea, quæ per multos scripta sunt,aut scire. Melius tamen in omni perfectione fieri nequit ente primo solùm, cui singularis inest in corpus operandi natura, tum essentiam eius transmutandi. Ipsum namque primum ens est compositum imperfectum, ad finem aliquem prædestinatũ & incorporatiuum: & quia perfectũ nõ

est

eſt,omne poteſt cui fuerit incorporatũ alterare,vt Mercurius. Itidẽ in ente primo imperfecto reperitur quoad imperfectionem: quamquam determinatum eſt ac finitum, nihilominus ab imperfectione non mutatum, ſed in ea definitum.

Mercurius poteſtatẽ etiam habet corpus totum renouandi, quòd in eo ſit admiranda maximè vis laxatiua, necnõ alteratiua, quæ ſatis indagari nequit: eſt nihilominùs imperfectus totus,& inutilis in operatione ſua,quia Mercurius eſt; & primum ens eius in corpus aliud præ deſtinari non debet:nam prout eſt, eius etiam talis eſt perfectio. Nos tamen loquimur de primo ente, quod perfectum eſt ad renouandum & reſtaurandũ corpus totum,vt eſt primũ ens auri: hac de cauſa, quòd auri ſperma prorſum occupat,& ſubtiliſſimum exiſtit, ac ipſo corpore vero,ſcilicet auro, longè ſubtilius.

Quamobrẽ ens primum Solis eſt penetrabile, prout Mercurius in metallũ, & in ſe non continet ſpiritum Solis. Primum ens coagulat, vireſque tãtas accipit,vt aurum pro centeſima parte, non

ſit ita potẽs in ſuis viribus, ac ſuum ens primum. Non aliàs quàm vehementiſſimum vinum gelu coagulatum, ampliùs in priſtinas vires non redit.

Vt perfectè loquamur de renouatione & reſtauratione, ſcribamuſque, ſciendum eſt, ens primum, id eſt auri primã compoſitionem, quæ liquor adhuc exiſtit, & ante coagulationem, renouare ac reſtaurare quicquid arripit: ne dum hominem, verùm etiam aliquos fructus, herbas & arbores. Quod nõ aliter intelligendum venit, quàm alicuius metalli minera, quæ longè maioribus virtutib. eſt ſuo metallo dotata: cùm in ea ſit ſpiritus arſenici, ſulphur & Mercurius, quæ quidem in purgatione metalli recedunt omnia, manente ſolùm in vna eſſentia dicto metallo.

Idipſum intelligendum eſt de primis entibus Marcaſitarum, vt Antimonij, quod non minus quàm auri primũ ens eſt recognoſcendum. In Antimonij ſiquidem ente primo talis virtus exiſtit, vt omne quod arripit, hòc ipſum per ſe ex propria natura tranſmutat, nõ aliter quàm Antimonium ipſum per ignem efficit.

efficit. Nam eiusmodi virtus à corpore
separat omne, quod ex humore radicali
nascitur, corpusq; dictum penitus reno
uat ex vero fundamēto: quòd suum ens
primum in ea prædestinatione sitū sit,
vt ex eo talis essentia procedat, ac exeat,
vti calor ex igne. De resinarum ente pri-
mo non aliter intelligendum est. Primū
ens sulphuris est integra quibusuis in re
nouationibus & restaurationibus trans
mutatio: quòd ita vehemens existat, vt
omnia metallorum entia prima tingat
in suam essentiam, eorum operationes
adimat, iterum in primam sui materiam
reducat, & postmodū in corpus nouum
perficiat. Quandoquidem ens primum
ex sulphure productum, in corpus ho-
minis tantas vires habet, ac possidet, vt
humores in eo radicales omnes reno-
uet, quibusuis eius locis atque partibus.

Pariformiter de primis gemmarum
entibus loqui possumus, quę quidem in
essentia prima sui redactæ potentissimè
corpora mortua suas in vires pristinas
restituunt, emēdant ab omnibus impu-
ritatibus, ac renouant & restaurant, non
aliter quàm ignis plumbum in vitrum

adducit puriſſimum. Smaragdi namque primum ens ſeipſum regenerat & renouat, quòd ab initio perfectũ corpus extitit. Prout marmor viride, quod ex prædeſtinatione propria naturam talem habet, vt ipſum ſe renouet ab omnibus immunditijs & impuritatibus, iterumq; ſe coagulet quouſque purum euadat: quandoque ſic tertiò quartoque ſeſe renouat in iuuentutẽ: & quantò ſæpiùs ad hunc modum ſe regenerat ipſum, tantò purius fit & conſtantius. Quantum ſeſe mihi primorũ entium virtutes patẽ faciunt, iſtæ cęteras longè pręcellunt.

Sic etiam de primis entibus ſaliũ notandum eſt, ea iuxta ſpirituales vires, quàm in ſua perfectione fore maiora. Vt primũ ens Vitrioli, hoc ipſum alba quæcumque metalla permutat in rubea, nec non hęc in alba, ſuperat ac vincit omnes perfectiones ab ipſis comprehenſas: renouat & reſtaurat omnia corpora metallorum imperfecta, vt ſtannũ in ſuum primum ens, & iterum in ſtannum, cui plus virtutum ineſt quàm in ſuo ſtanno veteri.

Ad hunc modum reducit in humorem

rem radicalem, quicquid ex humoribus radicalibus prouenit, istosq́; reddit perfectiores, copiosiores, & pleniores quã aliud quoduis in humore sit radicali, tã vehementer operatur.

Non secus etiam herbarum & arborũ entia prima sunt, antequàm suum corpus acceperunt, caulem siue truncum, millies potentiora suis in virtutibus, quàm incorporata. Prout Melissę primũ ens renouat & restaurat corpus integrum, longe potentiùs quàm in naturalibus videtur, aut potest fieri. Quandoquidem intelligendum est Halcyonem ex sui natura sic non renouari nec restaurari, sed quia natura sua talis est, vt nutriatur & viuat ex primis entibus, ad hunc modum: Vbi corporibus herbarum, aut seminum vescitur ac simi lium, stomachus eius per digestionem ad primum ens illa reducit, & postmodum ex ente primo, sui renouationis & restaurationis operationes perficit. Nam eius digestio solùm ad entia prima prædestinata fuit naturaliter, quo fit vt cibum suum & potum in primũ ens transmutet: quamobrem etiam eis cor-

poribus tantùm veſcitur, quæ regenerant, atque reſtaurant, quibus etiam ab initio ſemper præparatur & alitur à parentibus, &c. Animaduertendum hæc entia prima progreſſum in aue ſuum, dum viuit, habere minimè poſſe, cum auis huius vita vires eis omnes adimat, illas in ſanguinem & carnem conuertẽdo: quum verò moritur, iuxta ſua tempora viret annua. Et non aliter quàm entia prima ſeſe demonſtrant in terra, pariter in eo palàm fiunt, renouant, & reſtaurant mortuam cutem, quod quidem in ipſa natura plurimum eſt admirandum, ſuis in viribus maximis, atque virtutibus, quę niſi paterent oculis, incredibiles forent etſi ſcriberẽtur. Hac de cauſa quidem euenit, quòd inæqualibus temporibus appareant Halciones, aut ſeſe pandant, aliquæ tempeſtiuiùs, aliæ tardiùs, quia ſimiliter entia prima tardiùs alĳs aut citiùs enaſcuntur, iuxta quod illa viderint. Item plurimi vermes renouantur & reſtaurantur, ea de cauſa quòd primis entibus aluntur & nutriuntur, dum in terra ſunt adhuc imperfecta. Miranda multa nobis occulta

culta ſunt, ac longè plura quàm innoteſcant, aut palam ſint, de quibus etiam copioſiùs ſcribi poſſet, niſi remotè nimis à textu libri de renouatione, & reſtauratione diſtarent.

Et quãuis nos entia prima ſicut ſcripſimus, non vſque adeo bene poſſumus accipere, vel in eadẽ eſsẽtia prout antea demõſtrauimus habere, nihilominùs eſt nobis poſſibile. Nã ſi cognoſcimus quînã & vbi minera latet auri, primum ens etiam eius inueniemus ibidẽ, vbi tamen ante perfectionem venerimus. Signa ſiquidem habẽtur, à quibus cognoſci poteſt quomodo metalli forma ſit poſita, ſic etiã dũ adhuc eſt in primo ſuo ente, frugiferas arbores, & fundũ, nẽpe terrã fertilẽ efficit, renouat arbores veteres, quæ à viginti iam annis fructus nullos produxerunt. Vbi tamen auri primum ens arripuerit eas aut radices, iterum incipiunt virere florereq; ſicut priùs. Multò plura de primo ente viſa fuerunt auri mirãda, quàm ſcribamus: ad entis primi demonſtrationem tamen ſufficiunt, illud ibidem eſſe,

Verùm vbi flammæ vel ſcintillæ viſæ

fuerint, iudicaudum eſt atque notandum ex ente primo fore metallũ, quod in coagulationem ſeſe dedit. Signa hæc de origine mineralium habentur, quæ ad aurum, ad argentum, vel ad alia metalla pertinent: ſic aliorum habentur entium primorum ſigna de origine ipſorum, &c.

Quum huiuſmodi ſignum viſum aut inuentum fuerit, intelligendum eſt hoc ipſum ens primùm in vno minimè congregatum aceruo, vt eſt quum in ſua perfectione iacet: at per totam terram in eo loco dilatatum. Quare terra hæc eſt in viribus entis primi ex qua quidem iſtud elicitur: vti de chelidonia, quum nondum eſt compoſita, primum ens eius eſt in terra, in qua ſitum habet: hac de cauſa terra ſimilis accipi debet, ac ab ea tandem extrahi, vti de chelidoniæ viribus demonſtrauimus. Notandum eſt inter ens primum, & perfectionem, eſſe differẽtiã hanc, videlicet quòd primum ens renouare poſſit rationibus antea dictis, at perfectum virtutes coagulationum tantùm habet, non renouationum, quibus poſterioribus illud

adhæret

adhæret, perfectum verò non. Inde colligendum est, si virtutes eiusmodi primorum entium ab istis haberi velint, à sua coagulatione remouenda fore corrumpendaq́;, prout in Arcanis & quintis essentijs demonstratur. Quòd in ente primo tamen vires maiores existant, nõ miretur philosophus, tum etiã in & ex terra quadam in qua herba nascitur essentialiter, antequam incorporetur, herbæ virtutes eiusdem asseruari haberique posse, tandem suo reposita loco terra, solùm terram esse frugalitatis iam expertem, quòd ei primum ens iam ademptum sit.

Inde fieri solet, vt entis primi vis eiusmodi vitro concludatur, eoq́; perducitur, vt in seipsa nascatur eiusdem herbæ forma præter omnem terram: & postquàm omnino concreta fuerit, corpus nullũ habeat, at corpori simile quid formatum: cuius causa est quòd terræ liquidum non habeat, quo fit, vt nõ sit aliud quàm apparẽs visui quiddam, quod rursum in succum deleri digito potest, instar fumi, qui substantialem formam demõstrat, sed nullo tactu perceptibilem.

In eiuſmodi concretis eſt eſſentia quin ta prorſus incorrupta,& in ſumma perfectione,prout in terra.

Quamobrem ex ente primo auri naſcitur ad hunc modum aurum concluſum,quod aquæ formæ tactu similẽ habet,commouetur & exalantur in modum auri.

De his hactenus: Ad practicã eorum nos conferamus quę renouant & reſtaurant,quæq; fieri debent ex artis poſſibilitate:licet breuiter à nobis conſcripta, ſatis intelligentibus tamẽ patefacta, qui medicinæ philoſophiæq; bonam inſtructionem habent.

Cognoſcenda ſunt igitur ea primùm quæ renouant & inſtaurant,vt etiam demonſtrauimus,eorumq; primum ens vnius extrahendum, & eo renouandum atq; reſtaurandum eſt.A quatuor iſtis generaliter incipimus, nẽpe Myſterijs mineralium,Gemmarum,Herbarum, atq; Liquorum,vt ſequitur.

Primum ens Mineralium.

Accipe mineralis auri vel antimonij minutiſſimè triti libram vnam. Salis circulati libras quatuor. Mixta ſimul dige-

digerantur equino fimo per mēſem: inde fiet aqua, cuius ab impuro ſeparetur purum: hoc in lapidem coagulato, poſtea vino rectificato calcinabis, ſeparabis iterum, & ſuper marmor ſolues. Aquam hanc putrefieri ſinito per menſem, inde fiet liquor, in quo ſigna fiunt omnia, vt in ente primo auri, vel antimonij: quare meritò primum ens vocamus eorum. Non ſecus de Mercurio, nec non alijs intelligendum erit.

Primum ens Gemmarum.

Accipe Smaragdorum optimè tritorum ℥.1. calcina in ſale ſoluto, quouſque in albedinem conuertantur: poſtmodū ſoluātur, & in phiala Hermetis luto clauſa ponantur ſuper nudū ignem, vitro nudo, materiaq; ſuſpēſa in altū, vt fundum nō attingat, idq; tā diu, donec à ſpirituali natura cōditioneq; decidat in fundū in corpus, vt liquor metallorū aut mellis. Hoc patefacit Smaragdi virtutes, quare primum ens metallorum vocari poteſt.

Primum ens herbarum.

Accipe Chelidoniam vel Meliſſam, & in pultes cōtuſas, vitro luto Hermetis clauſo reconditas, in fimum equinum

per mensem digerandas pone: postmodum separa purum ab impuro: purum in vitrũ effundes cum sale soluto, quod clausũ exponatur Soli per mensem, quo tempore finito, reperies in fundo liquorem spissum, & sal desuper natãs, hoc separato. Melissæ vel Chelidoniæ virtutes habebis vt in ente primo suo sunt, quæ Melissæ vel Chelidoniæ prima quidem entia dicuntur & sunt.

Primum ens liquorum.

Accipe mineram sulphuris & sal solutum, & per se resoluantur in aquam omnino, quã destillato quater: primò sursum ascendit albedo quædam, quæ virtutes entis primi sulphuris demonstrat: quare meritò loco primi sulphuris entis eam habere possumus, ac ita nominare.

Scriptis itaq; primis quatuor entibus in suo genere, latius notandum est, quînam vsus arripiendi sint ad eorum virtutes percipiendum, ad hunc modũ videlicet, vt eorum entium primorũ quoduis in vinum ponatur, tanta quantitate, vt eo tinctum sit: quo percepto, præparatum est in hoc regimen. De hoc vino singulis diebus manè bibatur in aurora,

donec

donec decidāt primò digitorum in manibus vngues, postmodum ad pedes, inde pili, dentesq;: postremò cutis exsiccetur, & noua renascatur.

His peractis omnibus ab isto medicamento vel potione cessandum est. Et iterum nascūtur vngues recentes, pili, dentesq; noui, nec non cutis noua: recedūtque morbi corporis & mentis, vt suprà declaratum est. His libellū nostrum de Renouatione & Restauratione conclusum volumus.

LIBER ARCHIDOXORVM ET PARAGRAPHORVM. D. Theophrasti Paracelsi Magni, Tertius.

De Separationibus Elementorum.


RIusquam elementorum separationū declarationem aggrediamur, quędā (etsi de generationibus rerum scripta, separationibus etiam elemētorum non vsq; adeo consona sint) in maiorem & clariorem eiusmodi separationum intelligentiam ponemus tamen. Conue-

nientius namq; res omnis ad finē suum perducitur, vbi maturo prius intellectu primùm quis finis eius existat considera tur, eo siquidem practica dilucidior euadit. Dicimus igitur, in omnibus rebus elementa quatuor existere, de quibus oritur prædestinata sua quæq; res. Qua ratione tamen ista quatuor elementa sibi mutuò cōtraria, cōcordare, simulq; morari queāt, ad hūc modū intelliges. Cùm elementorū in ordine prędestinato mixtio talis existat, vt in eis nullum pondus habeatur, sed vnius quàm alterius in rebus dominatio maior existat: eo quidē intelligitur, quòd in digesto fermētoq; prædestinationis, fortissimum prædominatur, aliaq; vincit & subiugat elementa; hoc ipsum ad suā perfectionem adducitur, iuxta naturam & proprietatem existentem in eo. Reliqua verò tria elementa sunt vacua, tāquam in ligno leuis materia: quapropter elementa vocāda non veniunt, cùm prefecta nō sint, at solùm vnum. Non est igitur, quum dicimus in omnibus elemēta fore, definitiuè sic intelligēdū, vt quatuor in eis perfecta sint, at finitū vnum, reliquis imperfectis manenti-

mentibus propter vires præcellentis elementi. Hinc fit, vt ea ſimul cõuenire poſſint, quòd in trib. nulla ſit perfectio, quare nec vlla corruptio per contrarietates dominari poteſt, quæ prædeſtinatũ ſubintrare vel euincere queat. Et ideo nulla corruptio neq; permixtio poteſt eis adhærere, ꝑut de generationib. ponimus.

Cùm ergò tantùm vnicũ in vnaquaque re ſit particulariter elemẽtum, non opus eſt, in rebus elemẽta quærere quatuor, cùm tria nõ ſint in perfectione poſita. Finaliter nobis intelligendum; quatuor in omnibus elementa rebus exiſtere, ſed non actu quatuor complexiones. Vt quũ ſubſtantia continet elementũ aquã, vt Nimphæ, latius in ea nulla terra, nec aer, neq; ignis exiſtit: itẽ in ea nulla ſimilitudo caloris neq; ſiccitatis, peculiarẽ nullã operationẽ habet, ſed eius prædeſtinatio nil præter aquã exiſtit, ac vnicum elementum aquam, ſub qua nulla ſiccitas nec operatio quæpiam eſt in agnata ſua natura. Quanquam ita ſe hæc omnia tamẽ habẽt, adhuc penes ipſum tria ſunt elementa, ſed non ex tribus alijs, quæ ſcilicet perfecta nata ſunt,

neq; principium adest ex prædestinati elementis, quod ei satis adiunctum, & impressum foret.

Et quamuis id contra communem philosophiam pugnet, vtpote prædestinatum vnum elementum ex sua natura cætera tria habeat sibi adhærentia: credibile tamen est, quòd elementū & substantia sint inter se differentia. Idq́; sic intelligendum: Substantia tingit ac elementat etiam hæc elementa, non ex substantia, sed pariformiter simul conueniunt, vt corpus & anima. Itidem intelligendum, quòd vnumquodq́; corpus crescentis alicuius complexionē similem habeat: similiter elementum in crescentis corpore visibile non est, nec tangibile, neq; demonstrabile. Quapropter elemētum hoc propter suam subtilitatem fortius est, & crescentis alia subiugat elementa. Sunt in corpore tamen omnia sed ad huius exempli modum, vti cùm aqua permiscetur aceto, huic similis existit: verùm licet acetum illius immutarit essentiam, est aquæ complexio nihilominus incorrupta, nec est acetum ea de causa, verùm æquè ac prius aqua: &

quam

quamuis aquæ virtutes non exerat, per hoc non ſtat quin eas adhuc habeat.

Iſtis propoſitionibus declarare cupimus, qua via ſeparationes elemẽtorum fieri debeãt, in quibus duæ practicæ nobis intelligendæ veniunt: vt illa cui conuenit elementi prædeſtinati ſeparatio, quam in libro de Quinta eſſentia declarabimus. Altera quidem eſt, ad quam elementa quatuor ſubſtantialia pertinẽt in creſcentibus exiſtentia. Per id intelligitur prędeſtinatum elementum pręter quintam eſſentiam non exiſtere: nec à ſeſe mutuò ſeparari poſſe, tantùm à tribus elementis, vt infrà de quinta ſequitur eſſentia. Verùm vbi de quatuor elemẽtorum ſeparationibus locuti ſumus, intelligẽdum de quatuor illis quæ ſunt in corporibus eſſentialiter, aut qualitatiuè. Hinc varij ſurrexerũt errores, quod in prædeſtinato elemento quatuor quæ ſita fuerunt, & vltra quintam eſſentiam, quod eſſe minimè poteſt.

Intelligendum etiam, quum elementa corporum ſeparanda ſunt, vt vnum ignis exiſtat, aliud aqua, tertium aeri ſimile ſit, quartum verò terræ iuxta ſuam

complexionem,vt elementa suis formi apparcant,& complexionibus, aqua ve lut aqua,aer vt aer,terra prout terra,& i gnis prout ignis: hæc subtiliter inter prætanda fore: tum demum per simi litudinem bene fieri potest, vt illa pro vnione sumantur elementorum, non visibiliter, neque iuxta naturam igni elementi, sed vt complexio calida & sic ca tamquam ignis: hoc modo cuique sua natura tribuitur elemento non co ruptate proprietate. Nō enim putatur quia calida plurimùm herba quæpiam sit, vt vrtica, plus ignis in se contineat sed potiùs existimatur suam esse quinta essentiam: quæ quidem præ cæteris om nibus caloris minùs habet, verùm ele menta corporis minùs aut magis acci piunt ex sua substantia, prout lignum plus ignis in se continet quàm herbæ: si militer lapides habent in se plus siccita tis & terræ quàm resinæ.

Notato pariter graduum quantitates in quintam essentiam introduci per ele mentum prædestinatum,& quantitates gradum elementorum corporalium in omnia per alia quædam.

Ad

Ad practicam veniẽdum eſt, quæ duplex habetur: vna quidem ex puris elementis elementa docet elicere, vt ex igne ardente, inuiſibili aere, ex vera terra, ſimiliter ex aqua naturali quæ deputatam originem, vt præcedentia, non habent.

Altera quidem eſt, ex quibus illa quatuor exiſtunt, vt ſuprà diximus, cum differentia tamen eius, quod plus exhibet elementi aquæ, terræ, vel aeris, cum eſſentialium elementorum formæ ſimilitudine. Cùm ad hunc modum ſeparata fuerint, non poſſunt corrumpi latiùs vnquàm, vt ſcilicet corrumpantur extra complexionem.

Animaduertendum etiam elementa, per ſeparationem ad ſimilitudinẽ eſſentialium elemẽtorũ inueniri formaliter: nam aer vt aer apparet, qui minimè concludi poteſt, quod aliqui faſsò putant, hac de cauſa, quia ſtatim in momẽto ſeparationis exaltat ſe, nec non ventus erumpit aliquando, cum aqua ſurſum aſcendit, cum terra nonnunquam, & aliàs cum igne. Exaltatio ſiquidẽ in aere plurimùm eſt admiranda, vt in eſſentiali

aquæ elemento calidè ſeparandus exi
ſtat, prout bullitione fit, qua quiden
incipiente, mox ab aqua ſeparatur, ſe
cumque potiſſimam aquæ ſubſtantian
defert:& quantò minuitur aqua, ſimil
ter ipſe iuxta ſuam præparationem &
quantitatem imminuitur.

Notandum igitur nullum elemento
rum vt aerem arripi vel haberi poſſe, v
rùm aliorum vnum prout aliud. Quar
non ſuſcipimus onus aerem ſeparanc
ſeorſum, cùm ſit in aliĳs tribus vt in co
pore vita:nam à corpore quum ſepar
tur omnia pereunt, vt clarè de ſeparati
nibus docemus in ſequēti practica. Qu
tuor hoc loco vitæ cōſiderandæ ſunt: v
na quidem eſt in aquoſis corporibus, i
eſt herbis, quæ plus aquæ ſatis, quàm
liorum elementorum habent. Secund
eſt in igneis corporibus: talia ſunt lign
reſinæ, olea, radices, &c. quæ plus in
continent igneæ ſubſtantiæ, quàm alic
rum. Tertia de terreis corporibus eſt i
telligenda, quæ ſunt lapides, luta, necn
terræ. Quarta verò de aereis, & hoc in t
bus aliĳs omnibus, vti meminimus. Par
formiter etiam de puris elementis tot

den

dem viæ conſiderandę ſunt,ad modum vt ſuprà de quatuor præcedentibus.

Poſtmodùm ſciendum quænam elementa,& quî ſeparanda ſint, inter quæ primùm ex metallis elementorum ſeparationes occurrunt,quibus prædeſtinatæ virtutes inſunt peculiares, in omnibus & per omnia forma ſimiles alijs, caliditate nempe,frigiditate, humiditate,ſiccitateque. Non tamē in vno prout in alio ſiccitas aut humiditas exiſtit: nā in aliquibus eſt appropriatiua,in alijs verò ſpecifica,varijs ad hunc modum vijs, vti ſunt in vnoquoque genere quæque naturatæ peculiariter, & eſſentialiter: cùm nullum genus elementorū virtutibus alteri ſimile ſit.

Sic etiam de ſeparationibus Marchaſitarum,quæ ſimiliter in practica,necrō elementari natura differunt ab alijs. Nā vnumquodque genus eſt in peculari ſeparatione poſitū, & particulariter practicari debet.Poſtea lapides & gēmę ſua demonſtrare debent elementa, nulla ſimilitudine cum alijs.

Deinde Salia peculiaris exiſtūt & excellentiſſimæ naturæ,plurium etiā pro-

prietatum, quàm ab aliјs percipiuntur est & in herbis essentia diuersa, quæ cùm ipsis mineralibus nulla via conueniunt: nec possunt similes fore, quod ad suam naturam attinet. Postea lignorum, fructuum, corticum, & similium singularis est proprietas: item carnis potuum, & ciborum omnium comestibilium, & non bonorum atque mundorum, malorum & impurorum, quę separari debent per elementa.

Istius separationis quam putamus duæ reperiuntur viæ, quarum vna fit separatione cuiuslibet elementi, per se in peculiare vas conclusi, præter suarum virium corruptionem aeris exeuntis. Altera separationis via est puri ab impuro quatuor in elementis, ad hunc modum scilicet. Postquam elementa separata sunt, vnum ab alio nempe, crassam habent substantiam adhuc, ea de causa alia quidem separatorum elementorum eiusmodi sequitur separatio. Quare practicam istarum omnium declarare volumus. Primò namq; sciendum rerum quintam essentiam hac via fore separandam & extrahendam, quòd

elementa corporũ in eſſentię quintę na tura non ſeparantur, aut cum eis relinquendã, vt illa renouare queat in iuuentutem, elementa nẽpe, minuere viribus, & augere. Hoc intelligendũ venit, vt elementis vires non depereãt, quum à prædeſtinato elementum eſſentiæ quintæ poſtmodum extrahitur, quę pariter elemẽtalis exiſtit, & ſeparabilis, quo ad formam elementatã, ſed non quo ad diuerſas naturas, vt patet de quinta eſſentia.

Per eiuſmodi ſeparationes, omnes elementales infirmitates ex vno ſimplici curari poſſunt, ad hunc modum videlicet, quum prædeſtinationes contra ſuũ non exiſtunt, vti de præparationibus ponimus. His itaque ſatis initium ſęparationũ deteximus, quapropter ad practicam earum eſt accelerandum, quarũ decupla varietas: vna metallorum, ſecunda marcaſitarum, tertia lapidum, quarta oleaginoſorum, quinta reſinarũ, ſexta herbarum, ſeptima carnium, octaua ſuccorum, nona vitreorum, decima verò fixorum. Ad iſtas elementorum ſeparationes vię tres habentur: vna per deſtillationes, ſecunda per calcinationes

tertia per ſublimationes. Accedunt ad hæc omnia ſimplicia quæ requiruntur, manuum applicationes ad ignem, vſus, atq; labor: quod latiùs neceſſarium eſt, ponitur in ſequentibus.

De ſeparationibus elemẽtorum ex metallis.

Ad elementorum ſeparationem ex metallis, opus eſt optimis iſtrumentis, labore, diligentia, cum artis experientia, manuum ad opus hoc aptitudine.

Primò fac aquam fortem ad huc modum.

Accipe ſal nitrũ, vitriolum, & alumen æqualibus partibus, quę deſtillabis in aquam fortem. Hanc rurſus ad ſuas feces affundes, iteratoque deſtillabis, & luna clarificabis hanc ſecundum aquã. Poſtmodũ Sal armoniacum in ea ſolues. His peractis: accipe metallum in laminas redactum, & in aquam ſoluas ibidem, id eſt in eadem aqua: tandem ſepara per balneum Mariæ: rurſum affunde, ſic toties donec in fundo repertum ſit oleũ, ex Sole ſpadiceum, ex Luna lazureum, ex Marte rubeum & valde obſcurum, ex Mercurio album, ex Saturno liuidũ atque plumbeum, ex venere viride prorſus, & ex Ioue flauum.

Non

Non omnia metalla ſic in oleum reducuntur,niſi quæ præparata prius fuerint,vt Mercurius eſt ſublimādus,Saturnus calcinandus, Venus florificanda,ferrum crocificandum,Iupiter reuerberandus:at Sol & Luna facilè ſe dedunt.

Poſtquam ad hunc modum, in liquidam ſubſtantiā reducta metalla fuerint, eaq́; ſe diſpoſuerint ad elemētorum ſuorum diſiunctionē,quod in metallica natura minimè fieri poteſt:nam vnaquęq; res prius eſt ad vſum cui conuenit præparanda:poſtmodum ad huius olei partem vnā adde,recentis aquæ fortis partes duas, & ſimul optimo vitro clauſa, ponas in fimum equinum per menſem. Inde pòſt igne lēto prorſum deſtillabis, vt materia coaguletur in fundo,& aqua fortis aſcendat, quam per balneum deſtillabis ad hunc modum: Habebis duo ſimul elementa,ſed non ex omnibus æquali modo:nam ex auro manent in balneo terra & aqua,ſed aer eſt in omnibus aliȷs tribus, & elementum ignis manet in fundo,quia ſubſtantia,nec non tangibilitas auri ex igne coagulata eſt: ergo ſubſtantia conueniet in ſubſtantiali. Ex

luna manebit in fundo elementum aquæ,& in balneo elemēta terræ & ignis. Nam ex frigido & humido ſumitur ſubſtantia,nec non corporalitas lunæ, quæ quidem eſt fixatiuæ naturæ, quæq; non poteſt eleuari. Ex Mercurio manet ignis in fundo,& terra & aqua ſurſum eleuantur. Ex Venere manet etiam ignis,& ambo,nempe terra & aqua manent in balneo. Ex ſaturno manet elementum terræ in fundo, ignis & aqua habentur in balneo. Ex Ioue manet aer in fundo, & ignis,aqua & terra eleuatur ab eo. Notandum igitur, aerem in Ioue corpus exhibere, & in nullo alio quouis metallo: quamuis aliqua pars eius etiam cum alijs non aſcendat,ſed illis inſeparabiliter mixtura ſit corporalis,nō eſt aer,ſed alijs adhærens & concurrens, ac ab eis inſeparabilis.

Iam ad remanentiam eorum veniendum eſt, ad hunc modum, vt elementum corporale,quod in fundo remanſit per fortem aquam recentem & balneū in oleum reducatur, & perfectum erit hoc elementum, quod ſeruabis vt partem vnam. Alia per balneum hoc mo-

do

do ſeparabis. Ea pones in arenam, vrgebisq; leuiter: primò quidem eleuabitur aqua, poſtmodum ignis, qui colore dignoſcitur, vbi tamen illa duo ſupereſſent: verùm ſi elementa terra & aqua remanſiſſent, primò ſurſum aſcendit aqua, poſtea verò terra. Si tamen terra & ignis forent, primò terra, poſtmodum eleuatur ignis. At ſi aqua, ignis, & terra ſimul eſſent, aqua primò ſurſum aſcendit, pòſt ignis, & poſtremò terra. Hæc peculiaribus vitris elementa ſeruari poterunt, quodlibet in ſua natura: vt ex Sole calidum & ſiccum, ſine quauis alia proprietate: ſimiliter frigidum & humidũ, & frigidum atq; ſiccum. Sic de alijs intelligendum. Ignorandum non eſt, corroſiuam aquæ fortis naturam extrahẽdam eſſe, prout in libro de Quinta ponimus eſſentia.

De ſeparationibus elementorum ex Marchaſitis.

POſitis antea ſeparationibus elementorum à metallis, ad eas quę de marchaſitis fieri poſsũt, eſt quòd veniamus, quæ tales exiſtunt.

Accipe Marchaſitarum ſpeciei cu-

iuslibet,siue talci granati,vel cuiusuis al-
terius libram vnam,salis nitri tantundē
contunde minutissimè, adurendoq; si-
mul deduc per alembicum extra cu-
curbitam,& quicquid liquoris ascende-
rit,serua. Quod autem in fundo manet
hoc tritum aqua forti resoluatur in a-
quam,huic prius aggregatam aquam a-
fundes,& in oleum destilla, sicuti prius
de metallis dictum est. Eodem processu
separabis elementa. Sic erit aurea ma-
chasita prout aurum intelligēda,nec nō
argentea sicut Luna,plumbea velut Sa-
turnus,cuprea tanquā Venus,talcea pro-
ut Iupiter,mercurialis vt Mercurius,&c.
Hæc de separatione marchasitarum suf-
ficiant in omnibus generibus.

De separatione elementorum à lapidibus.

LApidum & Gemmarum elemento-
rum separatio hac via venit intelli-
genda. Accipe lapidem optimè tritum
cui bis tantum viui sulphuris addes, &
mixta omnia simul in lebete lutato po-
nantur in Athanar horis quatuor,vt sul-
phur prorsum absumatur: postmodum
abluatur quod superest à fecibus & sul-
phur-

phure, ſiccetur calx eiuſmodi lapidea, & in aquam fortem etiam ponatur, & cum eo procedatur, vt antea de metallis diximus. Comparantur itaq; lapides metallis, vt claræ gemmæ, non albæ, nec fuſcæ ſunt auro comparandæ, ſed albæ, cœruleæ, glaucæq; lunæ: poſtea communiores lapides aliĳs metallis, vt Alabaſtrum Saturno, marmor ferro, ſilex Ioui, fragiles autem ſolido mercurio.

De ſeparatione elementorum ab oleaginoſis.

OLeaginoſa reputantur olea, ligna, radices, ſemina, fructus, & ſimilia, quæ naturam entis primi habent. Eſtq; duplex eorum ſeparatio, corporũ ſcilicet oleaginoſorum & oleorum purorum.

Oleaginoſorum ſeparatio talis eſt.

Accipe corpus hoc tuſum, tritum, aut quocunq; modo poteris comminutũ, id inuolutũ linteo, ligatumq; ponas in fimum equinum donec omnino putrefactum ſit, quod in vno quàm in altero citius accidit. Poſtquam putrefactum erit, in cucurbitã ponatur, eiq; ſuperfundatur communis ardentis aquę tantum

vt ſupereminceat quatuor digitis latis,& in arena deſtilletur omne quod aſcendere poterit.Nam aſcēdunt omnia præter ipſam terrā elemēta, quæ cognoſces à colorib. primò quidē ardēs aqua,poſtmodum aer,aqua deinceps,& poſtremò ſuccedit ignis,& in fundo terra manet. De puris oleis tamen intelligēdum, iſta nō indigere putrefactionibus, at ſolùm abſque additione fore deſtillanda, poſtmodum eorum elementa, prout ſuprà de alijs dictum fuit, ſeparanda, quæ ſuis etiam coloribus dignoſcuntur. Non aliter de reſinis liquidæ ſubſtantię faciendum eſt, vt pice,reſina, therebinthina, gummi,ſimilibusq́;. Sed quæ reſinæ corporales exiſtunt,prius veniunt præparādæ,vt infrà.

De ſeparatione elementorum in reſinis corporalibus.

Accipe ſulphur minutiſſimè contuſum,hoc in ſui duplo olei lini coquatur in hepar,quod conteres,& incluſum veſicæ ponatur in fimum equinum ad putrefaciendum quatuor ſeptimanis. poſtea deſtilletur per alembicum lentè ſuper nudū ignem. aer & aqua primùm aſcen-

scēdũt diuiſis vel diuerſis & pallidis coloribus. aucto poſtmodũ igne, ſurſũ aſcendit ignis, terra verò manet in fundo. Colores apparent puri, vt aer flauus: aqua ſpiſſi lactis inſtar, vt à lacte vix dignoſci queat: ignis vt rubinus ardens cum trãſparentia, & cum omnibus igneis demõſtrationibus: terra verò nigra prorſum & aduſta. Et quatuor elementis ad hunc modum ſeparatis, quodlibet eſt in ſua complexione perfectum, & abſq; permixtione, ſicuti ſuprà dictum eſt.

De ſeparatione elementorum ab herbis.

SIc & in herbis elementum aquæ plurimùm habetur quum frigidæ ſunt: at vbi fuerint aereæ, prædominatur idẽ elementum. ſimiliter de igne fuerit intelligendum. Earum ſeparatio talis eſt elementorum.

Accipe Saluiam & eius folia contere, poſtmodũ in putrefactionẽ pones vt antea dictũ eſt: inde pòſt per ventrẽ equinũ deſtillabis, & primũ aſcendet elementũ ignis, tam diu donec immutentur colores, & aquę ſpiſſitudo: poſtea terra ſuccedit, ac eius aliqua pars in fũdo manet

quæ quidem fixa eſt. Hanc aquam in Sole deſtillato ſex diebus, & poſtea per balneum: tum aſcendet elementum aquæ primùm, quod paucum eſt, guſtuq́; percipitur: poſtquam variatur color, aſcendit elemẽtum ignis, donec etiam guſtus alteretur: tandem pars terræ ſurſum eleuatur, valde pauca tamen, quæ cum aere permixta reperitur in fundo. Itidem de aereis & aquaticis herbis intelligendum eſt, quarũ aer primus aſcendit, poſtmodum aqua, & poſtremò iuxta proceſſum de ſaluia poſitum, ſequitur ignis.

De ſeparatione elementorum à carneis.

ELementorum à carneis corporibus & illis quæ cum ſanguine viuunt, ſeparatio ſic intelligenda venit, quòd prędominans in illis elementum copioſius repertum ſit optimum, vt in piſcibus aqua, & in vermibus ignis: item in commeſtibilib. carneis aer, principalia ſunt elementa, prout nos de generationibus animalium ſcribimus.

A piſcibus ſeparatio elementorum talis eſt.

Putre-

Putrefac optimè pisces, postea destil la per ventrem equinum, & aquæ pluri mùm ascendit: putrefactionem hãc atq; destillationem iterabis, donec aqua nul la velit ampliùs ascendere. Quod reliquum est postea destilla per arenam, tũ demum ascẽdit ignis in olei forma, terra verò manet in fundo. Sic tota pisciũ substantia separatur in elementa. Nulla de pinguedinibus atq; medullis est habenda consideratio, sed vnumquodque separari per putrefactionẽ, & in elemen ta sua diuidi iudicandũ est: pariter etiã de vermibus intelligendum, excepto quòd ex eis aquæ tantum non exeat, sed ignis plus, nisi vermes aquei forent, vti serpentes, quorum destillatio magis est admiranda, quàm dici queat. De comestibilibus animalibus ad eundem modũ intelligendum erit, quæ sua peculiariter etiam patefaciunt elementa per separa tionem.

De separatione elementorum ex vndosis succis, vel aqueis.

De succorum vndosorum separatio ne per elementa, vel eorum quę formã

vndofitatis habẽt,vt vrina,ſtercus, aqua &c.ſunt. hunc notato proceſſum.

Recipe vrinam eamq́ue prorſum deſtilla : ſimul aſcendent aqua, aer atque terra,in fundo verò manet ignis. Cõfunde poſtea ſimul omnia, deſtillaq; rurſus & quater ad hunc modum, & in quarta deſtillatione,primò ſurſum aſcendet aqua,demum aer & ignis,terra verò manet in fundo.

Recipe tandem aerem & ignem peculiari vaſe, quos ponas in locum frigidum, & congelabuntur pinnacidiola quædam ſpinarum inſtar ſalis petrę,quę ſunt elementum ignis: quamuis inter deſtillandum etiam congelentur, in frigore verò magis.

De ſeparatione elementorum aquæ.

Bullire fac aquam per ventrem equinũ,& in fundo ſubſidet ipſa terra, quod aſcendit putrefiat in ſuum tempus, & poſtea deſtilletur per balneum, & aſcendet aqua priùs, & poſtmodum ignis.
Stercora, vitriolum, tartarum, & quod ſuccorum eſt,vt alumẽ,ſalia, & id genus alia per cinerem deſtillanda ſunt, eo calore

ore tam diu, donec aſcẽdere nolint amplius, & aſcenderunt aqua & aer, terra manſit in fundo: poſtea per ignem aſcendet ignis. Notandum hoc loco, licet elementa quatuor ſeparata ſint, in terra manent adhuc elementa quatuor occulta, tanquam fixa, prout à vitriolo manet caput mortuum, hoc ipſum eleua ſublimauè cum ſale armoniaco, ſic in oleum ſoluitur in quo ſunt aqua & ignis, & ipſa terra ſubſtantialiter manet: ſepara quæ ſurſum aſcenderunt, aſcendetque rurſum aqua, & ignis manebit in fundo: ſic de tartaro necnon de ſalibus intelligendum erit. Et quamuis liquorum plures ſeparationes exiſtant, latiùs de trãſmutationib. declarabimus. Notandũ enim in corroſiuis terræ plurimùm eſſe præ cæteris elementis, quare per cineres ſeparanda ſunt, perque ſublimationem, vti demonſtrabimus.

De ſeparatione elementorum à vitris & eis quæ vitrea ſunt.

Prout ſuprà ponimus de reſolutionibus marchaſitarum, hoc loco pariter de vitris intelligendum eſt, ac ſummè

considerandum, videlicet, vt cũ sulphure prout lapides calcinentur, postmodum abluantur, & cũ sale petræ & aqua forti, &c. prout auteà declarauimus, &c. Eorum elementa cognoscuntur etiam per colores in destillationibus ex apparentia, quibus ista conclusa volumus.

De separatione elementorum in fixis.

Fixorum separatio fit per sublimationem, vti de salibus & liquoribus docemus, hoc discrimine tamen, quòd ista cũ sale nitro calcinãda sint, & postea sublimãda. Quamquam alia multa sunt, quę non ponũtur hoc loco, nihilominus intelligendum est rerum omnium separationes his decem vĳs iam declaratis fieri debere. Latiùs de separationibus quatuor elementorum notãdum est, quodlibet iterum separari posse, scilicet ignẽ vt ignem, aerem vt aerem, aquam vt aquam, & terram vti terram, prout sequitur.

De separatione ignis.

Sciendum etiam ex elemento ignis elementa quatuor separari posse: ad hũc modum, vt quum ignis violẽtissimè incenditur vel ascendit, receptaculo vel reser-

eſeruacello receptum optimè clauſo, ponendum eſt in fimum equinum per menſem, & in vno reperies elemento quatuor elementa: quæ ſeparabis aper to vaſe, ſuperpoſitoque receptaculo, ſic aſcendet vapor atque deſcendet aer in vas recipiens. Poſtea quod ſupereſt per balneum deſtilla, ſic aſcẽdet aqua: deinde per cineres aſcẽdet ignis, & terra manebit in fundo. Quæ ſimilium elemẽtorum vires exiſtant, & quare hoc loco ſic declarata ſint, aliȷs libris exponemus latiùs.

De ſeparatione aeris.

Aeris elemẽtum optimo vitro receptum & per ſigillũ Hermetis concluſum, Soli per integrã æſtatem eſt exponendũ, ac digerendum: circulando permutatur in aquoſitatem indies magis creſcentẽ, quam ſeparabis ad hunc modum. Putrificetur in fimo equino ſeptimanis quatuor, poſteà per balneum deſtillabis vt ignem. De ſuis viribus alibi plura dicuntur.

De ſeparatione aquæ.

Eam vitro pleno prorſum, nec tantillum vacuo, per ſigillum Hermetis cõn-

clusam calido Soli per mẽsem exponas vt cotidianum calorẽ habeat, ac si bulliret, verùm propter plenitudinem haud potest. Et tempore transacto putrefiat quatuor septimanis, pòst aperi, destillaque per alembicum trium rostrorum: hac via tria separantur elementa, & in fundo manet eius aquæ terra, cuius natura virtutum haud minorum alijs plurimis locis fore predicatur.

De separatione terræ.

Terræ processus vt in aqua seruãdus, excepto solùm in destillatione: similis est hæc illi quæ fit ad ignem, & eadẽ via conducenda. Hanc elementorum separationem hoc loco multis de causis posnimus, nedum quòd in Philosophia, verùm etiam in Medicina valde sit vtilis. De separationibus elementorum hactenus abundè satis scripsimus, licet plura scribi queant, haudquaquam verò necessaria.

Iam separationem puri ab impuro, secundum assumpti nostri propositum declarabimus: Quę quidem fit eadẽ via, quam de Arcanis & Auro potabili docemus: quare huc non adducenda. Quamuis iste

lis iste processus ab initio, prorsum idem non sit cũ eo qui de arcanis & magisterijs ponitur, nihilominus præparationis viã eandem finaliter assumo per elementorum separationem. Quandoquidem ista separantur hoc loco, postmodum quodlibet ab immunditijs existentibus in eo repurgatur, vt ex eis nihil deformis oriatur aut impedimẽti, quod aliàs bene fieri posset.

Finis Archidoxorum libri tertij, de separationibus Elementorum.

ARCHIDOXORVM LIBER QVARTVS D. THEophrasti Paracelsi.

De quintarum essentiarum extractionibus.



ANteà mẽtionem fecimus Essẽtię quintę, quę rebus inest omnib. Iam initio suæ tractationis intelligẽdum quidnam ea sit. Est igitur Essentia quinta materia quædam ab omnibus quæ natura produxit extracta corporaliter, & ab vnoquoque vitam in

ſe habente, cui vita pariter ineſt ab omnibus impuritatibus, & mortalitate ſeparata, mundata ſubtiliſſimè necnon ab omnibus elementis ſegregata. Sciẽdum vtique, Quintam eſſentiam eſſe tantùm Naturam, vires, virtutes, & mediciuam, quæ rebus inſunt: vt in ſuis domicilijs præter extraneã incorporationem, ſunt etiã colores, vita, proprietateſq; rerũ. Si ſimilis eſt ſpiritus vitæ, cuius res iſta permanens eſt, homo verò mortalis. Vnde colligi poteſt, ex hominis carne vel ſanguine quintã eſſentiã extrahi non poſſe: hac de cauſa quòd ſpiritus in eis qui ſpiritus virtutis eſt, moritur, & in anima vita exiſtit adhuc, quæ diſponit omnia.

Ea ratione quia ſpiritũ ſuum amittit, omnino mortale fit, & quintam eſſentiam nullã exhibet ampliùs. Nã eſſentia quinta ſpiritus eſt eius rei, quæ quidem ex ſenſatis extrahi non poteſt, prout ex non ſenſatis. Spiritũ enim vitæ habet in ſe Meliſſa, qui virtus eius exiſtit, vis, atque medicina: & quamuis à ſua radice ſeparata ſit, adhuc ineſt ei vita virtuteſque, hac de cauſa, quòd fixum quid & prædeſtinatum ſit: quapropter

pter ab ea poteſt extrahi quinta eſſentia, nec non cum vita cõſeruari ſine corruptione, prout æternũ iuxta ſuam prædeſtinationem. Si verò nos ad hunc modum præter corruptionem vitam cordis extrahere poſſemus, vt ex inſenſatis poſſibile nobis eſt, abſq; dubio mortis metu, morborumq́; perceptione perpetuò viuere poſſemus, quod fieri minimè poteſt, quare nobis ex eo mors expectanda venit.

Cùm igitur eſſentia quinta rerum virtus exiſtat, primò nobis dicendum venit qua forma virtus & medicina rebus inſint, ad hunc modum. Vinum in ſe continet magnam eſſentiam quintam, à qua mirandas operationes habet: operatio tamen quantitate vino longè minor exiſtit. Fel in aquam iniectum, totam reddit amaram, etſi fel quantitate centuplicata ſuperetur ab ea: vel vt croci põdus minimũ, ingentem copiam aquæ tingit, quæ tota crocus non eſt: pariter intelligendũ, in omnibus eſſentiæ quintę paruam eſſe quãtitatem, vt in ligno, herbis lapidibus, aliisq; ſimilibus: reliquum eſt purum corpus, de quo ſcribimus libro

de Seperationibus elementorum. Nec intelligendum, quintam essentiam fore quintum esse quid supra elementa, cùm ipsamet elementum sit. Posset etiam existimare quispiã, temperatam essentiam fore non frigidam, non calidam, non humidam, neq; siccam, cùm talis non existat: nihil enim est quod in temperatura sit per quam ab elementis prorsus alienetur: sed omnes essentiæ quintæ secundum elementa naturam habẽt, vt essentia quinta auri secũdum ignem, lunę secundum aquam, saturni secundum terram, & mercurij secundum aerem.

Quòd autem essentia quinta morbos omnes curet, nõ fit ex temperatura: sed ex insita sibi proprietate, magna munditia puritateq́; suis, quibus admirãdè corpus alterat in munditiam, & immutat: non aliter quàm ab oculo macula, vel pellicula tollitur, qui prius occæcatus erat: sic etiam viuo vitã essentia quinta mundificat in homine: non quòd vnius & eiusdem omnes essentiæ, quia recentes & excellentes æquè sunt, in æqualibus operationibus ideo ratione comple

xionis

xionis existant,&c.Prout si quis existimaret, Anacardi quintam essentiam tales ac similes operationes habere, quales auri quinta essentia, quòd ambo sunt ignei,longè seduceretur: quia virtutum prædestinationis & dispositionis differentia est. Animal omne spiritum in se vitæ continet,attamen in omnibus eadem virtus non existit, ideo quòd ex carne & sanguine constant omnia : sed vnũ ab altero differt,vt gustu' sic & eorũ essentia quinta:quæ virtutem non accipit ab elementis intelligendo simpliciter,sed ex proprietate in elementis existente, prout etiam de generatione rerum ponimus. Inde quidem oritur, stipticas esse nonnullas quintas essentias, aliquas narcoticas,attractiuas alias, aliquas verò somniferas,amaras,dulces,acetosas, stupefactiuas, & aliquas in iuuentutem renouare corpus, alias eius esse conseruatiuas in sanitate, purgatiuas,aut constipantes alias, &c. quarum virtutes innumeræ sunt,à medicis tamẽ optimè cognoscendæ.

Quũ igitur essentia quinta separatur à non essentia quinta, prout anima quæ

dam à ſuo corpore, & in corpus aſſumitur: quænam infirmitas huic tam nobili naturæ, purę, potentiq; reſiſtere poterit, aut noſtro corpori vitam adimere, præter mortem, quę prædeſtinata corpus & animam noſtrã ſeparat? vt nos de vita & morte ponimus. Hoc loco pariter conſiderandum, vnumquemq; morbum indigere ſua peculiari quinta eſſentia: quamuis aliquas doceamus, quæ ad morbos omnes aptæ ſunt: qua ratione tamen id fiat, ſuo loco dicetur.

Latius dicimus, quintam eſſentiã auri quãtitate minimam exiſtere, quod reliquum eſt eius, ſpoliatum corpus exiſtit in quo dulcedo nulla, nec acetoſitas, nulla virtus neq; vis remanſit, præter mixtionem quatuor elementorũ. tem hoc arcanum latere nos minimè debet, elementa nempe ſine quinta eſſentia nulli poſſe morbo reſiſtere, ſed hoc ſolùm & aliud non efficere poſſe, præterquã abſque viribus vllis calefacere vel frigefacere: prout ſi morbus calidus foret, frigiditate pellitur, at non ea abſq; viribus, vt aqua, niueq; frigidis, quæ licet frigidæ ſatis exiſtant, in eis tamen quinta eſſen-

tia non habetur, cuius viribus morbus expelli posset. Quapropter auri corpus inualidum est per seipsum, at eius essentia quinta solùm existens in eo, corpori, nec non suis elemẽtis vires in eis existẽtes præbet. Sic etiam in alijs omnibus rebus, quinta solùm est earũ essentia, quæ curat, sanat, ac tingit corpus totũ, vt sal cibum aliquem optimè cõdit. Est igitur essentia quinta, quę colorem exhibet vti virtutem: & postquam aurum suo colore priuatum est, quinta simul essentia caret. Non secus de cæteris intelligendum est metallis, vbi color eis ademptus fuerit, natura sua priuata sunt.

Similiter in lapidibus & gemmis, vt essentia quinta corallorum est cum rubedine pinguedo quędam, & corpus eorum album: item Smaragdi quinta essentia, succus est viridis, & corpus eius etiam album. Non aliter de cæteris omnibus lapidibus intelligendum erit, eos nempe naturam suam, essentiam & proprietates cum coloribus amittere, prout in suis extractionibus docemus peculiariter.

Id ipsum in herbis, plantis, & alijs pro

ductis crescentibus intelligi debet. Itidẽ in carne sangnineque, de quibus nulla quinta essentia potest elici, rationib. antea positis, at bene similitudo quæpiam essentiæ quintæ potest ab eis extrahi per nos, ad hunc modum. Carnis frustum vitam adhuc habet in se, primò quia caro adhuc existit omni cum sua natura viribusq;. Quapropter in ea vita est: licet vera vita non sit, nihilominus est vita præseruatiua, tam diu donec putrefacta sit. Quare discrimen hoc notandum venit, quo quidem herba sicca, similiaque prout caro sunt existimanda: nam eis deperijt spiritus ille viridis, id est, vita. Possunt igitur emortuæ res ad emortuam quintam essentiã assumi, prout caro potest omnes de se virtutes exhibere, peculiariter in partem vnam segregatas à suo corpore: sic & sanguis, ac herbæ siccæ. Quæ quidem, etsi non sint viuæ quintæ essentiæ, nihilominus demonstrant emortuam quintam essentiam aliquas virtutes patefacere. Metalla verò nec non lapides perpetuam in se vitã & essentiam habent, non moriuntur, at vti hæc metalla sunt, aut lapides,

eorum etiam pro ratione vita longa eſt. Quare perfectas etiam quintas eſſentias exhibent, quæ pariter ex illís extrahi poſſunt.

Qua via iam eſſentia quinta ſit extrahenda videndum. Multæ quidem viæ ſunt, aliquæ per additiones, vti per acetum, aliæ per balſamum, per ſeparationes elementorum, ac plures alias demonſtrationes quàm hoc loco ponamus.

Quocunq; modo fiat, eſſentia quinta non debet extrahi per mixtionem rerũ non conuenientiũ, aut per additionem, ſed elementum quintæ eſſentiæ ſolùm eſt extrahendum à corpore ſeparato: ſimiliter ex ſeparato per id quod extractũ eſt. Varÿ modi reperiuntur, per quos eſſentia quinta poteſt extrahi, videlicet per ſublimationẽ, calcinationẽ, p acetũ, per corroſiua, per dulcia, per acerba, &c. quacũq; via fieri poteſt. Notandũ eſt, vt omne quod ad eſſentiã quintam admixtum fuerit ob neceſſitatem extractionis, id ipſum rurſus extrahatur, & ita maneat eſſentia quinta ſola, nullis coinquinata rebus alÿs aut permixta. Fieri

namque posse, vt à metallis, & prçsertim ab auro, quod non per se potest superari, quin adhibeatur corrosiuum aliquod aptum, vt ab eo postmodùm separari valeat, vt sal quod aqua fuit, iterum ab aqua trahitur, vt hæc sale sine maneat extrahi possit essentia quinta, nõ est credibile. Id considerandum tamen venit, scilicet omne corrosiuũ ad hoc idoneũ non esse, quòd non omnia separari possunt. Ad hunc modum intelligendm, si vitriolum aut alumen aquæ permisceatur, neutrum ab ea postmodum absque detrimẽto vel corruptione separari potest iterum, quin asperã post se terream substantiam relinquat, ea de causa quòd aqueum vtrumq; sit, ac similia duo concurrant: quod hoc loco fieri non debere. Quapropter animaduertendum, vt aquosum ad aquosum non assumatur, oleatum nullum ad oleatum, resinatum nullum ad resinatum, sed contrarium separare debet quintam essentiam, & extrahere prout aquæ, oleaginosorũ quintas essentias, vti de metallis intelligendum, & oleaginosa quintas essentias aquosorum, vt à quintis herbarum essen-

ijs intelligere possumus. Sũt igitur post separationem & extractionem essentiæ quintæ separanda corrosiua: quod factu facilè fuerit: nam oleum & aqua leuiter separantur, at oleum ab oleo non, nec aqua similiter ab aqua sine permixtione trahi potest: quod quidem in essentiam quintam damnum adferre posset maximum. Oportet enim quintã essentiam claram & immaculatam, absque mixtione cuiusuis esse receptam, vt vnicam substantiam habeat per quam totum penetrare corpus valeat. Subtilitas eius & vires inuestigari funditùs neque sunt, non magis quàm eius origo potest, vnde primò processerit plenè cognosci. Multos enim gradus habet: vnum contra febres, vt opiatorum: vnum contra hypposarcham, vt essentia tartari quinta: vnum cõtra apoplexiam, vt auri: vnũ contra epilepsiam, vt vitrioli: quorum numerus infinitus, vt experientia. Quãobrem summè considerandum ac elaborãdum, vt vnicuique morbo suus verus inimicus assignari queat, sic incredibile natura præstabit auxilium: quod in sequentibus melius declarabitur, ac

promouebitur latius. Non possumus de gradibus eius loqui, prout simplicibus in medicina gradus omnes assignantur, ea de causa, quòd essētię quintæ graduū ad simplicium gradus nulla fieri cōparatio possit, nec debeat. Sed quū gradantur, ex vnius quàm alteriùs excellentia maiore fit, & nō iuxta cōplexiones, ac si diceretur, quintam essentiā Anthos fore calidiorem essentia quinta Lauendulæ, vel quintam essentiam Veneris, Lunæ quinta ficciorem essentia: his verò non consideratis, gradus alicuius rei supra multarū aliarum gradus, ex magnis virtutibus cognosci debet, ad hunc modū videlicet. Quinta essentia Antimonij lepram curat, & essentia quinta corallorum spasmum & contorsiones pellit. Vt iam cognoscatur vtra melior & altior gradata sit, aliud iudicium esse non potest, quàm Antimonij quintam essentiā fore potiorem & altiorem, ex eo quòd lepra grauior infirmitas existit, quàm colica sit cū suis annexis. Iuxta proprietatem igitur, quam habet contra morbos, gradus eius cōsiderātur etiā in vno morbo prout in lepra, quā essētia quin-

ta

a Iuniperi pellit, etiam quinta eſſentia
mbræ, quinta pariter eſſentia antimo-
iȷ̃,nec nõ auri quinta eſſentia. Etſi qua-
uor iſtæ curant lepram, cum differentia
amen id præſtant, cum ad eiuſmodi cu-
am in eodem gradu non exiſtant. Nam
eſſentia iuniperi morbũ hunc pellit per
ſummam repurgationem & mundatio
nem, quã operatur in ſanguinẽ, & in ve-
nenum: & quia non ita perceptibilis eſt,
in iſtius curæ primò gradu numeratur.
Quinta eſſentia ambræ venenũ etiã adi
mit, & magis pulmonẽ, cor, & membra
lepræ mundat, quare ſecundus ei gradus
tribuitur. Antimonij quinta eſſentia vl-
tra quòd ambas virtutes iã dictas habet,
mundat cutẽ, & corpus totum acuit ac
renouat mirum in modum: quamobrẽ
tertiũ gradum obtinet. Solis autẽ eſſen
tia quinta has operationes omnes exe-
quitur ſola, tum radicitùs omnia lepræ
ſigna tollit, ac renouat corpus, vti mel &
cera mũdãtur, & à ſuo fauo repurgãtur:
hac de cauſa quartũ gradum occupat.
Hoc modo gradus eſsẽtiæ quĩtæ cognoſ
ci poſſunt, vnus ab alio: hoc eſt, quis eo-
rum altior exiſtat. Item ſimplicia ſuis in

proprietatibus cognoſci debent:nã iuxta has eorũ eſſentia poteſt in ſupremis ſuis gradibus haberi.

Eſt quod latiùs eſſentiarum quintarum cognoſcamus differentias:nam ali quæ iecinori,morbis eius omnibus reſiſtendo plurimùm inſeruiunt : nonnullæ capiti , renibus aliæ, pulmoni quædam, & aliquæ ſpleni,ſimilibuſque varijs modis:item in ſanguine quædam, ſolùm operantur,aliæ ſolùm in phlegmate, quædam in melancholia tãtùm , aliæ ſolùm in cholera:quædam aliæ ſuas operationes tantùm in humoribus habent:quędam in ſpiritu nutritiuo, quædã in oſſibus operantur , in carne quædam aliæ, quædam in medullis , in cartilaginibus aliæ,quædam in arterijs:ſunt & aliæ quæ ſolùm contra quoſdam operantur morbos & contra nullos alios, vt contra paraliſim,caducum,contracturam,contra fluores,hydropiſim, &c. Narcoticæ quędam etiam reperiuntur , aliæ quidem anodinæ, quædam ſomniferæ, quædam attractiuæ , purgatiuæ, mundificatiuæ, conſeruatiuæ, regeneratiuæ , nonnullæ ſtupefactiuæ,&c.

Quædam alię reperiuntur, quæ renouant & reſtaurant, hoc eſt, corpus, ſanguinem & carnem tranſmutant. Aliquę per conſeruationem diuturnitatis, quędam in trãſmutationem, aliquæ per accenſionem. Etiam intelligendum eſt aliquas habere formam ſpecificã, alias appropriatam, influentem alias, alias naturalem. Summatim plures earum virtutes exiſtunt, quàm deſcribere valeamus: & earum operationes in medicina plurimùm admirandæ necnon imperſcrutabiles, vti varijs modis contingit, aliquas eſſentias quintas centum annorum hominem, reddere ſimilem ei qui vigenarius tantùm exiſtit, idq́ue viribus & potentia. Quiſnam inter homines tãti myſterij poſſet originem inueſtigare, vel vbi naturaliter oriuntur materiæ primæ? Simile quidem ſupremo noſtro Creatori cùm conueniat, eſt relinquendũ. Quis enim inſtruet nos vt cognoſcamus quibus viribus antimonij quinta eſſentia pilos eijcit, & nouos excitat? Item eſſentia quinta Meliſſæ dentes eruat, vngues manuum, pedumq́ue ac nouos reddat? & eſſentia quinta Rebis cutem renouet?

Chelidoniȩ verò corpus immutat & renouat in bonum & melius,non ſecus ac imaginē colores renouant .Lōgè plures exiſtūt ſimiles,quas hic omittimus, capituliſq; ſuis declarandas reſeruamus.

Qua ratione tandē fieri poſſet, vt nobilem iſtam Philoſophiā atq; Medicinā poſſemus relinquere,cùm natura nobis in & ex eis tā admiranda prȩbet experimēta,facultateſq; reliquȩ omnes in cauillatione poſitæ ſint,atque defectibus? Cur nos hoc ipsū nō delectaretur, nēpe quòd quinta eſſentia Carlinȩ vires adimit alteri,prȩbetq; huic qui vtitur ea?Itē quòd Auri quinta eſſentia leprosū totū inuertit,ac lauat,vt inteſtinū aliquod in macello?cute pariter cū eximit,nouāque reddit,ſoluit organa vocis,totam leproſam complexionem aufert, & efficit ac ſi recens ex ſua matre prodiret.

Quapropter ad eiuſmodi quintarum fabricationē eſſentiarū volumus animū conuertere, Viam extractionum earum diuidentes,vnam ad metalla, aliam ad marchaſitas, aliam ad ſalia,ad lapides & gemmas aliam,aliam ad ardentia, aliam ad creſcentia, aliā ad aromata, aliam ad

bilia & potabilia:quas omnes declarare conabimur. Notandũ tamen vt in quintarum essentiarũ practica, theorices & naturalium habeatur bona cognitio, theoricè tantùm, videlicet rerum proprietatum ad naturales morbos. Nec etiam ignorandum, inter quintam essentiam, Aurũ potabile, Arcana, Magisteria, nec non id genus alia differentiam esse, talem videlicet, quod essentia quinta nõ potest iterum in suum corpus reduci, at Aurũ potabile bene in suum corpus metallicũ rursus trãsmutatur: quare longè nobiliores in essentia quinta virtutes existunt, quàm in aliĳs.

Iam vnius ad alteram essentiam quintam cognoscenda est differẽtia, tũ quid ipsa sit quãuis antea satis eam explicuimus, tamen admonet me practices alia via quędam per quam essentiæ quintæ possunt etiam extrahi, cõditiones atque naturæ quędã eius inueniri. Quãuis istę nõ apparẽt in forma quintę essentię, nec etiã ad eundẽ fiant modũ: & non solùm in vno sunt elemento, prout essentiam quintam fore decet, nihilominus istarum rerum quinta essentia, potiùs meo

iudicio, quàm essentia quinta vocari debet Arcanum & mysterium quoddam: de quo plura scribenda forent quàm de quinta scripsimus essentia: cùm tamen id libris Paramiri declarauerimus, hoc præterimus loco. Arcanorum & mysteriorum artis eiusmodi numerus est infinitus & imperscrutabilis, eorũ viæ multæ concurrunt hominum ingenijs perspicacissimis: inter quę tantùm quatuor huc adducimus. Arcanorum istorũ primum est Mercurius viræ, secundum est Materia prima, tertium est Lapis philosophorum, quartũ verò Tinctura. Quanquam hæc arcana relatu magis angelica quàm humana sunt, nihilominus ab eis non abhorremus, at potius indagare naturæ vias conamur, & omne quod ex ea procedit, quo naturaliter eam intelligere valeamus. Prout loquimur de Mercurio vitæ, qui non est essentia quinta, sed arcanum, quòd in eo multæ virtutes ac vires existant, quæ præseruant, conseruant, ac regenerant, vti libro de Arcanis scribimus.

Similiter etiam prima materia, nedũ in viuentibus, verùm etiam in mortuis

corpo-

orporibus ad modũ eundem plus quã
aturaliter operatur. Itidem & lapis phi
oſophorum efficit: qui corpus tingẽs id
tiam ab omnib. ſubleuat morbis, vt me
alla queuis à ſuis impuritatibus. Vt etiã
inctura, quæ lunam in ſolem tranſmu-
at, non aliter morbus mutatur in ſani-
atem. hac ipſa pariter & alia magiſteria
aciunt, vt elixira, nec non aurum pota-
bile, de quibus ſingulis ſuis libellis agi-
tur.

De extractione quintæ eſſentiæ ex metallis.

Breuibus quintarum eſſentiarum ex-
tractionẽ à metallis abſoluemus. In eis
multi plurima tentarunt & experti ſunt
noſtris temporibus, quibus occurrerũt
multa: varias enim vias ingreſſi fuerunt.
De metallis igitur intelligẽdum, ea duas
in partes diuidi, ſcilicet in ſuam quin-
tam eſſentiam, & in ſuum corpus. am-
bo liquida potabilia ſunt, quæ ſimul nõ
permiſcentur, ſed impurũ corpus quin-
tam eſſentiam eijcit ad ſui ſuperficiem,
prout à lacte coloſtrum. Fiunt hac via
duæ pinguedines aut viſcoſi liquores ex
metallis, qui ſeparandi ſunt: corporis vi-

ſcoſitas alba ſemper exiſtit ex metalli omnibus,at eorum eſſentia quinta colorata,ſicut anteà de metallis ſeptem explicuimus.Habēt etiam proceſſum eundem omnes qui tales ſunt.

Proceſſus extractionis eſſentiæ quintæ ex metallis.

Metallum in aquã ſoluatur, poſtmodum hoc ſolutum per balneum deſtilletur& abſtrahatur,putrificeturq; tamdiu donec in oleum reducatur,quod è phialis paruis aut cucurbitulis per alembicum deſtilletur, & pars vna metalli manebit in fundo,hoc iterum in oleum vt prius adducatur, ac deſtilletur tam diu, donec omne metallum aſcenderit: poſtea putrificetur iterum per menſem: lento demum igne rurſus deſtilletur, & vapores omnes aſcendent atque deſcendent in receptaculum, quos amouebis. Tandem aſcendent obſcuri duo colores,vnus albus,alter verò iuxta metalli naturam & conditionem.Et cùm aſcenderint omnino,ſeparantur in recipiente,ſic vt eſſentia quinta maneat in fundo,calor albus corporis natat ſuperius.

Hæc

Hæc duo ſeparato per attractoriũ. Phiala recipe quintam eſſentiam, altera, cui vinum ardens affunde purificatũ,& maneat cum ea tam diu, donec prorſus acuatur: poſtea coletur vel ſeparetur ab eſſentia quinta,& recens iterum affundatur: hoc toties feceris, donec acuitatem nullam percipias amplius. Tandem aquam bis deſtillatam affundas, qua quidem abluatur, & ad ſuam dulcedinẽ adducatur, in qua ſeruato. Hac via præparatur eſſentia quinta metallorum. Album verò ſi reduxeris, habebis inde malleabile corpus album & metallicum, quod cognoſci nequit ſub qua ſpecie cõtineatur. Plures aliæ viæ reperiuntur ad extractionem eſſentiæ quintæ, quas quidem ſubticemus, quod à nobis extractiones quintarum eſſentiarum non exiſtimentur, at bene tranſmutationes, in quibus extractio nulla fit, nec venit in vſum.

De extractione quintæ eſſentiæ ex marchaſitis.

In marchaſitis etiam variæ viæ reperiuntur ad earum eſſentiæ quintæ extractionẽ, quas etiã eſſentias quintas fore

minimè iudicamus, etsi maioris virtutis existant, quàm earum essentia quinta, prout etiam de arcanis, magisterijs, & elixiribus docemus. Noster quintam essentiam ab omnibus metallicis marchasitis extrahendi modus & vsus, est similis metallorum extractionibus. Quòd antea dixerimus, quintam essentiam esse rerum supremas vires, ac etiam de arcanis idem, quæ maiora tamen essentijs quintis existunt, ratio hæc est, quòd arcana contineant in se quintas essentias, & vltrà tantam ad subtilitatem reducta sunt, & acuitatem, vt ex his virtutem accipiant, essentia quinta longè maiorem tum propter appropriatum eorum & specificum.

Processus extractionis quintæ essentiæ ex marchasitis.

Accipe marchasitæ minutissimè contritæ libram vnam,

Corrodentis aquæ libras duas. Simul permixtæ maneant in digestione mensibus duobus aut tribus, & reducentur in liquorem: hunc destillabis omnino per ignem, & ascendet in vaporē, quem vnà putrificabis in vno ventre per men

sem

m:postea destilla sicut metalla, duo pa
ter, vt in illis, colores ascendent, album
num, alterum essentiæ quintæ. Album
linque, nisi foret ex alba marchasita
el stannea, tum à spissitudine cogno-
as vnũ ab altero. Inferiorẽ accipe, quẽ
d suam dulcedinem adducas, vt suprà
e metallis. Ad hunc modum extraxeris
ssentiam quintã à marchasitis, absque
iriũ, aut virtutum vlla corruptione.

De extractione quintæ essentiæ ex salibus.

Quintam essentiam à salibus extra-
hendi modus, fit peculiari via quadam,
vt eorum vires non imminuantur, ad
hunc modum.

Accipe salia, quæ calcinabis optimè:
i volatilia sint, adures: postmodum re-
soluãtur in tenuitatem, & in aquam de
stillentur. Aquam hanc in putrefactio-
nem ponito per mensem, & per balneũ
destillato, & ascendet aqua dulcis, quam
abijce. Quod ascẽdere noluerit amplius
iterum in digestionem ponas per men-
sem alium, & destilla sicut prius, ac to
ties, donec amplius dulcedo nulla perci-

piatur. Hac via iam habes quintã essentiam salis in fundo, ex adusta libra vix duas vncias. Huius salis ad hũc modum extracti, si communis fuerit, solùm vncia semis plus condit ın cibis quàm alterius libra semis: nam eius essentia quinta duntaxat adest, & corpus ab ea per liquidam solutionem abstractum fuit.

Hac ratione quinta separatur essentia salium omnium. Sed ab alumine vitrioloq; per aliam viam extrahıtur, ad hunc modum: ista calcinari se non permittunt ad fluxum, quo salia sunt adducenda: quapropter post eorum calcinationem est quòd aduras ea, resoluasq; iuxta practicæ tenorem: & postquam resoluta sunt aquas iterum affunde quę processerunt ab eis, & iuxta processum de salibus datum progredere: nam essentiæ multùm ascendit cùm humiditate, quæ sic iterum ad fundum resedit in compositione putrefactionis, & ita simul iterum conueniunt redeuntque.

De ex-

De extractione quintæ essentiæ ex lapidibus, gemmis, & vnionibus.

Ex lapidibus, gemmis & vnionibus, quorum processus idem est, quintam essentiam extrahendi modus omniũ excellentissimus, & admodum subtilis ac industrius existit in opere. Minima quãtitas etiam ex istis essentiæ quintæ potest haberi, & quãtò subtilior ac purior, tantò paucior. Vix, aut non labore dignum est, ex crassis magnis vilioribusq́; lapidibus, vt essentiam quintam cupiamus habere, cùm in eis parùm virtutis existat, quo fit etiam, vt parùm admodum ab eis exeat.

Processus extractionis essentiæ quintæ ex lapidibus, gemmis & vnionibus.

Accipe gemmas aut margaritas, vel vniones, contũdas in fragmẽta crassiuscula, nõ in puluerẽ, & in vitrũ positis acerũ radicis affunde, vt quatuor aut quinque digitis latis supereminеat, & integro mẽse digerantur in ventre equino, quo peracto, materia tota liquida futura est. Hãc

alio recenti radicato lauabis aceto, concutiendoq́; ſimul permiſceto: ſic recipit acetum in ſe lapidis colorem. Coloratũ in vitrum aliud effundes, acetum rurſus affunde prout antea, toties donec amplius non coloretur. Colore continetur eſſentia quinta, reſiduum eſt corpus. Accipe colores, & in ſiccitatem lentè bulli re ſinito, poſtmodum aqua deſtillata ſæpius abluito, quouſq; dulcis fiat, vt ſuprà. Tandem hunc puluerem ſuper marmor ſolui permitte: gemmarum & vnionum ad hũc modum habebis quintam eſſentiam. Eſt quod animaduertas in vnionum coloribus: ipſę namq; reſoluuntur in colorẽ ſpiſſi lactis, & corpus eorũ eſt arenoſum & viſcoſum: ab eo dignoſci poteſt vnum ab alio. Simile de Criſtallo fit: eius eſſentia quinta ſuperemi net, viſcoſo corpore quodam remanente. His extractionum eiuſmodi cognitio ſat ſuperq́; haberi poterit.

De extractione quintæ eſſentiæ ex ardentibus.

Ardentia dicũtur omnia, quæ nec ad cibũ, neq; potũ vſui ſunt, & ex ſua natura ſubijciũtur vſtioni, demũ incorporalẽ ſub-

ſubſtãtiam de ſe præbentia,quorum eſ-
ſentiæ quintę proceſſus extractionis hic
eſt: Simile corpus minutiſſimè tritum
in ollam vitreatam eò plenam colloca,
ſigilloque ſapientiæ coopertam ne reſ-
piręt,igne circulatorio per viginti qua-
tuor horas vrito,ſic vt in æquali calore
maneat,olla cadente prunarum inſtar.
Ab igne poſtmodum extractum, nutri-
cetur in fimo ſeptimanis quatuor, po-
ſtea deſtilla quicquid aſcendere volet,
hoc in equino ventre ponatur ad humi
ditatē ab eo totam deſtillandum, & rur
ſus ad putrefaciendum,quouſque nulla
humiditas ampliùs exeat: cuius tum de
mum quod acceperas eſſentia quinta
manet in fundo. Hac via trahitur eſsētia
quinta ex omnibus rebus oleū in ſe con
tinentibus,reſinam, picem, aut ſimilia,
prout ex terebintho,abiete,iunipero, cy
preſſo,&c. ſeminibus omnibus, fructi-
bus, ac ſimilibus. Notandum longè plu
res extrahendi quintam eſſentiam ab i-
ſtis,alibi vias atque modos haberi, qui-
bus odorifera,ſubtilis & clara prorſum
exit. Verùm iſti modi nō ſunt extractio
nes eſſentiæ quintæ,ſed magiſteria quæ

dam earundẽ rerum, per quæ, pro parte quinta ſimul eſsẽtia in permixtione ſurſum aſcẽdit. Non eſt tamẽ eſſentia quinta perfecta, cùm lignorũ eſſentia pinguedo quędam ſit, aut reſina ſpiſſaq; ſubſtãtia, quòd in magiſteriorũ forma non extrahatur. Quare quinta eſſentia terebinthi arboris curat vulnera, ſed vbi modo ſupradicto fuerit extracta ab alijs magiſterijs, ea non curat, quod fundamẽtum eſſentiæ quintæ non habeat in ſe. Magiſteria ſiquidem à quintis eſſentijs hac ratione ſeparãtur, quòd ſolùm complexiones & elementa quatuor cõcernant, quæ tamen eſſentiarum quintarum natura non eſt: item illa ſpiritualiter iſtam recipiunt, & non in eſſentia propria materialiter, vt patet in capitulis.

De extractione quintæ eſſentiæ ex Creſcentibus.

Creſcentia dicuntur hoc loco nobis illa quæ decidunt, & rurſum creſcunt, vt herbæ, frondes & ſimilia: quorum etiam extractionis quintæ eſsentiæ varij modi reperiuntur cum aliarum additione rerum. Sed abſq; mixtione cuiuſuis extrahi debet cum retentione ſuorũ guſtus colo-

coloris,necnō odoris, vt in istis augeatur,& non diminuatur. Prout in musco ambra & zibeta,quorū essentia quinta cū odore toto prorsum extrahitur,eorū corpore fœtēte postea,sic vt nullius momenti sit ampliùs,neq; in gustu, nec in odore, minùs in natura: sic de cęteris eius generis omnib. intelligendū de suarū quintarū essentiarū extractionibus. Et quāuis Muscus, ambra & zibeta hoc nō adducantur capitulo,cùm de his peculiariter scribamus:at solùm de crescē tibus agimus in pręsentia,prout,lilium, spica,frondes,&c.sunt,quorū extractioni essentiæ talis est processus.

Recipe Crescentia contusa per quàm optimè,quæ ponas in vas aliquod aptū, & in vētrē equinū septimanis quatuor: postea destilla per balneū:iterū ponātur in fimū equinū diebus octo, & rursus p̄ balneū maris destillētur, ascēdit assētia quīta p̄ alēbicū,corpus verò manebit in fundo. Si quid ess ētię quītę restitisset in fundo,putrefiat vlteriùs, & fac vt priùs. Accipe tandē aquā destillatā hāc ad crescēs hoc iterum adde, ac ita p̄ pellicanū digerantur simul diebus sex,inde color

ſpiſſus fiet,quem per balneum maris ab ſtrahes,& recedet corpus,in fundo quinta eſſentia remanente. Hanc ſepara iuxta retortorum proceſſum, aliàs preſſorium à fecibus, & ſinito quintam eſſentiã hanc digeri diebus quatuor: ad hunc modum habebis eam in odore, ſucco, virtuteq́ue perfectam, & in ſpiſſa ſubſtantia.

De extractione quintæ eſſentiæ ex aromatibus,

Quintam eſſentiam ex aromatibus, vt muſco,zibeta, camphora, ſimilibuſq́ue modũ extrahendi iam docebimus. Primò debent in aliam inferri formam, & ab ea tandẽ ſeparari: quinta eſſentia reperitur in eiuſmodi ſeparatione, prout ſequitur.

Accipe oleum amigdalinum, cui corpus aromaticum admiſceatur, & in vitro ſimul digerantur in ſole ſuo tempore,donec in paſtam redacta ſint: poſtmodum à ſuis fecibus exprimantur. Ad hũc modum ſeparatum eſt corpus à quinta eſſentia, quæ ſic oleo permiſcetur, ab eoq́ue hac via ſeparatur.

Accipe vinum ardens rectificatum,

quo perfundatur oleum ſupradictum & in digeſtione ſex diebus relinquātur, poſtmodum per cineres deſtillentur: aſcēdet vinum ardens & eſſentia quinta cum eo, remanet oleum in fundo ſine quauis eſſentiæ quintæ ſubſtantia. Poſtremò deſtilletur vinum hoc per balneum maris, & in fundo manet eſſentia quinta in olei forma ſeparata, horū & aliorum, quorumcumque ſimilium.

De extractione quintæ eßentiæ ex comeſtibilibus & potabilibus.

Eſſentia quinta comeſtibilium non aliter eſſe debet, quàm in ſimili forma prout id ipſum, ea nempe cibandum eſt vti carne. Nam eſſentia quinta comeſtibilium optimum eſt nutrimentum. Et quamuis à carne prout antea diximus nulla quinta eſſentia trahi poteſt, nihilominùs ab ea bene poſſumus extrahere, quo ad ſuum eſſe, quod ęquipollet eſſentię quintæ, prout ſequitur.

Accipe comeſtibile cōciſum, & in vas aut cantarum optimè lutatum, bullire ſinito per tres dies: poſtea quod in cātharo fuerit per ſetacium aut lintheum tranſire facias, & per balneū deſtilla ma

ris, aſcendit primò quædam aquoſitas, quæ poſtquam tota pertranſiuerit, in fundo relinquitur eſſentia quinta. Summum eſt hoc nutrimentum præ cæteris omnibus quæ ponere poſſimus vel declarare. Poteſt etiam ex potabilibus extrahi quinta eſſentia varijs modis, at hic eſt proceſſus, quem ad opus hoc potiſſimum exiſtimamus idoneum & verum.

Accipe quoduis potabile pellicano concluſum vt eſt cũ tota ſua ſubſtantia, digeriq; per mẽſem in equino fimo permitte, meliùs tamẽ erit per annum aut ampliùs, & inuenies in pellicano digeſtũ quid. Hoc ipſum per balneum ſeparato, poſtmodũ per cineres, & poſtremò per ignẽ, ad hunc modum habebis tres quintas eſſentias, quæ pariter omnibus potabilibus inſunt multis de cauſis, vti de generationibus rerum ponimus.

His tribus quintis eſſentijs extractis, & peculiari quaque ſuo vaſe repoſita, duæ poſteriores latiùs digerantur, & in balneum inde maris ponãtur, & aſcendit plus eſſentiæ quintæ prioris: idipſum toties facito quouſque prioris ampliùs

nihil

nihil prorſus aſcendat, hoc modo per quàm optimè ſeparatæ ſunt. Quòd ita breuiter quintã eſsẽtiã docuerimus omnium, breuemq; viam extractionis eius, non eſt quòd miretur quiſpiam, nec ob currentẽ manum aut calamum. Quandoquidem ſingula bene poſita ſunt, & non ita ſuccinctè quinta per nos eſſentia ſcripta, quin opus & labor ad eam neceſſaria, clariſſimè demonſtrentur.

Quid multis opus eſt ſcriptis nobis atq; lectorib. nauſeam vt excitemus, nõ conſiderantes exercitium & vſum, docere ſingula, tum quàm admirandę virtutes atque vires eius exíſtant? vbi tamen ad eundem extracta modum fuerit, prout nos docuimus, & latiùs vltimis libris quod ad hanc Archidoxorum partem attinet elucidabimus: & ita quintam rerum omnium eſſentiam abundè ſatis enarrauerimus. Et quamuis ante nos multi, varijs documentis grandia quædam ſcripſerunt de quintis eſſentijs, nihilominùs eorum ſcripta pro quinta non exiſtimamus eſſentia, cuius cauſam antea ſatis adduximus. Ab eis etiam percepimus, ęris viridis quintam eſſentiam

existimatam esse, cùm nõ sit, sed crocus veneris est quinta Veneris essẽtia, sic intelligenda. Flos æris est trãsmutatio cũ substantia Veneris & subtili simul & ex omni complexione venerea tracta, quare nulla quinta potest essentia fore, sed crocus Veneris vt nos docuimus, vera quinta essentia, cùm sit potabile quid sine corrosione, permixtioneque diuisum à corpore, valde subtile, magis etiã quàm hoc loco scribamus, ad euitandã prolixitatem.

Sic etiam crocus Martis & eius ferrugo pro quinta fuit essentia hactenus existimata, cùm non sit: at crocus Martis, hoc est oleum Martis. De his plura ponimus de transmutationibus in nostra philosophia.

Essentia quinta quidem ad hunc modum intelligenda est, eam scilicet aliud nihil esse, quàm separatio quędam virtutum à corpore, quibus medicinæ virtus omnis inest & essentia. Quid verò flos æreis, & flos Martis existant, ac similia plura, loco de Magisterijs continetur.

Non aliàs de vegetabilibus ac herbis & similibus intelligẽdum est. Et quãuis

graues

raues admodum eſſentiæ quintæ virtu
es propoſuerimus,nihilominus earum
iriũ & qualitatum pars minima recita
a fuit:maximè verò declarauimus,quî-
iam intelligenda foret. Eius quæ quan-
æq; vires & virtutes exiſtunt,vbi cogno
ierimus:pariter nobis innoteſcere po-
erit maxima poteſtas quam habemus
n manibus,quum tamen ea probè ſci-
ierimus vti, conſiderareq; maturè, cur
homo creatus fuerit, & ei cuncta ſubie-
cta ſint in terris: item nullum ſiue bonũ
ſiue malum ſine cauſa fore: quod nos
de rerũ natura clarius declaramus. Iſtud
namq; fundamentum fidem ſecum ad-
fert vnius creatoris, & eius erga nos a-
moris,tanquam optimi patris erga ſuos
filios. Quare nos aliud nil,neq; ſimulatę
neq; mortuæ fidei cuiuſpiam imitamur
ſed ſolum Deum,naturam , & artem in
ipſa natura . Quapropter eum ſolum in
hac vita,nec non in perpetuum inuoca-
mus,idq; ſolùm in iſtis credimus, quòd
videmus ita fore:nihil quod natu-
ræ nõ cõuenit,aut præter ipſam
eſt,recipientes.

ARCHIDOXORVM LIBER V. THEOPHRASTI Paracelsi Magni.

De Arcanis.



DEclaratis essentijs quintis ad Arcana conferemus nos ex ordine cõscribenda, cũ istis plus tribuamus quàm essẽtiarũ viribus quintarum: inter quę nos docet experiẽtia, differentiã esse maximã potentissimis operationibus, per quas nobis apertissimis demonstrat indicijs, quæ meliora sint, vtiliora, vel minora viribus existant. Possumus vnum alterius loco iuxta rei competentiam in medicamentũ assumere. Sæpius antiqui iudicarunt, arcana fore quintas essentias, quòd longè subtiliora viderẽt ea crassioribus substantijs, ac subtili natura mirum in modum cognoscerent. Error tamen hic fuit eorum, non à ratione, sed practices opinione potius ortum habens, cùm determinatę graduum altorum differentiæ notitia nulla penes eos fuerit, at quẽuis altiorem aut supremum gradum quintarum essentiarum

loco habuerint. Id non solùm in practi-
ca, verùm etiam & potius à medicamen
torum operationibus cognosci debet.

Priusquam igitur arcana tractemus,
videndum atque sciendum, cur ita vo-
centur, & quid Arcanum sit, cùm tam
excellens nomen habeat, habereq; non
immeritò debeat. Quandoquidem arca
num dicitur hac ratione tantùm, quòd
incorporale non sit aut mortale, sed vitæ
perpetuæ quid supra naturam omnem,
& intellectu cognituúe non humanum.
Ad corpora nostra comparata quidem
arcana, iudicanda sunt incorporalia, nec
non essentiæ plurimùm excellentioris
ad nostram, quàm albũ ad nigrũ sit intel
ligendũ. Potestatẽ habent nos transmu-
tandi & restaurandi, sicut arcana Dei iu-
xta suam inductionem. Et quãuis in no-
stris æternitas, aut cœlestis illa simpho
nia non sit, nihilominus ad nos cõpara-
ta, veluti cœlestia iudicãda sunt: cum no
stra corpora magis quã naturæ sit possi-
bile vel perscrutabile, cõseruent, in eisq;
mirũ in modũ operẽtur suis demõstra-
tionib. Nõ aliter igitur naturalia hæc ar
cana, quod ad medicinã attinet, ad corpora

noſtra, quàm arcana Dei ſunt, ad illa cõparanda. Nec etiam aggrauamur ſcribere hæc arcana fore, maioraq; natura: tũ in nobis, vitam inſtaurandi poteſtatem habere maximam, vt illa quatuor quæ ponemus efficiunt. Neq; fabulas inanes inutilium Dei ſeruorum curamus, exiſtimantes eos nõ magis intelligere, quàm cæcos videre. Vnũ enim eſt arcanũ Dei, hoc eſt, arcanum in vna eſſentia: verùm alterum eſt arcanũ ipſius naturæ. Nam arcanum ſolùm in virtute rei conſiſtit, millies iſtã excellens. Poſſumus itaq; loqui, hoc eſt arcanum hominis, id eſt eius donum & virtus, quæ retinet in æternũ: prout alijs libris iſtud arcanũ ponimus. Duobus ergo modis arcanum intelligẽdum venit: vnum perpetuum, alterum verò pro perpetuo. quod verò conuenit huic, ei tribuimus, iuxta ſui tamen exiſtimationem & prædeſtinationem. Arcanorum ſimilium quatuor ſolùm nobis à puerilibus annis innoteſcunt, quibus libellum complebimus hũc, nobiſq; ſatis laudabilem memoriam efficiemus, vt horum nunquam obliuiſcamur, ſupremum Deum orantes, humanam noſtram

ram carnem, ad multos annos perueire concedat ſua miſericordia, quò poſmus ætati noſtræ longeuam & mitem equiem ponere, fideliter in eo ſperare, ullaq; ratione dubitare: quin ipſe, cùm pſe humanitatem aſſumere dignatus it, ea nos frui dabit, & ſpe noſtra nequaquam fruſtratos iri, quam firmiter expectamus.

Principiò declarabimus, quænam ſit nter iſta quatuor arcana differentia, cũ n artis operatione, tum virtutibus eorum. Ad hæc vniuſcuiuſque virtutum cognitio finalis & cõcluſiua requiritur ad hunc modum. In genere primùm corpus in ſanitate conſeruant, ab eo morbos arcent ac pellunt, exhilarant mœſtũ animum, hunc ab omni triſtitia liberantes: præſeruant ab ægritudinibus omnibus, corpùsq; ſuam in prædeſtinatam vſque mortem feliciter conducunt, quæ nullum terminũ habet, niſi per conſumptionis diminutionẽ, vti de vita & morte ponimus.

Et quanquam virtutes eorum generaliter iam declarauimus atque naturam, nihilominus inter ſe particulariter

& maximè differunt,vt nullum alteri similiter operetur,aut ſuas virtutes perficiat,ſed modo formaq; diuerſis,quodq; ſibi proprijs & peculiaribus. Eſt itaque propria primaq; Materia primum arcanum:ſecundum Lapis philoſophorum: tertium eſt Mercurius vitę:quartum verò Tinctura,prout etiam eorum practicam ex ordine ponemus, poſtquam eorum operandi modos expoſuerimus, vt ſequitur.

Principio de prima notandum eſt materia,quoad ſuas operationum demonſtrationes, quas ex ſui prædeſtinatione habet, ab origine quidem in finem vſq; deſcripta,vel exemplificata, ſemen herbis eam exhibere cum renouatione virtutum omnium,& conſumptione veteris eſſentiæ, ſic vt inueterata ſubſtantia, natura,nec nō eſsētia,quib.operatio nulla naturalis amplius ineſt(prout nos de materia prima loquimur)iterū in ſemē ſuū redeāt,velut creſcēs in agro ſecundū nomen creſcentium. Iuxta prædictū exemplum,primæ hominum adfert materiæ nouam ac introducit, veterem abſumendo,nō ſecus ac nouū ſemen herbis æſta-

ſtatem nouam & annum inducit.

Lapis philoſophorum, qui ſecundum arcanum exiſtit, operationes ſuas in alia forma perficit, in hunc modum videlicet. Prout ignis extrinſecus adurens maculatam Salamandræ cutem, hanc prorſus mundam efficit vt recenter natam: ſic etiam lapis hic philoſophorũ totum corpus humanum repurgat, & mundat ab omnibus ſuis immundicijs, introductione iuniorum & nouarum virium, quas naturæ hominis adiungit.

Mercurius vitæ qui tertium eſt arcanum, ſuarum operationum demonſtrationes eis ſimiles exibet, quas Halcyon patefacit: quæ quidem auis annuo tempore ſuo renouatur, plumiſque nouis induitur. Non ſecus arcanum hoc ab homine manuũ & pedum abijcit vngues, pilos, cutem, ac omne quod ei ſubiectũ fuerit: vt iterum creſcant efficit, corpuſque totum renouat, vt ſuprà de Iſpida & Halcyone dictum eſt.

Tinctura verò, quæ quartum à nobis arcanũ ponitur, ſuas operationes ad Rebis modũ patefacit, quod ex Luna Solẽ efficit: quia non aliter hominis corpus

tingit, eique ſuam corruptionem & ineptias adimit: omnia trāſmutat in ſummam puritatem, nobilitatem, atque permanentiam, &c.

Qua ratione tandem fieri poſſet, vt à nobili medicina recederemus, aut ab ipſa Philoſophia, cùm earum vires ac poteſtatem videamus, quę ſolæ nos confirmant, vt fidem eis maximam adhibeamus, & meritò: non enim ad ea credendum, addiſcendum aut imitādum induximus animum, quæ veriſſimis ac certiſſimis, cùm experiētia, tum practica probari confirmarique nequeunt. Nos dicimus arcana, quæ tractamus tēpore quo Chriſtus in cruce pepēdit, compaſſione quadam affecta fuiſſe, prout Sol & Luna quæ lumine ſuo priuata fuerunt, obſcurataq;: terra horrendo concuſſa tremore: quæ ſigna multi ſpreuerunt, eiſq; nullam fidem adhibere voluerunt. Videre tamen & ſcire naturaliter nos docent, Ieſum Chriſtū fuiſſe Deum, & humanitatem aſſumpſiſſe. Pariter dicere poſſumus de his arcanis, ea nos credentes efficere, cogereq;, vt ab eis in mortē vſq; nō recedamus, aut ſtrictè potiùs & aſſiduè

multis interpellationibus, singulis diebus non cessemus Deo gratias agere: sic neque Eclypsis, neque Luna quicquam nobis detrahet. Practicam igitur apponere volumus quatuor istorum arcanorum, quibus accidẽtia pellere valeamus à iuuentute, necnõ in eis gaudere prout æternum arcanum in æterna vita suã nostrum iubilat, &c.

De arcano primæ materie.

Postquam de Materia prima satis vnde proueniat, & quidnam ea sit indicauimus, intelligendum est ipsam nedum super homines, verùm etiã omnes creaturas corporales fundatam esse, hoc est, super omne quod ex semine quopiam nascitur. Vnde concludi potest, si quouis in creato corpore suam operationẽ habet, & perficiat, vt antea declarauimus: arbores etiam à corruptione præseruare posse ne pereant, herbas ab exsiccatione, metalla pariter ab ærugine ferrugineque cẽsendum erit, de quibus hoc loco nõ aliter quàm de hominibus, & brutis intelligitur. Arbor itaque iam ætate consumpta ferè, nec nõ ad sui corruptionem indies magis vergens, nõ ex

defectu radicis, neq; nutrimenti, sed propriȩ virtutis: materia sua prima renouari potest, vti nos de cute Salamandræ locuti sumus, & ita in alteram ætatem peruenire, iuxta suam prȩdestinationem, etiã in tertiã, quartã & plures. Hac ratione virtutes illi cõtribuendȩ sunt, videlicet, vt eius corruptio destructioq; lõgo tẽporis successu renouentur. Nõ minùs de herbis intelligẽdũ, quȩ per annũ tantùm asseruantur, quòd earũ prædestinatio longior non sit: quũ exsiccari iam incipiunt, renouantur, vt virides atq; recẽtes maneãt in alteram ȩtatem annuam tertiã, quartam, & vltrà. Idipsum de animalibus, intelligito brutis, prout ouibus antiquis, &c. quæ renouari possunt in alterã ætatẽ, virtutibus, lacte lanaq; iuuenum instar ouiũ. Pariter & homo potest ex vna in aliã ætatẽ adduci, prout anteà diximus. Notandũ est vtiq; materiã primã quo ad suam essentiã in creatis corporibus insensatis, cuiusq; rei semẽ creatis in corporibus sensatis eorũ sperma fore. Sciendũ etiam nõ esse materiã primam assumendã ab eo de quo creatum hoc productũ est, sed ex producta generataq;

ratáq; materia. Tales namq; vires habet materia prima, vt non permittat corpus in consumptionẽ trãsire, q̄ natum est ex ea, sed abundè satis exhibet in cõplementũ necessitatis omnis. Quãdoquidem ex destructione solũ, vel infectione spiritus viui mors oritur: illę quidẽ ex spermatę vel semine crescunt, & spermatica prorsus materia sunt: quare simili potest eis subueniri. Nã vbi simile datũ est auxiliũ atq; receptum, introducitur ętas noua multis de causis, quas hoc loco minimè ponimus, at in Philosophia nostra declaramus. Et quãuis de substẽtationib. & renouationibus arborũ hoc libro scribere nõ ꝓposuerimus, cũ medicinã humani corporis tractãdã susceperimus: item de arborib. ac id genus aliis: de trãsmutationibus ponamus, parabolicè tamẽ, & per exẽpla nostrã intẽtionẽ clariorẽ intellectuq; reddere faciliorẽ conamur: Vt à seminis vrticę quinta potest essẽtia percipi, quę postquã ad herbę suę radicẽ affusa fuerit, vt ista tincturã eius recipiat, eaq; tingatur, altero ꝑmanet anno ꝓut priore, nõ putrescẽs, donec ann⁹ alter cõplet⁹ fuerit. Itidẽ de quinta essẽtia Citoniorũ,

vbi fuerit ad radicem affusa Citoniæ, virens permanet arbor in alterius anni finem, flores quoque producit & fructus. Pariter quinta cerasorum essentia duabus ætatibus, arbores eorum his fructus edere suos efficit, vna quidem ęstate: nã ætas vna cerasorum nobiliorum arboris, est ætas media: reliqua medietas, ętas altera priori similis.

Non solùm igitur de quinta spermatis essentia loqui nos decet, verùm etiã de spermatis arcano, ex quo longè miranda magis prodeunt, in forma prout indicauimus.

Practices huius processum itaq; primò declaremus, quinã vt ad homines, ad bruta similes existit: secundò quòd ex prima materia solùm sit, ad hunc modũ vti iam sequitur.

Recipe Materiam primã, hanc in flacco digeri permittas, in digestione resolutiua per mensem. Cui tum additio Monarchiæ iungatur ęquali pondere, digerique sinantur iterum ex vno in mensem alterum. Postmodum hanc destilla materiam, & quod ascenderit, arcanum erit materiæ primæ, de quo scribimus hoc

hoc loco. Nec est quod admiretur quispiã ob viã aut processum adeo breuem: multitudo nãq; multum erroris adfert.

De Arcano lapidis philosophorum.

Illius philosophorũ lapidis, qui scribitur ab alijs diuersimodè, author nõ sum, nec executor, minùs indagator in eo, tã quàm de hoc loquerer ex auditu, vel ex lectura. Quare cũ eius nullam certitudinem habeã, processum illius relinquens meum prosequar, vt eum qui per me, cùm vsu, tum practica repertus est. eumque voco lapidem philosophorũ, quòd instar illius hominum corpora tingat, vti de suo scribunt illi. Verùm meus iuxta processum eorum præparatus non est, cùm illum hoc loco non intelligamus, nec etiam cognoscamus. Operationis processum in hac nostra practica minimè ponimus, cùm antea meminerimus eius principio libri, quum scriberemus vires suas & operationes quas habet ex separatione.

Hoc vtique latius notandũ, in eo scilicet, penetrationis ingressum, quo totũ corpus ac omnia quę huic insunt penetrat: ista nãq; penetratione restaurat &

renouat illud:non quòd amoueat prorsus & nouum introducat in locum, aut vt prima materia sperma suũ etiã infundat,sed vetus ita purgat vt Salamandræ cutis absq; læsione vel defectu mundatur,& nihilominus antiqua cutis in essẽtia formaq; manet. Similiter lapis hic philosophorum cor purgat omniaque membra capitalia,necnõ intestina, medullas,& quicquid ipso corpore cõtinetur.Nõ permittit aliquẽ in corpore pullulare morbũ,at ab eo fugiunt Podagra, Hidropisis, Icteritia, Colica passio, necnon à quatuor humoribus ęgritudines omnes proueniẽtes eijcit,corpora quoque repurgat,vt similia reddantur, ac si tũ priùs nata forẽt.Refugit omne quod naturã destruere conatur:nõ aliàs quàm vti vermes ignem,infirmitates quęcunque renouationem hanc fugiunt.

Huiusmodi vires lapis hic philosophicus habet, quibus tot ac tam admirandos morbos expellit, nõ ex sua complexione,vel ex forma specifica,neq; sua proprietate,vel accidentali quapiã qualitate,sed ex subtilis practicę virib. quæ suis in præparationibus in vsum venit

vt reuerberationibus, ſublimationibus, digeſtionibus, deſtillationibus, & poſtmodũ varijs reductionibus, & reſolutionibus, quę quidẽ operationes omnes eiuſmodi lapidẽ in tantas viriũ ſubtilitates & acuitates adducunt, vt mirum ſit. Nõ quòd ab initio habuerit eas, at ei tũ demum attribuantur. Simile quid intelligendum in melle quòd eleuationibus omni corroſiuo lõgè fit acutius, vel ſublimato quouis. Talem à natura proprietatem acuitatis nõ habet, verùm ex eleuatione quæ totum hoc mel immutat in corroſiuum. In efficacibus iſtis arcanis etiã animaduertendum, eos qui vtũtur illis, item, eorũ filios ab eis progenitos poſtea tanta ſanitate præditos viuere, vt in eorũ corporibus ęgritudo nulla, neq; contrarietas, aut ſimile quid illis accidere vitijs poteſt: Verùm ita ſubtili mundaq; naturę cõplexione, conditioneq; prorſum ornantur, vt nobiliorẽ cõplexionis fore cõditionẽ minimè poſſibile ſit. Nã iſtiuſmodi medicina ſelectiſſima, necnon excellentiſſima plurimùm inſtaurat, mũdat, incorruptibilemq; vitã introducit, quę nulla via contaminari

poteſt, nec id quod prouenit ex ea, ſed in ſumma nobilitate naturæ homines vt viuãt efficit, ac eorum proles in decimã generationem. Prout lapis ille philoſophorum non ſolùm pondus vnũ tranſmutat, ſed iſtud & alia per hoc, & ſic vnumquodque magis alio: quod ſanè fit in infinitũ penè, prout etiam vnũ aliud lumen aſcẽdit, & iſtud iterũ aliud. Pariter de hoc lapide philoſophorũ, intelligendũ eſt ad ſanitatẽ: vt etiam ex arbore bona ſemen bonum & ſurculi naſcuntur boni, è quibus iterum arbores bonæ producuntur. Vis atque potẽtia lapidis philoſophici mirum in modũ exaltatur, vt indagari minimè queat, quînam id ipſum ex naturalibus fieri poſſit: & niſi paterent oculis euidentiſſima ſigna, incredibile foret, homines talia tamq́ue mirãda perficere poſſe, cùm virtus iſtius operis ex generatione tranſeat in generationem ſine corruptione. Dei ſiquidẽ in vno corpore miſericordia conſiſtit, tandem alijs iuxta meritum eorum vel denegatur, vel ex gratia conceditur. Iam noſtri lapidis philoſophici proceſſum ponamus ad hunc modum.

In nomine Domini: Sume Mercuriũ iàs elementum Mercurij,& ſepara puum ab impuro:poſtmodum reuerbereur vſque in albedinem, quam ſublimao per ſal armoniacum, tam diu, donec eſoluatur:id calcinetur & ſoluatur iteum,ac in pellicano digeratur vno mene,tandem coaguletur in corpus:hoc nõ ritur amplius,nec vllo modo conſumiur,at in eodem ſtatu permanet: corpoa quæ penetrat,in cineritio permanenia ſunt, & in nihilum reduci minimè oſſunt, aut alterari, ſed lapis à ſenſibiibus & inſenſibilibus, vt ſuprà narrauinus qualitatẽ omnẽ ſuperfluã adimit. Et quamuis breuem admodũ viam pouerimus,laborem tamen prolixum requirit multis circunſtantijs, tædio ſcilicet non affectum operantem,at ſummè diligentem & expertum.

De Mercurio vitæ.

Latius iam ſcribere de Mercurio vitæ volumus,cuius virtus,duorum præcedẽtium virtutes longè ſuperat. Non enim in arte virtus iſta,nec in opere,ſed in Mercurio vitæ conſiſtit,cui ſimile nihil cognoſcimus,ꝙ exiſtere queat. Quandoqui

dem agnata ſibi natura tum proprietas exiſtit, non ex viribus eſſentiæ quintæ, nec elementorm, ſed ex ſpecifica ſuæ prædeſtinationis qualitate. Non quod ſolùm virtutes habeat perſonas tranſmutandi, nec nõ alia eſſentialia, verùm etiam ex veteri qualitate in nouam renouandi creſcentia quæuis, & ſimilia: hunc in modum videlicet, quòd Martẽ in materiam primam ſuam reducat, iterumq́; ſuam in materiam perfectam, vt ex ea ferrum iterum fiat. Habet enim ad iuuentutem adducendi vires, & rurſus perficiendi, prout aurũ, quod in mercurium proprium reducit atque tinctutam, iterumq́; digerit in aurum, & metallum priori ſimile.

Item in metallis nedum, verùm etiam in aliis, vt herbis operatur: quum radices earum eo fuerint affuſę, flores atque fructus adferent, vbi primum ſemen deciderit, quo tempore ſi perfundantur eodẽ vt ſuprà, florum & fructuum plus proferent abſq; reſpectu quopiam temporis.

Non aliàs de brutis, quàm de hominibus & aliis intelligendum, quibus vbi

Mer-

Mercurius hic fuerit applicatus, eorum membra singula renouat inueterata cõsumptaq́;, tum in iuuenile corpus vel domicilium vires deficientes & amiſſas restituit, vt in anubus menſes atq; ſanguinẽ prout in iuuenibus mulieribus naturaliter habentur: item vetulas in similẽ naturæ perfectionem adducit, in qua iuniores exiſtunt.

De Arcano vitæ latius notandũ eſt, eius vires in forma ſpecifica tam potentes exiſtere, vt vetus à recenti, vel ſenectutem à iuuentute ſeparent, quam poſteriorem augent ac renouant ætatem. Vnde colligitur, iuuentam eiuſq; vires in ſenectutem minimè deficere, ſed in ſenibus ęquè atque in iunioribus exiſtere. Verùm corruptio quæ penes iuuentutẽ excreſcit, ita roboratur vt iſti vires adimat, vnde vetuſtas cognoſcitur.

Poſtquã igitur eiuſmodi corruptio ſeparatur à iuuenta, hęc manifeſtatur præter inimicitiã, ac impedimentũ. Ad hunc modũ intelligendũ, ſcilicet, vbi corpus aliquod putrefit, non eſt hac de cauſa quinta eſsẽtia putrefacta huius, at recẽs & incõſumpta quę ſeparatur in aerẽ à ca

dauere, nonnunquam in terram aut in aquam ſpargitur, vt in aliũ locum deueniat. Nam eſſentię quintæ cuiuſuis nulla deſtructio fieri poteſt, quod ſummè notandũ & in admirationem venit, prout nos de corruptione & generatione ponimus: veluti roſa quępiam in fimum putrefacta continet in ſe vel in fimo ſuã quintam eſſentiam. Etſi fœteant omnia putridaq; ſint, nihilominus in ſeparatione puri ab impuro, quinta viuit eſſentia ſine defectu vel macula: corporaq; fœtida ſunt cadauera, ſicut de Mercurio vitæ ponimus, eum ſeparare corruptionẽ vt à ligno quod putridum eſt ſeparatur. Tam potens eſt in homine, vt poſtquam corruptum ab eo ſeparatum fuerit, mouetur iterũ eſsẽtia quinta, viuitq; prout in ſua iuuenta. Sic intelligendũ: nõ quod Mercurius vitæ nouam eſſentiam excitet, prout nonulli noſtram opinionem & experientiam interpretari malitiosè poſſent, at ita videlicet, quòd eſſentia, dicta iuuenisq; ſpiritus, quæ licet extra vires iuueniles exeant, nihilominus manent incõſumpta, quamuis oppreſſa pro mortuis exiſtimentur. Mercurius itaq; vitæ

itæ ſemouet impurum, quo fit, vt inue
:rata iuuenilisq; vita ſuas vt antea vires
fficaciſſimè recuperet. Quādoquidem
uprà de Halcyone loquentes indicaui-
nus, iſtam auem nempe iuxta ſuam con
itionē renouari, hac de cauſa, quia non
ecedit eius à ſuo domicilio quinta eſ-
entia. Contrà vaſtatis eiuſmodi manſio
ibus, eſſentia quinta hoc in ipſum reci
itur ſupra quod iacet: quare ſæpius
dmirandæ reperiuntur in creſcentibus
aturæ conditiones, non ex eorum exi-
tentes natura, ſed ex accidente ſimili, ſi
:uti de generationib. ponimus. Hac via
quidem intelligendū: in fimo variæ cor-
ruptiones concurrunt, & accumulantur
vt ex herbis, radicibus, fructibus, aquis, &
ſimilib. alijs rebus: vnde fit, vt ex eo pin-
gues & fertiles reddantur agri, non pro-
pter corruptionem, ſed propter quintā
eſſentiā exiſtentē in ea, quæ ſe recipiens
in radices, vires exibet creſcentibus, e-
uaneſcente quidem in fimo corpore, &
in nihilum redacto, nec non in ſubſtan-
tia ſua conſumpto. Quapropter huma-
num ſtercus magnarum eſt virtutum,
quia nobiles in ſe continet eſſentias, vt

cibi & potus, de quibus admiranda scribi possent: nam corpus aliud nil ab eis præter nutrimẽtum recepit, non autem essentiam, vt nos de nutrimentis scribimus.

Propius igitur ad vitæ Mercurium accedẽtes, qui, prout antea diximus, admirandè suas operationes perficit, velut manuum & pedum vngues eijciendo, pilorum cãnas, radices, &c. iuuentutẽ quoque roborat, vt corruptio senectam in ea suam demonstrare nequeat, aut in sequentem ætatem vsq; reperiri.

Practicam eius aggredientes iam, Alchymistis cum agamus paucis: his enim scribere multa, concionarique prolixè non est opus, præsumentes ac insipientes excludendo prorsum. Eius practicandi modus hic esto.

R. Mercurium essensificatum, quem ab omni superfluitate sua separato, prout purum ab impuro: postmodum sublima cum antimonio, sic vt ascẽdant ambo, nec non vnũ fiant. Deinde resoluantur super marmor, & ad quartam vsque vicem coagulẽtur. Eo peracto, Mercurium vitę, quem antea declarauimus habebis

ebis,quo quidem antiquis noſtris tem oribus conſolabimur tanquam arca- o.

De arcano Tincturæ.

Non ſecus Arcanum Tincturæ venit ntelligendum, id nempe tollere ſenetutem omnem inconuenientem, quoſ unq; morbos,quicquid ſanitatem cor umpit,& contra hanc inclinatum eſt. ſtud arcanum Tinctura quædam exiſtit uiuſmodi proprietatũ & cõditionum, t operetur,& ſanitatem introducat,nõ odem quo præcedentia tria modo, ſed uxta nomen ſuum. Tinctura bonum & malum tingit,craſſum & ſubtile: non ſe cus iſta ſuas operationes perficit, vt cor ruptas & indiſpoſitas cõplexiones in ſanas tranſmutat, inſtar tincturæ, quæ ex Mercurio Lunã efficit: malũ ab ea non ſeparat,verùm tingit bonũ atq; malum, vt ſimul optima finaliter euadant. Sic etiam Tinctura hæc tingit hydropicum & ictericum corpus in ſanum:non quòd hydropiſis tollatur,origo pellatur vel ſeparetur à bono,ſed in bonitatem tranſmutatur,prout ipsã oportet in ſummo

ſuo gradu nec non optimo fore. Quemadmodum fimus corruptus per ſubtilẽ artis corruptionem in elixir adduci poteſt, quod corruptionẽ pellat omnem, iſta quidem nõ ſeparata, ſed integra ſubſtantia tranſmutata in aliam qualitatẽ atque naturam.

Idipſum de Tinctura cenſendũ eſt, eã tingere corpus præter à bono mali ſeparationem omnem, aut expulſionem eſſentiæ primæ hominis, at per iſtius renouationem.

Attamen ſciendum eſt, corpus tinctũ hoc in veteri forma non amplius viuere ſed inſtar metalli tranſmutari in aliud, veluti cuprum aut aliud. item Saturnus veterem qualitatem in ſe non habet, ſed ipſius tincturæ. Non aliter intelligẽdum eſt in tinctis corporibus, quæ tincturam ad ſe Tincturæ iam receperunt, vt nõ amplius in vita priſtina, à qua per tincturam tranſmutata ſunt, exiſtere, ſed longè nobiliorum, meliorum, & ſaniorum corporis & formæ, quàm eius origo natiua fuerit, ac inſtar auri naturæ per tincturã ex ferro facti, vt etiam de tranſmutationibus ſcripſimus. Eſt igitur Tinctura tranſ-

rāſmutatrix corporum hæc, vt illa me-
allorum, nec aliàs intelligenda. Tot ac
am variæ ſunt eiuſmodi corporeæ tin-
turæ, quot metallicę, quę ſunt vna ſem
er melior altera, ſic & corporales. Ani-
naduertendum eſt aliquas à natura tin
ere, tincturaſq; fore, prout crocus, flos,
ulphur: nonnullas arte factas, vt lapis,
calgar, &c. Hæc intellectu ſummè ne-
eſſaria, quòd initium ad illas, & introi-
um exhibeant non exiguum. Notan-
dum inſuper tincturas iſtas fieri debere
ſeptem ex membris, atque tincturis, &
vnicuique ſua proprietas attribui dari-
que, vt cordi quæ huic inſeruiunt, cere-
bro, quæ ſibi conueniūt ex metallis, her
bis, & ſimilibus quæ propria ſunt. Sic
fiet vt per iſtas integrum corpus tinga-
tur: nec per vnam tingi ſolum tincturã
ſatis erit, ſed per omnes prout vna tin-
ctura tantùm vnum tingit, aliud alia,
non aliàs eſt quòd hoc loco nos intelli-
gas. Tincturæ practica talis eſto.

Recipe Membrorum eſſentiam, à qua
ſeparabis elementa: poſtmodum ignem
eorum in digeſtione poſitum relinques
tantiſper, donec in fundo nihil amplius

resideat, ibidemq; nulla materia penitus eius appareat substantialiter: Deinceps accipe materiã & vitrũ ad hũc modum perlutatum luto Hermetis, & in locum humidũ frigidumq; repones, in quo quidem iterũ in materiã visibilem resoluentur. Ista materia visibilis est ea de qua scripsimus. His paucis cõcludimus: nam si plura de hac scriberemus, Stoicis derisionis ansa forent, qua carere & solùm Alchimistis esse locutos volumus.

Finis libri quinti Archidoxorum.

ARCHIDOXORVM LIBER SEXTVS D. THEOphrasti Paracelsi.

De Magisterijs.



Recedentibus de medicamẽtis excellentissimis absolutis libellis, hunc de Magisterijs soluentes addere proposuimus: & primò declarare

te quid sit Magisterium. Est igitur hoc id quod præter separationẽ, aut elementorum pręparationẽ omnẽ à rebus extrahi potest: at per alicuius additionem vires atque virtutes rerum in illam attrahuntur materiã, & conseruantur. Ex natura minimè procedunt, quod ad operationẽ attinet, neq; ex specifica virtute, sed per mixtionẽ, qua vires extrahuntur eiusmodi. Quemadmodũ acetum in vinũ effusum totũ istud reddit acetũ: hoc est magisteriũ. Non sic tamen vbi vinũ ad mel affusum fuerit, in hoc illud nõ omnino trãsmutatur: quare magisteriũ non est. Ea consideranda sunt quę ad magisteriũ pertinent, vti quod vinũ ad acetum: nã quæ perfecta, vel vt esse conuenit, ad hoc apta minimè sunt, nec magisteriũ possunt efficere. Quapropter naturæ considerandæ rerum veniunt. Extractionum pariter magisteriorum differẽtia notanda, prout ex metallis, marchasitis, lapidibus, herbis, & similibus materijs, per ea quæ metallica non sunt, nihilominus similia metallis fiunt, non secus ac vinum aceto simile viribus efficitur, virtutibus, & sapore. Quam-

quam vnum ab aceto non apparet alienum,eius causa quidem est, quòd aceti natura similis ibidem etiam existit: quo fit vt eadem sit earum apparentia naturarum.Si metallorum natura simili modo pura foret,pariformiter appareret in magisterijs: cuiusmodi non est proprietatis.

Latiùs autem sciendũ est, in additionibus eorũ quę hunc in vsum assumentur,etsi non sint vnius & eiusdem complexionis,potestatis vel actus, nihilominus in præparatione conueniunt, quòd appropriatum, & nõ complexionatum sit illud quod ex eiusmodi viribus resultat.Per ista, sua magisteria prębent ipsa metalla,quæ quidem non minùs quàm essentiæ quintæ sunt existimanda iuxta suas virtutes.Aurum in magisterium deponit omnem suam qualitatẽ, & complexionem in vna essentia.Propterea nõ existimandum, quia corpus nullius est momenti,reliquum etiam infectum eo fore:nam illius lepra minimè hoc loco nocet,verùm integrè bonum. Vt saccarum est integrè dulce,dum adhuc in suo corpore manet,ac nõ separatum est:potest

test etiam in dulcedine præparari, sic vt longè dulcior & efficacior euadat, quàm anteà fuerit: verùm abstracta quinta essentia, dulcior non est, quàm in vel cum suo corpore, quare hoc illi minimè damnum infert. Attamen eius separata virtus à corpore, nobilior est, quàm in vel cum eo præparata: magisterium autem id magis emēdat quàm naturæ tribuendum sit.

Idipsum de lapidibus ingredientibus magisteria, nec non de corporibus eorū est intelligendum, vt pote quod assumitur in eorum vsum, virtute sua non deficere, sed forte satis magisterium esse. Ad hunc modum percipiendum, vt quum sulphur accenditur prorsum exuritur: minimum est id quod adurit illud. Similiter lapides & cristallus, quum in magisterium facti sunt, hoc omnes lapides in primam sui materiam adducit, conteritque mirum in modum. Sic etiam eius essentia, quòd per eam tingatur corpus, vt per quintam essentiam, pro simili potest haberi: non aliàs quàm acetum & vinum, quorum vnum aliud sibi simile præter omnem defectum efficit. Pari-

formiter,in lapidibus nedũ, verùm etiã in metallis eiusmodi tinctura fit: vt Auri quinta essentia, corpus omne suum in puram quintam essentiam tingit, quod quidẽ vt magnũ,& magis quàm magnũ existimamus, vtque lumen secretorum omnium in Archidoxis nostris. Quapropter alacri carbones accendimus animo,finalem vt conclusionem istorum naturę magnalium inuestigemus.Instructionem ex comprobatis experiẽtia nobis exemplis depromimus, vt in magisterijs, & potissimum auri,quod corpus & quintam essentiam continens, æquè ac essentia quinta est ab eo tracta. Quapropter peculiaribus dotata viribus nobis magisteria nota sunt, & ea conscribimus,nobis etiam ad confessionem in mortem vsque.

Itidem etiam de Marchasitarum loquimur magisterijs, quæ quidem efficacia sunt, vt eorum vnica semis plus operetur quàm ipsarum corporis vnciæ centum ,ideo quod centesima pars essentiæ quintæ non existat. Quare cùm istius tam pauca sit quantitas, illius maior est adhibenda, quod in magisterijs

non

non requiritur. Nam in iſtis integra quā titas herbarum in magiſterium adducitur, quæ non minor eſt extracta vera per ſuum artificium eſſentia quinta naturali iudicanda. Huius vna pars adhibita plus prodeſt quàm partes centum ſimilis corporis, ea ratione quia præparata ſunt magiſteria, tum ad ſummum acuta facta, & ad eſſentiæ parem qualitatē adducta, quibus vires omnes & potentiæ corporis inſunt, & ſuum huic oritur ex eis auxilium. In eis namque penetrabilitas & vis integri corporis exiſtunt, ex permixtione cum eo. Nam corpus nihil cum deſiderio recipit horum, præter quàm ea quæ ad ipſum ſpiritualia ſunt: quo fit vt magiſterium iſtud attrahat, & cum eo ſe permiſceat, nō aliàs quàm aurum ipſum vitę Mercurium ad ſe trahit, ac ei commiſcetur (quod ferrū non facit, ideo quòd inter ſe conueniētia non ſunt in compoſitione) ſic vt corpus eius & magiſterium hoc ſimul amalgamentur vnumq́; fiant: cuius quidem exempla multa reperiuntur, hoc loco non adducenda.

Marchaſitarum etiam aliquæ ſui

medicaminis operationem ad eundem modum perficiunt, licet cum differētia, videlicet, quia ſuum corpus deſerunt, & optimum ex eis vt ſuccus extrahitur, & nihilominùs magiſteriū exiſtit, etſi corpus ab eo ſeparatum eſt: Ad hunc modū tamen intelligendum, corpus illud non eſſe Marchaſitæ, ſed potiùs terræ vel mineræ, cui quidem ineſt marchaſita: virtus eius, ita non eſt efficax per ſeipſam, vt ſepararetur à terra vel minera, ſed in ea remanet prout in marchaſita, qualis etiam exiſtimatur. Quapropter ad magiſterium declarandum, quid ſit, ex quo fiat, & quibus virtutibus præditū, volumus practicam eius in ſequentibus adferre, necnon artificium ſcribere. Proceſſus tamen hic vna ſcriptione concludi nequit, ſed particulariter de ſingulis tractandū eſt, vti de metallis per ſe, de marchaſitis etiam peculiariter, item de lapidibus & herbis.

De ſanguine pariter ſingulare magiſteriū habetur, quod etiā peculiari forma docetur & modo. In eo conſideratur quæ virtutes ac vires hominis exiſtant, & quid eius in ſe natura cōtineat, in qui-

n quibus defectum patiatur,&c. ſine diminutione tamen creationis ipſius naturalis, ſed partibus ſuis completum & perfectum opus, vt auis in & cum plumis ſuis omnibus.

De extractione magiſterij ex metallis.

Principiò Magiſterium ponemus è metallis, idq́; declarabimus, quod miris virtutibus ſeſe palàm facit, iuxta ſuæ tenorem eſſentiæ cognoſcendis. Eorum proceſſus fieri præter omnia corroſiua debet, ac omnia quæ contra metalla cõplexionata ſunt. Nam ex contrariorum coniunctione mixtioneúe corrumpuntur eſſentiæ, ſic vt ob hunc errorem virtutum nihil adferant, alio vincente prædominanteúe contrario.

Cùm hoc loco maximè concordantia ſit exiſtimanda, ſolùm igitur temperatum ei conueniet. Eſt omne temperatum ita complexionatum quid, vt hoc ipſum recipiat, & incorporetur cum eo, cui fuerit adiunctum, ſic vt veterem & ſuam complexionem haudquaquam patefaciat amplius, at virtutes illius tantũ quod ei fuerit additum. Vt vinum ardẽs

in se multas atq; perfectas complexiones habet, quibus eorum, quæ sibi sunt addita vires & operationes adauget. Cùm igitur alienas virtutes attrahat, suasq; domet, hac ratione tẽperatum esse dicitur, & meritò vocatur. Quãquam differentiæ quædam notandæ veniunt, elementa nihilominus tantùm separamus, vt possemus de oleo loqui, quod alienas ad se naturas trahit, elementumque suum abscondit. Ex simili quopiam his magisterium fieri debet, vt metallorum vires in eiusmodi temperatum veniant, & cum eo mundentur ac purificentur, in terminumque suum destillentur. Simile magisterium postquam perfectũ fuerit, potabile vocabitur, ideo ꝙ in potũ assumi valeat: quo fit, vt auri magisterium Aurũ potabile nominetur: lunæ quidẽ argentũ potabile: sic ferrũ, plũbum, argentum viuum, &c. potabilia fieri diciq; poterunt, & iuxta suas complexiones describi: secũdum quos processus operationes suas habẽt maiores quàm scribere deceat. Ad hunc modum vnico temperato tria fiunt vno processu, nec non vna practica, quæ talis est.

Recipe

Recipe circulatum optimè, necnon ad summam essentiam repurgatum, cui tenuissimas laminas metallinas impones, aut limaturas, cuiuscunque libuerit optimè subtilissimeque malleati, nec nō mundati. Hæc duo simul pondere sufficienti septimanis quatuor circulentur, & per temperatum hoc laminæ reducẽtur in oleum, & in formam pinguedinis supernatantis, iuxta conditionẽ sui metalli coloratæ, quam per attractorium argenteum separabis à circulato. Hoc ipsum est aurum, vel argentum potabile. simile de cæteris metallis habebitur, quod absque detrimento sumi potest in potum, vel vnà cum cibo.

Extractio Magisterij de perlis vel vnionibus, ex corallis atque gemmis.

Magisterium ex lapidibus pretiosis ad eundem modum intelligendum, prout ex metallis quoad virtutes: quas vnusquisq; lapis iuxta suam naturam habet. Notandum est ad lapides opus non esse temperato nec additione quapiã ad eos vtendum, quod istorum solutio non sit eadẽ cum resolutione metallorum, sed alia via magisterium eorum extrahitur.

Quorum in practica tres processus intelliguntur, vnus ad gemmas, alius ad marchasitas, & ad coralla tertius: iuxta quos lapidea crescentia quæque suum in magisterium adduci possunt. In processu lapidum colores obseruandi nō sunt, nec etiam claritas existimanda, cùm eorum omnia magisteria colorem albū habent ac vniones, exceptis corallis, quæ suum in magisterio colorem retinent, quare color in eis maximè notandus. Nam istorum magisterium vnà cum corpore nec non elemēto, ac essentia tota præter corruptionē extrahitur, at per additiones: & nihilominus in suam perfectionem restitui possunt iterum, quare quoad generationem & naturam lapidibus comparari nequeunt, lapideam tamen conditionem habent. Fieri potest, vt extra corallorum corpus totus color extrahitur in aliud medium, & postmodum ex eorum corpore forma conflетur vel formetur prout ex luto: postque formationem hanc iterum color infundi poterit, vt corallū sit ęquè ac prius. Hoc de perlis aut vnionib. fieri minimè potest, nec de gemmis, quæ rursus in suam perfectio-

tionẽ redire non poſſunt amplius, at in magiſterio manent eſsẽtia ſua uõ corrupta. Vidimus etiam iſta penetraſſe vitra, nec non inſtrumenta, iuxtaque ſuam naturam informaſſe, prout magiſterium ipſius Magnetis formam ad ſe traxit, vt Magnes metallis: & poſtmodum in vitrum fixit, illudque tinxit, vt hoc etiam attraxerit acus atque paleas. Non ſecus de reliquis intelligendum, quare conſeruanda ſunt auro ſolo. Plura quàm credibile ſit in his occurrerunt nobis, quorum nos memoriam ſeruamus tantùm: latius ad eiuſmodi virtutes in alijs inueſtigandum artibus prout in Magiſterijs, cùm peculiarem ad alias extractiones demonſtrationem exhibeant. Iſtorum practicam docere volumus ad hunc modum.

Recipe, Gemmas primò contritas, & calcinatas iuxta reuerberatoriam conditionem, & ſal nitrum commune, pondere quidem ęquali, nempe librę quę ſimul in calcem optimè comburantur, & poſtmodum abluãtur ardente vino tam diu, donec amplius materia nulla ſuperflua ſit reperta. Poſt ablutionem rurſus

hanc materiam calcina, per omnia fac vt prius,& sic totũ in vinum ardens transit:hoc per bullitionem euaporare finito,sic habebis alcali,quod resolutum in aquam seruato.Huius administrationis vsum non est quod abhorreas, licet vtcunq; sit acutum & calcineum ,cùm ea quidem acuitate solùm in id operetur, quod sibi reluctatur:estq; tam subtile,vt gutta sola totum corpus tingat in singularem virtutem.

Vniones etiam in aquam reducendi sunt,ad hunc modum videlicet. R. Correctũ acetum,cui tritos vniones imponito ,perq; mensem in eo digeri sinito: sic in aquam resoluentur.Destilla tandẽ & per balneum,acetũ separato,quo peracto reperies vniones in fundo resolutos in aquã: hoc est magisterium Perlarum vel vnionum.Et quãuis huius practices via breuis & facilis processus existat,experto nihilominus adhibe fidem: mirifica siquidem ipsorum est operatio, non tamen fit per artem hæc virtutum actio,sed in natura ipsarum est, quæ occultatur in substãtia crassa, propter quã operari nõ potest,sicut mortuũ corpus,

sed

ſed reſolutione facta viuificabitur eius corpus:de quo ſatis.Coralla tamen cõte renda calcinandaq́; veniunt ab initio cũ ſale nitro,poſtmodũ vt gẽmæ præparanda,reſoluẽda quoque:ſic habes magiſterium corallorum,cuius ego maximè peculiariterq́ue virtutes admiror, quas Deus creſcẽti huic tribuit,quæq́ue tam potenter operantur & admirandè, prout etiam creſcunt.

Extractio magiſterij ex Marchaſitis.

De magiſterijs Marchaſitarum hoc ſcitu neceſſarium,eas tãtùm eſſe matres quare minerale ſuum non adducitur in ſuum magiſterium, at ſolùm vera Marchaſita,prout de metallis,quæ non tranſeunt in ſuum magiſterium, niſi prius à ſuis mineris ſeparata ſint. Et quamuis Marchaſitæ non bene poſſint ab eis ſeparari,nihilominus in magiſterijs gemmarum marchaſitarum id fieri poteſt. Quæ quidem variæ ſunt,vt aurea,argentea,talch aureum,album & perſpicuum ſtannea marchaſita,antimoniũ, granatina, ſimilesq́; aliæ, quarũ vnica magiſteriorũ ex extractio cõueniens omnib. at

arcanorum ſuorũ vires & potentiæ ſunt in medicina, iuxtà metallicarum operationum conditiones. Et quamuis metalla non exiſtant, nihilominus earum proprietates habent: quare hac de re pauca iam ponimus, quòd eius latior de ſpecificis mentio fiat. Differentia quidem eſt notanda, prout ſimul particulariter conueniunt & concordant, vt aurum & eius marchaſita, antimonium & plumbum, quæ quidem in ſui fabricatione conſtellationeq; ſibi mutuò comparantur: in virtute nihilominus ſeparantur. Nam in nonnullis marchaſitis plus virtutum exiſtit, quàm in conſtellationum ſuarum metallis, vti de plumbo & antimonio ponimus: hoc nempe curare leproſos, Morpheam, Alopeciam, & ſimilia, ſcabies omnes & cicatrices, Leoninam, Elephantiam, Tyriam, &c. quòd Saturni magiſterium nõ efficit. Quare proprietates huiuſmodi notandæ ſunt, quæ nedum in magnis, verùm etiam in minoribus quandoque latent abundantius. Rationem hanc inueſtigare volumus, cur antimonium plus

virtu-

virtutum habeat, quàm ſuum metallum. Corpus enim eius fixum non eſt, & non ſatis in ſui perfectionem digeſtũ, vt Saturnus, vnde volatilem proprietatem aſſumit. Verùm ipſa materia ex qua naſcitur (vti de generationibus ponimus) ſpoliatum quid eſt & mundificatum à naturali ſua proprietate, quæ ſibi manet incorrupta: hinc fit vt aurum purget magis quàm ignis aut aliud elementum. Indeque prouenit vt corpus mundet ac purget, prout argẽtum & aurum ab omnibus impuritatibus ſuis per ipſum liberantur. Magiſterium antimonij lepram expellit magis quàm de ipſo credibile ſit: non ſecus de alijs intelligẽdũ.

Iam practicam aggrediamur, qua Magiſterij pręparationes earum doceamus ad hunc modum:

Recipe Marchaſitam ſubtiliſſimè tritam, & aquæ ſoluentis tantum vt ſex digitis latis ſupereminеat, ſoluatur, & poſtea putrificetur vno menſe, deſtilletur poſtmodum & ſeparetur, vti de metallis docuimus. Quo peracto, magiſterium habebis eius marchaſitæ quam acceperis.

Extractio magisterij de substantijs pinguedinosis.

Non aliter de pinguedinosarum substantiarum extractione Magisterij censendum est, vt pinguedo carabis, resinarum, oleorum, ac in similibus substantijs materialibus apparens: De quibus etiã ad extractionem eiusmodi magisteriorum viæ tres habentur: peculiaris vna de carabe, de resinis alia particularis, & alia de pinguedinosis, vt oleis, seuis, butyro similibusque, singularis etiam. Carabe namque pati minimè posset extractionis ad pinguedinosa processum, quòd vires eius perirent: similiter ipsa resinata carabis ferre practicam non valerent, quòd eis damnosa foret, ac in ruinam vergens. Tribus ergo modis præparationes istorum magisteriorum docebimus, cùm tam excellentes in pinguedinosis virtutes appareant, & hoc multifariam: vbi nihil operari possunt essentiæ, iuuant ipsa pinguedinosa, cùm habeant eam rationem propter virtutẽ specificam, & sibi appropriatam, quæ in alijs non ita perfecta reperitur, nec est: nõ secus ac de corallis ad gemmas com-

paratis,

paratis, de illis etiam intelligendum, quorum practica talis est, & primò de carabe.

Recipe Carabis optimè triti quãtum videbitur, & circulati quod sufficiat, in flacco digerãtur in cineribus diebus sex. Posteà destilletur inde circulatum, & rursus affundatur: toties id fiat, quousq; reperiatur oleum in fundo: quod quidẽ est carabis magisterium: hoc nobis admirandas suas virtutes patefecit. sic maneant.

Ad hunc modũ qui sequitur, ipsa resinata suum ad magisterium adducũtur.

Recipe Terebinthinæ, gummi, vel resinæ quæ lutatum in vitrum posita, mẽse digerantur & per se in digestione calida: postea coquantur in ardente vino media tantùm hora, cum aqua soluente mixto. Deinceps per alembicum cæcũ destilla, die tandem vno maneãt, sic inuenies olea quædam in se ipsis distincta, quæ separato: quodlibet enim est magisterium in sua natura. Sed oleorum magisteria fiunt, præter aquarum soluentium additionem, quę similiter vires habent iuxta suæ materiæ virtutes.

Extractio Magisteriorum ex Crescentibus.

Crescentia quidem existimamus ea, quę virent & postmodum arescunt, iterumque suo tempore virent vt priùs, tũ illa quæ florent vt arbores, herbæ similiaque. Horum diuersimodè magisteria fiunt, & ab eis extrahuntur, vt ex arboribus peculiare, tum ex herbis peculiare suum: quorum differentia talis est, quod lignum illud, hoc verò putrefactibile. Folia floresque præparantur vt herbę: quapropter hæc magisteria ponemus & separatim. Lignorum autem præparatio magisterij talis.

Recipe lignũ minutè satis concisum, quod in ollã vitreatam & in igne constantem & optimè coopertam positum, igne carbonũ horis quatuor aduratur, exemptumque putrificetur in vitro per mensem, inde pòst per cineres vrgeatur vsq; ad vltimos spiritus, quibus perceptis mox cessa, ne magisterium fœtorem ab igne concipiat. Hac via ligni magisterium eius habebis, quod præparandum susceperis.

Sic semina possunt etiam, radices, cortices,

ices & ſimilia,quæ continent oleum in ſua materiali ſubſtantia hoc in ipſum reduci. Maius in extractionibus iſtis latet artificium quàm dicatur aut intelligatur,quamuis integrè proceſſus demonſtretur hîc.

Herbæ verò necnon id genus alia, ſunt ardenti vino permiſcenda, necnon cum eo putrefienda mẽſem vnum. Poſtea per balneum maris deſtillanda: quod verò deſtillatum eſt iterum affundendum,ſicque tam diu procedendum, qũouſque tota quantitas ardentis vini quater ſuccos herbarum excedat. Hoc ipſum deſtilla per pellicanum nouis cũ additamentis vno menſe,tandem ſeparato.Quo peracto magiſterium eius habebis materiæ vel herbæ,quam præ manibus accepiſti.

Extractio Magiſterij ex vino.

Vini magiſterum declarare iam volumus:quod quidem innumeris virtutibus dotatũ apparet:cùm eiuſmodi naturam à plurimis in terra latentibus virtutibus accipiat, vti de vini generatione ponimus. Iam ſciendũ huius magiſteriã duabus vijs fieri, quamquam vnam ſi-

lentio præterimus, quia comunis existit eius processus, vt in multis ponimus. Nonnullæ viæ practicæ magisterij vini ponuntur. Aliqui dum adhuc recens est vinum, extrahere conantur pur gandum inter. Alij sepeliunt, centumque diebus ita relinquunt. Pleriqúe solent illud præter ignem coquere. Quocumque modo fiat, scribere minimè curamus, at solùm eam quam experien tia viam habemus. Primò sciendum in vino spiritum valde subtilem, at paucum, & multo phlegmate contentum. Et quamuis hic essentia quinta sit, nihilominus ex eo fit magisterium, sed ma iori practica processuque ad istud necessarijs.

Sciendum etiam plures maioresque vires in eo vino fore, quod aquam suam nondum posuit, cùm in aqua nonnunquam plus virium existat, quàm in vino ipso. vetustas etiã vini laudabilior quàm iuuenta vel eius recentia, quòd spiritus magis digeratur successu temporis longiori quàm pauciori. Animaduertendum latiùs vinum, hunc in vsum aptiùs esse, quum inferiùs ac superiùs op-

timè

timè conclusum est absque respiraculo, sic multis annis cētenis absque tartaro conseruatur: tamen de prolixo tempore loqui nolumus, cùm tædiosum foret, nihilominus in memoriam reuocasse tantùm. Non est etiam vini magisterium, quod ex musto vel recenti vino trahitur, sed musti. Nec est artis id cum fecibus aut phlegmate suo destillare, prout vinum ardens, quôd hac via spiritui vires depereant, quæ sunt in eius essentia: hoc ipsum fieri minimè conuenit. Vt quò sæpiùs acetum optimum destillatur, eò remotiùs à vini spiritu recedit. Quapropter animaduertendum summa diligentia, ne quo modo quinta corrumpatur in magisterijs essentia, sed potiùs vt viribus augeatur atque fortificetur. Quum etiam sine igne separatum est, haudquaquam potest esse magisterium quòd ei substantia deficiat. Sciendum itaque vini spiritum cum substantia fore conseruandum, & phlegmate, cùm in vino duæ substantiæ reperiantur: vna quidem vniuersa, cui spiritus inest vini, & à qua separari non potest: altera phlegmatica est,

fixa ſine fecibus & aqua dulci,à qua tanquam à vera ſubſtantia ſeparari debet, vt à ſua minera vel terra metallum.

De vino cõſiderandũ igitur, fixũ hoc eſſe,phlegmaq; ſuũ eius mineram: item vini ſubſtantiam fore corpus in quo cõſeruatur eſſentia quinta, prout auri in auro latet eius eſſentia. Iuxta quod practicam nobis ad memoriam ponimus, vt non obliuiſcamur, ad hunc modum:

Recipe vinum excellentiſſimum & optimum quàm habere poteris, colore saporeq; ad placitum, hoc in vas vitreũ infundas vt tertiam eius partẽ impleat, & ſigillo Hermetis occluſum in equino ventre menſibus quatuor,& in cõtinuato calore teneatur,qui nõ deficiat. Quo peracto hyeme quum frigus & gelu maximè ſæuiunt, his per menſem exponatur,vt congeletur.Ad hunc modum frigus vini ſpiritum vnà cum eius ſubſtantia protrudit in vini centrum,ac ſeparat à phlegmate.Congelatum abiice: quod verò congelatum non eſt,ſpiritum cum ſubſtãtia fore iudicato.Hũc in pellicano poſitum & in arenæ digeſtione nõ adeo calida per aliquod tẽpus manere ſinito.

Poſtmo-

Postmodum eximito vini magisterium de quo locuti sumus. Qui plures existũt processus, & in vsum veniũt, latius cum de Elixiribus agemus declarabimus. his quoque finem imponentes, quorumuis aliorũ processuum vini, qui minimè placent obliuiscemur.

Extractio Magisterij ex sanguine.

Nostram etiam opinionẽ de sanguine scribere volumus, cui plurimæ virtutes insunt ac admirandæ suprà quàm credibile sit, & satis vel omnino reperibile: maximè quòd sanguis ex optima radice fonteque potiori cordis existat (vti nos de compositione hominis declaramus) in quo defectus nullus existit, nec esse potest, cùm iuxta cordis naturã suas conditiones habeat, & naturæ totius, ac eius omnis, quod in ea viuit est perciosus thesaurus. Consideramus enim iterum, vbi sanguis à venis profluxerit, eiusmodi virib. quę sanguinẽ renouãt & sustentant, priuatum iri posse: quod minimum est: nam in essentia conseruari potest, vt infrà ponimus. Et quod potius est consideramus, paucos homines corpore & sanguine sanis viuere. Quare viden

dum nobis, vt eiusmodi homines in renouatam qualitatem & essentiam adducantur per arcana & quintam essentiam, vt meminimus anteà, quo sanguis incorruptus & sanus ab eis effluat. Nec solùm de sanguine loquimur hominis, verùm etiã de sanguine spermatis quem in secretis nostris describimus, cui nullus morbus inest, nec alteratio, sed plurimùm admirandus ex hominis spermate sanguis, quẽ hoc loco sumere prætendimus, & hoc multis de causis, hîc non appositis. Loquimur etiam de sanguine panis, qui ad eundẽ vsum, & pariformiter assumitur: sunt enim in eo virtutes quas perscrutari vix possumus, nec etiam id ad summũ faciendi suscipimus onus. Itidem intelligi potest de nutrimẽtis aliÿs, & comestibilibus, in quibus omnib. habetur sanguis, quamuis hũc in illis non videamus non magis quã in pane, qui nihilominus per putrefactionẽ vt in stomacho & hepate sanguis fit pariter omne qđ cũ eo sumitur in obsoniũ ad eundẽ modũ immutatur, vt in corpore. Hoc de sãguine latius aut ꝓlixius scribere nolumus, pręsertim ꝙ nemini rem

gratam

gratam eo facere posse, quàm nobis ipsis videamus. Quiescere dormiẽtes itaque volumus, èq; somnio dulci postmodũ expergefacti, hoc de sanguine loqui valeat qđ quisq; potest in suis viribus, & quantum in eo fuerit: nam ex bono boni multũ sequitur, quod nobis considerandum semper venit. Nec solùm de sanguine comestibilium, sed etiam potabilium, quę simpliciter corpori nostro sanguinem exhibẽt, loqui volumus. Possunt etiã ex sanguine quintę essentiæ, non minus quàm arcana trahi, de quib. hoc loco minimè loquimur, sed solùm de magisterijs agere proposuimus, & hoc vno singula cõcludere. R. sanguinẽ, quẽ pellicano cõclusum, trãscendere super ventrẽ equinũ tã diu sinas, donec tertia pellicani pars impleatur: nã sanguis omnis in sua rectificatione dilatatur iuxta quãtitatẽ, & nõ secundũ põdus. Hoc tẽpore peracto, rectificabis ipsũ per balneũ. hac via phlegmata recedunt, in fundo magisterio manẽte: quod quidẽ retorto sigillo conclusũ Hermetis nouies destillato, put libro de præparationib. docuimus. Hac via sanguinis magisterium habebis.

LIBER SEPTIMVS ARCHIDOXORVM D. THEOPHRASTI Paracelsi Magni.

De Specificis.



Atius est quòd iam de specificis loquamur, quibus admirandæ plurimùm & magnę virtutes insunt, quę nõ ex natura sumunt originẽ: quare calidę non sunt, neq; frigidæ, sed præter istas qualitates vnicã habent naturã & essentiam, prout multis locis meminimus. Specificum eiusmodi sumit originem suã ab externis, vt quum lignũ aliquod in ignem proiectum vritur, nõ ex propria natura. Nascuntur itaque specifica ex coniunctione, prout vbi mastix & colophonia simul digerũtur, fit attractiuum, quod neutrum eorum est per se ipsum: aut cùm therebinthina coagulatur, inde fit lapis, qui ferrum instar magnetis ad se trahit. Similia plura sunt, quæ in alio tales virtutes habent à suis cõpositionibus, & extrà. Elleborũ etiam ex liquore lapidis & terrę, per istorũ duorum compositionem in specificum na-

scitur

citur, in modum quo cerasa cum aceto simul post suam digestionem fiunt laxatiuum, quorum ex sua natura neutrum laxat. Quare specifica similia nascuntur ex sua natura per compositionem elementorum & propriæ materiæ, non secus ac tinctura colorúe, qui non ex frigore, & calore minus oritur, sed cōpositione, prout gallæ cum vitriolo producunt atramentum, cùm neutrum ipsorum nigrum existat. Sic etiam sal armoniacum & vrina colorem nigrum efficiunt, cùm tamen ambo sint alba. Idipsum de specificis intelligendum est, ea suam originem pariformiter scilicet accipere, sed externè quædā eiusmodi virtutes assumunt, quod in qualibet herba potest euenire. non in vno genere tantùm ad hunc modum intelligendum.

Vbicunque Magnes creuerit, quoddam attractiuum est, coloquintida purgatiuum, & papauer anodinum. hoc prouenit ex compositione in eis existētē. Quo fit vt Magnes omnis attractiuus existat, & coloquintida quęuis purgatiua. Non ita de extrà specificis, quæ sic se habent: nempe si Magnetis virtutes haberet si-

lex,& alius ei ſimilis non ita ſpecificum hoc foret externum.

Quamuis accidere nonnunquã, at rarò ſoleat, peculiarẽ in vna herba reperiri conditionem,& non alia ſibi ſimili, tum ſpecifica multa ſimilia ex influentijs oriri, nihilominus ex eiſdem procedere nos ſcribere nolumus aut nõ, ſed hoc ſuis locis vt in phyſica reſeruare,& hîc ſuperſedere. Specifica multa reperiũtur, vt odorifera, quæ ſuam originem ex compoſitione, digeſtioneq́ue ſumunt, vt aqua vitrioli cum ſale armoniaco deſtillata, muſci refert odorem, quorum tamen ſimilem per ſe neutrum habet. Plura talia ſunt, quæ fiunt odorifera, cùm antea nõ eſſent, odoremq́ue nobilem concipiunt vt roſa vel liliũ, quibus ab initio nullus odor ineſt, at labore, digeſtione, ſeparationeq; tandem excitatur. Vt vaccinus fimus, aut excrementum fœtens, quod poſtquam tamen eleuatum fuerit, ambræ ſimili fit odore: verùm in fundo reſidua materia manens, humano fœdius oleto fœtet.

Specifica nonnulla ſunt narcotica, ſudorem

lorem prouocãtia, quæ ſimilem ex cõ-
poſitione virtutem accipiunt, vt ardens
pruna pingui terræ ſuperpoſita, vaporẽ
emittit: non aliâs zingiber in corpus tra
iectum, vrit extinguiturque, prout aqua
perfuſa.

Calor hic zingiberi contingit ex a-
cuitate vel aſperitate, quam in ſe con-
tinet, ac elemento calido coagulatur
tanquam lapis, qui per ignem ad eiuſmo
di calorem adducitur. Narcoticum ſi-
quidem eſt calx liquoris terræ, vti de ge
nerationibus ponimus. Pariter ex com-
poſitione prodeunt ipſa purgatiua, pro-
ut Reubarbarum, quod etiam calx liquo
ris exiſtit: differentia tamẽ hac, vt in mo-
dum aluminis vſti, quod in aquam reſol
uitur eo liquido quod ſecum arripit,
vbi loco poſitum humido fuerit: ſic de
Reubarbaro nec non alijs purgatiuis in
telligendum, quæ ſuam originẽ vt calx
terræ multifariam accipiunt. Nonnulla
ſiquidem ſoluuntur, vt Turbith, ideo
quod cũ eis realgar ſoluitur, & aliud nõ.
Alia melancoliã, vt ſenę. Quod ſic intelli
gendũ, videlicet, ad nitri modũ qđ ſecũ
lapides

lapides reſoluit,& non aliud. Nonnulla ſanguinem,& cum eo ſublimata: ſic de rerum iſtarum differentia cenſendum eſt,vti ſunt in ſeipſis diuiſæ,quod meminimus.Quædam etiam cõfortatiua,propter compoſitionem,vti ſperma carens viribus,ex quo nihilominus,quid naſcitur ex ſua prædeſtinatione.Sic ipſum cõſeruatiuum eſt prædeſtinatio quædam ex prædeſtinatione compoſitionis. Verùm Carlina,quæ non ad hunc modum naſcitur,aliarum ad ſe virtutes herbarũ trahit,eisque vires adimit,quas tum ſola poſſidet,prout ſol humorem ad ſe trahit è ligno,ſicut latius de generationibus declaramus.

Pariter aliqua mundificatiua per ſuã compoſitionem eiuſmodi virtutem acquirunt,vt quum calx terræ tranſmutatur in alium colorem per liquidum,vt reſinam,mel, gummi, picẽ, &c. Floribus in Veneris ſimiles alterationes exiſtunt, qui primò purgatiuum exhibent,vti calcem fore decet:poſtmodum igne reducuntur in ſtipticũ, ſic vt purgent ac mũdificent. Corroſiua ſimiliter habentur, quę ſalia ſunt,& aliquando calces in terra,

a,nõnulla ſubſtantialiter in vna mate-
ia,vt nos de generib.ſalium ponimus.
ariæ multæq́; ſunt eiuſmodi proprie-
ates in rebus, quas de proprietatibus
erum tractamus, & hoc loco ſatis de-
clarauimus. Et quamuis nonnulla du-
a,mollia contrà quædam exiſtant, hîc
letegere nolumus,aut noſtris in Archi
doxis tractare de toto principio,ſed de
ſpecificis componendis & in ſupremũ
naturæ gradum adducendis,de quibus
iam conſequenter agemus, eorum ex-
perientias nobis proponentes,& angu
lares illos concionatores poſt tergus
relinquentes,qui de Deo loquuntur,&
aliud nihil intelligunt præter hipocri-
ticos ritus ac ſimiles fabulas: item his
arcanis & artibus ſunt inimici, capiti-
bus merſi quidem in gloria mundi, fa-
bulantes & cauillantes multiloquio
pręditi,quo deferunt in vtrumque hu-
merum,adulantur, ac ſeſe tanquam ſa-
pientes exiſtimant, cùm ſtolidi ſint,fa-
tui,nec non hominum impoſtores ob
mundanas opes. Iam de ſpecificis age-
re volumus, prout nobis veniunt in v-
ſum, & Vniuerſitatum illos medicos,

qui tantùm legunt ac opinantur, siue bene siue malè succedat], in nos fremere dentibus, vt volent finimus.

De specificis odoriferis.

Vt ergo de specificis odoriferis loquamur, qua via formaque fiant: & primò quòd ad vires eorum attinet. Est itaq; specificum odoriferum, materia, quæ morbos ægris aufert, non secus ac Zibeta suo stercora pellit odore. Notandũ vtiq; specificum hoc malum odorem vt oleti plurimùm impedire, vt nocere manereque nequeat: sed odore bono tingitur hic fœtor eius, vt quantum antea fœtuit, iam odore tantum bono valeat exequi, cùm nihil sit quod zibetæ vel musco bonũ odorem adimere possit: bene transmutari tamen potest, vt multis probamus locis. Quò fit vt aliquando musco nõnihil admisceatur oleti, quòd hoc penetret illo magis & lilio quouis omnibus operationibus.

Quandoquidem notum est, plus odoris mali quàm boni reperiri. Prout etiã tyrus in theriacã assumitur ad summè penetrandum, & statim omnia membra cum aliorũ viribus: nõ aliàs de specifico

tifico censendum odorifero.

Animaduertendũ, hoc medicamento pelli morbos ab eis qui medicamenta ferre minimè possunt, & ipsum administrari, prout in Apoplexia, vel Epilepsia: multi siquidẽ odores existunt, qui releuant Epilepticũ, ac multi qui subleuant Apoplecticũ, non quòd omnino curent, sed vitam præparent. Nam vis eiusmodi, quę corpori prębetur, statim odore sanguinẽ ipsum excitat, & hunc ad cor protrudendo magis quàm scribi possit, refocillat. Quapropter ponemus odoriferum, ex quo fundamentum accipimus ad alios morbos omnes odorifera cõponẽdi, cuius processus hic est:

Recipe Liliorum alborum
Anthos,
Basiliconis,
Cardamomi,
Rosarum ana manipulum vnum.
Spicarum man. ij. Contunde crasso modo in pastã. Cui addãtur succi pomorum arantiorũ duæ quartæ. Hæc omnia simul in pellicano posita mense vno digerantur. postmodũ à suis fecib. manibus vel pessarijs, quod melius est,

premendo ſeparentur. Huic in pellica-num rurſus poſito,ſtatim addantur,

Macis,
Chariophyllorum,
Cinnamomi ana ℥ 1.
Ambræ ℥ ſs.
Muſci ʒ ij.
Zibetæ ʒ 1. Terenda minutiſſimè terantur, & in dictum pellicanũ poſita cum alijs in fimo digerantur. Deinceps adde gummi Arabici diſſoluti ℥ ſs.

Tragacanti etiam diſſoluti ℥ 1. & ita clauſo vitro cum claro albuminis o-uorum indureſcant. Mox atq; videris ad modũ vitri factũ, exime fracto vitro lapidẽ hunc, & ſpecificum odoriferum de quo iam ſcripſimus,& ſatis. Quamuis addere bonum foret aurũ potabile.

De ſpecifico Anodino.

Ad ſcribendum etiam de Specifico hoc Anodino multæ cauſæ nos inducunt.Cùm nobis morbi quidã occurrerint, in quib. arcana quæuis deſeruere nos,excepto ſolùm Anodino ſpecifico: hoc enim vulnera quæq; repleuit. Nec idipſum admiramur,cũ videamus aquã ignem extinguere:nõ aliter Anodinum

ſpeci-

specificũ extinguit morbos,&hoc multis de causis,quas quiescere sinimus. Quod enim quiescit vel dormit, non peccat. Nõ intelligitur naturaliter aut iuxta naturam,sed Paroxismus dormit, quo fit, vt impediatur eius operatio, frangaturque. Consolamur in eo pariter,quod anxiæ multæ solicitudines & melancholiæ dormitione tollantur. Notandum vtiq; hoc loco,dormire nõ debere necessariò hominem,sed morbum ipsum: quare specificũ quod contra morbum solùm sit, componimus, & non contra plenum hominem,prout moris est in febribus fieri. Nos verò dicimus in pleno homine mortalia fore somnifera,sed in pleno morbo salutifera. Quapropter morbum omnem transcurrimus, & addimus, vt in corpus nullam operationem habeat, nec habere possit,ad hunc modum:

Recipe Opij Thebaici ʒ i.
Succi pomorum aranciorum,
Citoniorum ana ℥ vj.
Cinnamomi,
Chariophyllorum an. ℥ ss.Contusa per quamoptimè simul omnia, mix-

taq; ponantur in vitrum cum ſuo coopertorio cęco: digerātur in ſole vel in fimo per menſem, poſtmodū exprimantur & imponantur iterū cū ſequentib. Recipe Muſci ſcrupulum ſemis,

Ambræ ſcrup. iiij.

Croci ℥ ſs.

Succi corallorum, & magiſterij perlarum ana ſcrup. 1. ſs. Commiſce, poſtq; digeſtionem eorum vno menſe factam, adde quintæ eſſentiæ auri ſcrupulum vnum & ſs. qua permixta cæteris, Anodinum ſpecificum erit ad auferendum quoſcunq; dolores internos & externos, vt nullum torqueatur vel arripiatur membrum latiùs.

De ſpecifico Narcotico Diaphoreticæ naturæ.

Iam de ſpecifico Diaphoretico loquamur, quo morbus omnis curatur, qui poteſt vel debet ex ſui natura proprietateq; ſanari ſudorib. hoc præ cæteris medicamēto pellitur. Diaphoretico ſiquidē frigidus morbus incaleſcit, & eo calore tollitur. Sępius. n. vt nobis cōtingit, Coſſatū annorū 20 p̱ diaphoreticū ſanatū fuit, ac alij morbi plurimi, quos

intercu-

intercutaneos vocant.aut intercutē & carnē existētes,in quib. essentia quinta nihil efficit & minus arcanū:ea de causa,quòd in corde nullus tā potēs existere vigor potest,quo Cossatū pelli queat nisi diaphoretico solo id fiat. Nā vti sol calefacit gelatum lapidē,& glaciem duram liquefacit,non secus diaphoreticū suas vires exerit in morbum, qui nullis potest alijs curari virib. quantumcūq; nobilib.&bonis.Et quamuis flammula calidissima sit herba, nihilominus calor eius ad Solis naturæ minimū punctū haudquaquam est cōparandus: nō secus maximè differūt calida quæuis & ipsa diaphoretica.quamobrē hoc loco specificū diaphoreticū ponimus, quo diaphoreticas virtutes cōprehēdimus.

Recipe Zingiberis libram vnam,

Piperis longi,

Nigri,ana ℥ 1 ß.

Cardamomi ℥ iij.

Granorum paradisi ℥ 1. Conterantur in puluerem,& ponantur in vitrum cum vncia semis optimę tritę camphoræ,nec non aquæ soluentis vncijs duabus.sigillato vitro maneat in arena pro

suæ digestionis consumationis tempore. Separa tandem ab eis aquam soluentem, & putrefiat vno mense, vnaq́; septimana circuletur. Postmodum exprimes atq; seruabis: hoc est optimum & potentissimum diaphoreticum vehementiùs agens quàm sit credibile, tum in cassatis, tum in alijs morbis grauissimis, de quo satis.

De specifico purgatiuo.

Est etiam quòd scribamus de Specifico purgatiuo, licet cõplexiones considerandę forent ac similia, nihilominus fundamento solidiori corroboramur, accipientes ea quæ morbos tollunt, & non particulariter vnum aut alterum, sed omne malum auferunt. Vnde colligitur, quicquid ex cholera superfluum est, nulliusq́; momenti recedere: similiter de phlegmate, melancholia, sanguineq́; peccantibus intelligendum erit, apostematibus ac alijs corruptionibus, quæ iuxta complexiones purgari non possunt, neq; purgationib. resolui, prout eorũ morbi multi reperiuntur.

Quare materiam peccantem solùm extrahere conamur, siue corrupta sit,

siue

siue non: apostemata, complexionata, vel in quacunq; permixtione fuerint: medicorum Vniuersitatum prolixos & inutiles sermones minime curantes, at sanitatē ipsam, & super hanc ędificantes nostra medicamenta: prout ipsum tartarū, quod ex sua natura proprietateq; putrefactiones omnes tollit, & nō inclinatur ad choleram, nec melancholiam, phlegma, neq; sanguinē, aut simili, sed omne quod inutile corpori, nec non huic inferre damnū potest, aufert. Pariter vitriolum tales occasiones omnes, è quibus infirmitates multæ nascuntur, purgat. Considerandum vtiq; nobis, coloquintidam omnem cholcram nō expurgare, vel quicquid oritur ex ea: neq; etiam Reubarbarum id facit: nec Turbith omne quod ex phlegmate procedit, arripit, nec euacuat: neq; lazuli melancholiæ quęuis impedimenta: neq; manna sanguinem contrarium totum expellit: sed ista duo, nec nō alia plura hîc non assignata specifica purgatiua nostra faciunt, principaliter in his omnib. putrefactionibus, & superfluis fecib. corporis, vndecunq; proueniant,

quas non aliter purgant quã aqua pannos abluit lineos,& ſapones eos clarificant à nocumẽto,& impedimento cuiuſcunq; naturæ: ſic enim ſingulariter in ſingulos morbos arripit. Et ita pharmacum ſpecificũ ponamus quoad noſtrũ ſenſum iam dictũ ad hunc modũ: R. Magiſterium tartari, magiſteriumq́; vitrioli, quæ ſimul in vnum commiſceto, poſtmodum adde partes æquales eſſentiæ quintæ croci: demum pellicano contenta per menſem in arena digerantur, & in pharmacum de quo dixi perquàm acutiſſimè ſeruentur. De cæteris ad hæc neceſſarijs apud eruditos quàm ignaros intelligentia maior exiſtit.

Nec ſolùm homines ad hunc modũ, ſed arbores etiam & herbæ repurgari poſſunt à ſuis morbis & ſuperfluitatibus. In creſcentib. enim æquè ac in perſonis infirmitates habẽtur,& eis etiam remedia ſua creuerunt, prout meminimus. Ant hcs quoad ſuos defectus,& cũ nõ perfectè vegetare poteſt, vitrioli magiſterium liberat eum,& vt egregiè creſcat poſtmodũ efficit, vti de plantis po-
nimus

nus. his paucis igitur ista cōcludimus.

De specifico attractiuo.

Vt antea de specifico cœpimus attractiuo dicere, latiùs modò sciendū, specificum attractiuum omne quod in corpore superfluū est ad se trahere, quodq; huic adhęret mali, nec nō in se cōtinet, vt multis locis ponimus, extrahi posse vt sæpius accidit & probabilib. demonstrationibus. Attractiua pariter specifica nonnulla sic ad carnem approbata fuerunt, vt centum libras carnium ad se traxerint, non secus ac magnes ferrū. Euenit etiam tempore nostro, vt attractiuum simile pulmonē è corpore traxerit in os, & ita hominē suffocauerit. Item accidit, vt alteri sphæra fuerit oculi de suo loco tracta vsque ad nasum, & inde nunquā amoueri potuit. Non solùm ad ferrum attractiua sunt & reperiuntur, sed etiā ad lignum, herbas, carnes & aquas. Vidimus enim emplastrū, quod attraxit aquę tantùm, vt labrū implere posset, ac non aliàs quàm à tecto quopiam domus proflueret. Similiter plumbum, stannū, cuprum, argentū, & aurū per attractiuorū cōpositionē at-

trahi possunt. Fieri potest etiam, vt his attractiuis ab arboribus rami lacerentur. aut in altũ vacca subleuetur, & multò plura quæ nostris in secretis indicauimus in thesaurum, vt nos tantùm in his admiraremur illum solum, & veneraremur, qui singula tam admirando creauit artificio, vt res tam variæ reperiantur, incredibilia demonstrantes opera, longè naturam superantia, prout est in seipsa.

Quapropter ad corpus nonnullas virtutes ponemus attractiuas, quibus ex eo malum & corruptum extrahi, nec non à bono separari potest, ad hũc modum videlicet, vt attractiuum super emunctorium ponatur eo loci quidẽ, vbi detectus apparuerit, aut super vlcus, quod prout emunctorium existimatur: pariter in glandula vel inflata cõcessio præ manib. fuerit, emunctorij loco habenda est. Experientia notũ est nobis, attractiuum eiusmodi pestilentiam extraxisse magis, quàm scribere nos deceat hoc loco. Hoc ad memoriam reseruamus: quo sub medicamento nullus æger vnquam interijt, quantumuis graui morbo

bo laboraret. Receptum attractiui spe-
cifici hoc est.

R. Quintæ essentiæ gummi omnium
n omni genere,ana quartam vnam.

Magisterij Magnetis quartam ss.
Elementi Carabis ignei lib. 1.
Elementi ignei,masticis,
Mirrhæ,ana quartam 1 & ss.
Elementi Scamoneæ ℥ x.

Fiat inde cerotum cum cera communi,
tragacanto,& terebinthina. hoc vtere
sicut suprà dictum est.

De specifico stiptico.

Nunc de specifico stiptico loquendũ,
cuius multę virtutes existunt,ac plures
quàm de alijs intelligatur. Quum enim
admiranda naturæ nobis opera qualita
tesq; rerum eiusmodi prę oculis occur
runt,gaudio summo quidẽ exhortãtur
nos,vt ab eis non desistamus,at eorũ po
tiùs omnium quæ nobis oblata sunt ab
artib.ipsis memoriã ponamus. Et si for
tassis de rerum natura quidpiam ab an
tiquis medicis & philosophis scriptum
reperiatur(quod nobis minimè cõstat)
haudquaquam nos cõmouet, cùm cæ-
ca sint omnia,quæ scripserunt. Verùm

ipſa natura magna, quæ ſeſe nobis ad manus offert, delectamur: & illorũ nos labores antiquorum, qui pro cæſis exiſtimantur, in admirationem trahunt, quod multis meminimus locis. Non tamen admiramur ſtiptica tam vehemẽtia, quæ ſuis in quintis eſſentijs, arcanis & myſterijs tantas vires habẽt, vt ferrea duo fragmenta ſimul præter ignem glutinent, quæ poſtmodum ſeparari nequeunt: quod maius eſt, ſine igne cuprum etiam alteri cupro per ſtiptica ſimilia ſic adhæret, vt nõ amplius igne ſeiungi, nec aqua poſſint. Itẽ attractiuo ſimili ſtiptico lapidũ aceruus in molẽ ingentẽ rupis inſtar conglutinari poteſt. Similiter arena calxq; per eiuſmodi ſtiptica poſſunt in cõpactionem concreſcere duriſſimũ ſupra marmor: iam de alijs. Vidimus eadem ratione folia ſimul cõiuncta, quę pro naturali cõcreto fuerũt exiſtimata, prout lilij foliũ cũ folio roſarũ in vna cõpactione.

Itidem fabriferrarij ſua ferramenta ſimul conſolidarunt, ita compactè ac ſi vera conſolidatione factum fuiſſet.

Vidimus etiã ea ſtiptica ſpecifica, labia

bia ſimul oris cōtraxiſſe lotura ſola, vt poſtmodū inſtrumētis aperiri per vim debuit, & ſanguinem emiſerint. Item aluum in ano ioco per iſtiuſmodi ſtiptica fuiſſe cōpreſſum, vt propter neceſſitatem exonerationis opus fuerit conductum aperuiſſe terebris. Non ſecus in vulnerib. & in ruptura veſicæ talē vidimus compactionē, vt iſtius poſtmodū nulla meis & ſuis temporib. apertura reperta fuerit amplius. Quodcunq; ſtipticum hoc materiale contigerit, os ipſum aut nudas carnes ita contrahit, vt abſque putrefactione minimè ſeparentur: nam aqua nulla patefacit eiuſmodi ſtipticas vires, quarum quidem longè plures exiſtunt quàm apponimus. Verùm quod ad medicinam attinet, ſtipticum ſpecificum ponemus, vt ſequitur.

R. Quintæ eſſentiæ boli, item Ferri,

Quintæ eſſentiæ Carabis, aliàs cathebes, ana libram vnam. Digerantur in cineribus vno menſe: poſtmodum acatiarum exſiccatarum libram impone ſemis. Corpus eo curato.

Hoc & ſimilia ſtiptica ſuis in corporib. non perſcrutabilia ſunt, at in ſeparatis

substantijs supra quàm credibile sit, attrahunt, natura cõditioneq; suæ maximæ siccitatis. Quare stiptica specifica dicũtur tanq̃ stiptica supra quæuis alia.

De specifico corrosiuo.

Nunc specificum scribere corrosiuum addereq; volumus, cui mirandæ vires insunt atq; natura. Mirabile siquidem ad antiqua corrosiua comparatũ, quòd metalla prorsus in nihilum absumat, vt in eis nullum corpus ampliùs inuentum sit, prout lignum disparẽs in igne. Quamuis aquis fortibus metallorum etiam consumptiones fiant, manent ea nihilominùs pondere suo nõ imminuta, & essentia non mutata, sic vt iterum igne reduci possint in primũ suum corpus atq; materiam: id verò non fit post consumptionẽ corrosiuo specifico factam, ea de caussa, quòd nulla materia hoc loco reperiatur amplius, quæ valeat vlla reduci via rationeq; ad metallicam naturam, non magis quàm cineres in ligna. Sciendũ latiùs, corrosiuum hoc in carnem operari: sic vt nullũ sibi cõparari queat: nam velocitas eius in ictu manum perforat instar subulæ.

Ea

Ea ratione ſcribimus hoc in medicinam, quòd in corpore carnis putridæ ſuperſcreſcẽtiſque plurimùm, vlcerum (vt fiſtularum, cãcri, ſcrophularum) oriatur, quod omne per eiuſmodi corroſiua curari poteſt. In eo ſiquidem ſtiptica virtus exiſtit maximis cũ viribus, per quas peculiares curandi proprietates acquirit. Quamquam ignis potiùs vocari, quàm medicamentum poſſet, cùm ferreas catenas cõſumat, & ſeras magis quàm credibile ſit aut ſcribi queat. Quapropter ei breuiſſimè receptum hoc aſſignamus.

Recipe Aquæ fortis à capite mortuo rectificatæ, libram vnam,

Mercurij ſublimati quartam ſemis.

Salis armoniaci ℥.ij. Hęc omnia ſimul permixta cõſumi ſinito, deinceps aquã admiſceto mercurialem æquali põdere ſeruato. Nullus huic adamas corroſiuo reſiſtere poteſt. Quamquam etiam idipſum de quinta eſſentia, & arcano poteſt intelligi, videlicet vt cuipiã iſtiuſmodi cauterio cutis adimatur, & eius loco noua ſuperducatur, vt in lepra, morphea, ſerpigine, lẽtigine, panno, &c. Contra quæ ſpecificum hoc in vſum venit

m

corrosiuũ:sed ob eius vehementiã omittimus,& mixturam hãc assumimus, qua cutis ablui debet,sic decidit ac nudatur: postmodum cõsolidari prout moris est. Mixtura talis esto.

Recipe succi flammulæ libra vnam,
Cantaridum quartam semis,
Ignis gehennæ dicti ʒ.ij. Permisceto & fac vt suprà.

De Specifico Matricis.

Dicendũ vtiq; de specifico matricis,& hoc varijs modis, ad omnes defectus eius. Verùm hoc loco minimè loqui volumus de elementis calefaciẽtibus eam aut refrigerãtibus,cùm ista per magisteria necnõ arcana faciẽda sint. Hic verò duo specifica ponimus, vnũ in suffocatione matricis,alterũ in mẽstruis prouocandis aut restringendis. Intelligendum itaq; suffocationẽ alio nullo quàm specifico reuocari posse,licet nõ elemẽtato nec ad hoc pręparato,sed in cõmuni forma vel essentia vt crescit in vsum assumpto, prout est ficus cutis. Mox atq; fumus huius per vuluã intrat, morbus expulsus est.quod sane miratu maximè dignũ,hoc vile simplex,quod etsi pręparatum

tum fuerit,nõ deperit eius eſſentia,cùm virtus eiuſmodi ſolà ſit. Verùm ad menſtrua prouocandũ,ſpecificũ ex plene caſtrati bouis in magiſteriũ vel quintam̃ eſſentiã adducto remediũ eſt,cuius prouocatiò cùm in iuuenibus, tum in antiquis excellentiſſima eſt.

Sic etiã ad reſtrictionẽ,quintam corallorum eſſentiam,at elemẽtum ferri, vel ferrũ potabile,quod prę cęteris mirũ in modũ reſtringit, excellentiſſimum fore ſciendum eſt remediũ.Plures iſtiuſmodi proprietates ſcribere minimè neceſſarium, quòd in Archidoxis noſtris nimis prolixum foret, notandum ſub antedictis compoſitionibus tamen incarnatiuis,conglutinatiuis,& ſpecificis comprehendi laxatiua, mundificatiua, necnon ſimilia,ſub ipſis purgationibus,ſic de cæteris vt deoppilatiua, ſub purgatiuis & attractiuis. His libellũ de Specificis conclusum eſſe volumus,in memoriam nobis ne horum obliuiſcamur:& ita cõfortatiua ſingularis capitibus adducta.

Finis libri Septimi Archidoxorum.

ARCHIDOXORVM LIBER OCTAVVS D. THEOphrasti Paracelsi.

De Elixiribus.



Ost multa secretissima naturę mysteria, de Elixiribus etiam per cōpendium scribere volumus, nec frustra, quòd videamus in eis maximā conseruationem, quę nos cogit animum ad ea cōuertere sine requie. Cum vnūquodq; sit corporis pręseruatiuum in essentia sua quod arripuerit, nō secus ac balsamum extrinsecū est corporum omnium à putrefactione similiter præseruatiuū, & à corruptione: quòd manifestò patet, in balsamo hoc nēpe, conseruationē existere corporū, vt ista multis annis cētenis & millenis sine corruptione vel mutatione maneant.

Cùm igitur simile donū videamus in balsamo, quod mortua corpora præseruat & conseruat in incorruptibilitate: pariter intelligēdū est in hoc ipso dono siue mysterio sanū ac viuū corpus longè

meliùs

meliùs ac vtiliùs cõmodiusq; præserua-
re posse. Hoc verò iuxta naturam non
habemus, vt Mysteria naturæ supraque
naturam, quibus corpus intrinsecùs &
extrinsecùs ab omni contrarietate con-
seruare possimus, cognita nobis existãt:
in quibus multa nobis occurrunt aliјs
occultissima.

Sciẽdum vtique de Elixiribus, ea suas
operationes à natura non habere, nec à
complexione, sed misteria fore magis
quàm specifica, summam in Condito-
ris admirationem per multas demon-
strationes. In ipsa natura tamen planta-
ta sunt, vt in ea sint, prout in balsamo
videtur. Si sit ergo possibile mortua
præseruare corpora, multò magis ipsa
viuentia. Nec est in eo quòd curemus
aduersariorum verba vel argumenta,
sed vt nostra soluamus, quo nos ad ve-
rum intrinseci balsami fundamentum
volumus dirigere, non curantes eo-
rum nugas inutiliaque verba, qui de ter
mino mortis, & eius prædestinatione
loquũtur, & eam suis determinatis pun
ctis concludunt. Cùm Deus & pater no
ster vitam nobis tribuerit, & cum ea

medicamenta quibus eam defendere sustentareque valeamus. Si terminus ergo mortis ad pręcisa puncta positus esset, alterũ fore falsum oporteret, quod non est. Verùm quàmdiu possumus ac scimus, potestatem habemus vitam sustentandi nostram. Adam enim ad tantam peruenit ætatem ex propria natura suæ proprietatis, ea de causa tantùm, quòd æquè doctus ac sapiens fuerit medicus, qui singula cognouit in ipsa natura, quibus etiam tãto se tempore sustentauit: pariter alij plurimi qui similibus vsi remedijs fuerunt.

Multi mortui sunt Adæ temporibus, qui ad eius ætatem non peruenerunt, & nonnulli nostrã ætatem non superuixerunt, prout post diluuiũ habemus, qui nõ secus ac nos mortui sunt, ideo quòd has artes ignorauerint (quo factum, vt ante sua tẽpora vita priuati fuerint, nec iuuerunt cibi neque potus) quas Adam & cæteri habuerunt.

Cùm igitur in similibus inuenire naturationem possimus, vita namque vetus ex natura procedit: inuestigare volumus quid natura donumque Dei sint.

Aliqua

Aliqua ſiquidem corpus mortuum cõſeruant à putrefactione tantùm vnum annum, vt oleum laterinum. Alia decem, vt oleum philoſophorum correctum. Nonnulla viginti, prout aqua mellis. Quædam alia quinquaginta, vt præſeruatiuum deſtillatum. Aliquæ verò ſeruant in perpetuum ſine fine, prout balſamum. Nõnulla ſolùm diebus octo ſicut ſal. Alia per noctem, vt aqua deſtillata. Diutiùs aliqua, prout vinũ ardens. Sunt etiã alia quædam quæ præſeruant à corruptione corpus in eſſentia recẽti fortiq; natura, quum homo iuxta ſuam cõplexionẽ eis cõformatur, vt crocus & myrrha. Nõnulla corpora à putrefactione tuẽtur ac ſimilibus, ob maximã ſuam tincturam dumtaxat, quę tã potens exiſtit, vt mali nihil admittat, aut creſcere, vel ſubintrare ſinat, vt Aurum, Saphirus, vniones, arcana, magiſteria, necnon ſimilia prout antea de his ſcriptum eſt.

Pręſeruatiuũ igitur ſcribere volumus contra corporis viui corruptiones omnes atque mortui. Conſideratur autem præſeruatiuum corporis viui, ſumen-

dum esse per os,ac totum corpus penetrare debere,sic vt nullũ in corpore mẽbrum sit,quod non eiusmodi præseruatiuum percipiat,eiusque donum attrahendo per idipsum informetur. Notandum insuper, spiritus stercoris in intestinis existentes æque vehementes fore, vt contra præseruatiuum pugnẽt, ea de causa,quòd putrefactum nullum balsamari,vel præseruari possit: non habet enim essentiam in se, veluti recens caro mortua,quæ balsamatur:at illud cũ prę seruatiuo non aliter cõuenit,quàm vermes optimis cum herbis, & putrefactũ cum incorruptibili. Putridum enim corrumpi non potest,nec alterari,cùm nullius momenti sit. Contrà præseruatiuũ putrefieri minimè potest: nã instar auri quod æruginem haud cõcipit vnquã,existit. Separantur à se mutuò,sic vt quodque suam proprietatem adimpleat.Hęc enim dicta sunt, quia stercora successu temporis præseruatiua superare vincereq; valẽt, quod in mortuis corporibus fieri nõ potest,quia sunt infecta,vel si nõ dum infecta, coagulata quidẽ à morte, prout sanguis recedẽs à venis coalescit.

Voca-

Vocamus præſeruatiuum Elixir, tanquam fermentum,quo panis fermentatur,quem corpus digerit. Eius virtus eſt præſeruatiua corporis,in eo ſtatu quidē in quo hoc ipſum inuenit,eiſdem in viribus & eſſentia. Quandoquidem hæc eſt natura præſeruatiuorum, videlicet vt à corruptione tueantur,nihil tamen emēdando ſed præſeruādo ſolùm. Quanquā ipſa morbos etiam tollūt,hoc fit per ſubtilitatem quam habent.Item non ſolùm præſeruant,ſed etiam conſeruant. Eſt enim duplex labor,vtpote pręuenire morbis,& eſſentiam ipſam in ſtatu ſuo cōſeruare.Nec ſolùm in corporibus humanis exiſtunt,verùmetiam in omnib. corporibus ſenſibilib.& inſenſibilibus: emortuum enim lignum æquè poteſt à corruptione præſeruari,vt à Balſamo,conditū aliquod corpus.Non ſecus etiam herbæ conſeruari poſſunt in eſſentia ſua,quàm viuum corpus aliquod. Quandoquidē illæ conſeruationes quę fiunt ad berbas, conſeruant eas in eadem eſſentia in qua illas arripiunt, ſic vt vireant, ac recentes æquè maneant,prout in agris,hortis &c.in quintam aut ſextam ętatem:ſi cū

floribus eas arripuerint, illos etiam con seruant: si cum fructibus, istos.

Nec ista mireris, cùm possibile sit e- mortuum lignũ rursus viuere, nec non figi ferrum vt ferruginem amplius non concipiat, similiter incombustibile fieri sulphur, quæ contra simplicis hominis intellectũ sunt. Causam horum omniũ ponimus de cõseruationib. latius ac fun datius. Nec impossibilia sunt existimanda, sed multò plura quę iudicãtur impossibilia fieri maximè possunt. De Balsami cõseruatione volumus igitur per distinctiones ætatum loqui, prout sequetur.

De præseruatione & conseruatione per Elixira.

De primo iam Elixire scribere volumus, quod corpus in ea conseruat essentia prout ipsum reperit, putrefieri non permittit, nec infirmari, sed in spiritu vitæ cõseruat, vt nullum accidens ei superuenire queat. Item in tertiam aut plures ætates adducit. Quoad vsum alia est operatio quidem in mortuis corporib. illa siquidem noctes atq; dies in balsamo iacere debent, cùm viua sanaq; hoc minimè facere debeant aut possint. Quare.

hoc

hoc Elixir ad vitam vsui fore solùm intelligendũ, ad cor, & ea loca potissimùm in quibus vita maximè viget, est ad spiritum vitæ per vniuersum corpus dispersum, & custodit illum, quo corpus vel cadauer mortuum à putrefactione custoditur: quia si vulnus aut vlcus extrinsecùs potest à putredine & morbo, ita etiã intrinsecum corpus ab omni aduersitate custodiri dispositũ est. Quamobrem ordinamus elixir, quod in spiritum vitę, non secus ac fermentum in pastam operatur, & in corpus, vti quum arbor in radice tingitur, sic vt nunquam eiusmodi color ab eo recedat. Ad hunc modum corpus totum custoditur, cùm in cuncta membra tinctura magis aut minus spargatur & penetret, non secus ac metallum totum in aurũ tingitur & fit, aut ab ærugine custoditur. Sic etiam in corpore conseruato nullum membrum habetur, quod non elixire plenum sit.

Postquam per totũ corpus dispersum fuerit, illiusq; virtutem istud receperit, operationẽ quoque per ipsum vbi iam exercet: nihil ei per appositum accidere corruptionis potest, ꝙ vniuscuiusq; mẽ-

bri vita plena ſit Elixire, prout corpus tinctum Balſamo plenum eſt. Intelligendũ vtique, non opus fore vt corpus totũ balſamatum ſit per aſſumptum Elixir. Nam vbi ſpiritus vitæ ſolùm in ſua radice circundatus fuerit, quoad ad corporis conſeruationem ſufficit.

Iam ad practicam eius veniendum eſt, primumq́ue ponendum Elixir, quod balſami virium conditionibus, totum corpus defendit à putredine. Poſtmodum aliud quod ſatis potentialibus viribus prẹſeruat corpus. Tertiò quidem Elixir dulcedinis, quod in conſeruatione ſuſtẽtat. Quartò ponemus Elixir, quod eſſentiæ quintæ viribus humanum corpus deſcendit. Quintò ſubſequetur aliud, hoc maximæ ſubtilitatis ſuæ viribus, inimicis reſiſtit naturẹ, qua reſiſtentia corpus in morbos incidere non permittit. Poſtremò tandem aliud quod ex propriæ ſuæ naturæ viribus eiuſmodi conſeruationibus donatum eſt.

De Elixire primo, Balſami ſcilicet.

R. veri ac optimi Balſami nobis optimè cogniti, libram vnam, hoc ponatur in vitrum coopertum alembico cæco,

vnà cum eo duas vncias eſſentię quin
: auri,& eſſentiæ circulati maioris vn-
ā ſemis infundas, quę ſimul omnia di
erantur igne lento,ſic vt noctes atque
es vapores aſcendant. Poſtmodum au
eatur ignis,vt guttæ quædà adhæreant
ecidantq́ue guttatim,duobus menſib.
andem in equino fimo quatuor men-
bus maneant,vt abſque intermiſſione
1am digeſtionem habeant . Quo pera-
to completum eſt Elixir . Intelligēdum
oc balſamum aut Elixir , fieri fermen-
um,quod in radice vitæ coquitur & im
niſcetur,poteſtatemq́ue regendi vitam
abet in eſſentia bona,ſic vt natura nul
a reſiſtere valeat . Non ſecus ac arſeni-
um naturā in malum vincit,Elixir hoc
n bonum ex aduerſo illam ſuperat,cor-
oora defendens. Mortuum corpus ab o-
dore tutum eſt eo, ſic vt putrefieri mini
mè valeat , quum in ſepulturam poſitū
cooperitur ne poſſit euaporare. Multò
magis viuo corpori ſuæ virtutes ma-
nent,quod hoc loco ſatis explicuiſſe vo
lumus.

De Salis Elixire cuius viribus con-ſeruatur corpus.

Non minor ſali vis atque virtus ineſt quã balſamo, de quo diximus, ea de cauſa, quòd caro ſale conſeruatur à putrefactione, dies, annos atq; tempora multa, idq́; varijs modis, vna magis altera, eodẽ fundamento poſſibile fuerit cõſeruare corpus & præſeruare: non quòd ſale velimus eo modo quo ad mortuas carnes vti, ſed inde ſalis elixir componere, quod ſpiritum vitæ penetrat materialiter, vt in ſale viuat prout caro ſalſa. Nam Elixir hoc eſt ita ſubtile, vt ſpiritui vitę comparari queat. Iſta duo ſimul ita cõueniunt in vna coniunctione, nec non vnum altero temperatur ad perfectionem, vt ſal cibum aliquem perficit ad ſaporem, ſine quo ſale ſcilicet perduci minimè poteſt ad perfectionem in vnitatem. Eſt itaque notãdum, ſalis elixir eſſe fermentum, in quo tinctura quædam exiſtit, per quam totũ corpus penetratur. Eſt etiã res incõſumptibilis, quę cũ naturalib. in corpore per digeſtionẽ haudquaquã abſumitur, at eſt fixa velut in igne vitrum, quod coctione minimè perit. Elixir hoc fixum ita corpus fixat, vt in vita permanẽs fiat, non aliàs quàm vbi metallũ aliquod figitur

gitur

itur,nulla poſtmodũ humiditas, corro uum nullum,aut ſimile quid ei nocere oteſt,aut in æruginem adducere.Colli i poteſt igitur ex his, Elixir eſſe corpus ixum vt aurum,in quod nihil immũdi enetrare poteſt,quod ei nocere queat. 'racticam itaq; ſalis elixiris ad hunc mo lum ponere volumus.

Accipe Sal optimè præparatũ, albiſſ. & mũdiſſimũ:hoc in pellicanũ ponatur cũ aquę ſoluẽtis tanta quãtitate,quæ ſe ies põdus illius ſuperet.In fimo digerã ur equino ſimul vno menſe : poſtea ſe paretur aqua ſoluens per deſtillationem & rursũ affundatur ac ſeparetur vt pri⁹, idq; toties,donec ſal in oleũ cõuertatur: cui quidẽ auri quintæ iungatur eſſentiæ pars octaua,ſimulq; digerãtur in pellica no & in equino vẽtre per quatuor menſes,& poſtmodũ circulentur per mẽſem, addaturq; pars altera vini circulati. Sic maneãt in aſcenſione per mensẽ adhuc. Eo tẽpore peracto,ſalis elixir habebis,de quo nobis memoriale per canonẽ feci m⁹ad antiquos dies noſtros ſubleuãdos.

De tertio Elixire nempe dulcedinis.

Certò nobis cõſtat,per dulcedines à cor

ruptione præseruari posse corpora, quibus tamẽ viribus id fiat, ponimus de generationibus mellis, saccari, mannæ, ac similium, quæ hoc loco recensere noluimus, ob antiquorum scripta. Possumus itaque dulcedines in Elixir transmutare cuius præparatio corpus viuidum conseruat magis, quàm languidum in essentia conseruata. Nam proprietas est omnium specificarum dulcedinum, vt nõ corrumpantur, nec etiam corrumpi sinant hoc, nisi per contraria fiat obnoxia corruptioni, prout ex melle & pane vermes & formicę nascũtur: itidem ex saccaro & lacte coagulato: ex manna & aqua fit instar fimi corruptio: plures eiusmodi compositiones fieri possunt, quibus dulcedines in corruptionem transeunt. Vt huic obueniatur, est hæc intentio nostra nec non experientia, videlicet vt in ista compositione tale quid assumatur, quod essentia sua propria manere dulcedinem haud impediat, & sine rerũ aliarum corruptione sit. Hac via virtutẽ balsami habet ad mortua cadauerũ corpora carnea, vel alia conseruandum. Nã similis dulcedo balsamus est terræ, & aliæ

liæ nõnullæ roris, quòd in eis originem ducat. Iam igitur ex trono ponemus Elixir, ideo quòd nulla dulcedo comparari huic valeat, plura quoque mysteria contineat quàm credatur, prout in generationibus ponimus. Ex istius præparatione colligi vię possunt aliarum dulcedinum pręparationis: troni talis esto.

Recipe troni quantum voles, quod in pellicano positum sit ad digestionem in Sole duobus mensibus, meliùs tamen per æstatem. Postmodum addatur essentiæ quintæ auri pars quarta, & ita simul circulentur duobus mensibus. hoc serua. Quamuis hæc via breuis admodum existat, nihilominus admirandum hoc per eam factum Elixir est in valde senibus.

De quarto Elixire, quod est Essentiarum quintarum.

Similiter Essentiæ quintæ possunt in Elixir adduci, quod instar balsami viua necnõ mortua corpora conseruet: eius hoc loco mentionem admodũ paucam facimus, quòd antea de quintis essentijs processu demonstratum sit, quare latiùs progredientes, ea ponemus, quorum ad

præſeruationem & conſeruationem ſumus memores. Poſtmodum ex iſtorum proceſſuum Elixiribus, vnũ Elixir componere docebimus, æquè ac tria præcedentia corpori proficuum. Intelligendum vtique hoc eſſentiarum quintarũ Elixir arcanam in ſe virtutẽ habere, quę quidem indies ad reſtaurationem tẽdit, & corpus totum renouare conatur ac reſtaurare: quare magis quàm cõſeruationem operatur, quod etiam renouet, non tamen ita perfectè prout ſupra de quintis eſſentijs & arcanis meminimus, at viribus minoribus, ideo quòd iſtorũ conſeruatio & renouatio ſimul exiſtere minimè valeant, ſed hac via renouatio diſponitur in conſeruationem, ad hunc modum:

Recipe quintæ eſſentiæ chelidoniæ.
Meliſſæ ana ℥.ij.
Quintæ eſſentiæ auri,
Quintę eſſentiæ Mercurij ana ℥.i.ſs.
Quintæ eſſentiæ Croci.
Mirabolanorum omnium ana ℥.i.

Omnia permixta ſimul in digeſtione Solis clauſa cæco maneant alembico menſe bino. Poſtmodum adde.

Quintę

Quintæ eſſentiæ vini,& eius Magiſte-rij ana ℥. j. ſs. & iterum digerantur per menſem vt ſuprà:tandem in theſaurum ſeruato,nedum ad præſeruationem, ſed etiam ad reſtaurationem.

Quintum Elixir,dicitur Subtilitatis.

Modò permutationis vel ſubtilitatis Elixir ponēdum eſſe duximus, quod magnæ mũditię ſuę viribus cõſeruat, vt eſt oleũ philoſophorũ correctũ : hoc nihil putreſcere ſinit, quod eo fuerit inunctũ. Itidẽ oleũ efficit laterinũ correctũ,& pleraq; alia, quibus tamen proprietas non eſt vt à putrefactione pręſeruent, at hoc ipſum acquirunt,& in proprietatem aſſumunt ex pręparatione laboreq;:prout vinum aduſtum & correctum etiam putrefieri non permittit, neque digeſtum, igne minimè tamen immutatur hoc.

Aqua mellis præparatione ſui putrefactioni reſiſtit,quod ad ſenſibilia corpora pertinet,id eius cruda ſubſtantia non efficit, at putrefactioni ſubijcitur omni. Quare ſubtilitatis Elixir ponimus, quo quidem,(nõ aliàs quàm ipſe Mercurius, qui volatilis, exiſtit,aqua ſua figitur permanenſq; fit) corpus humanum etiam

Elixire fixatur in cõstantiam, & permanentiam. Quamquam hoc ipsum per alia plura quàm ponimus fieri potest, nihilominus ea solùm adducem⁹, quę per experiẽtiã nobis cognita sunt. Nec ea de causa volumus aliis quicquam detrahere, tantùm hoc dicimus, ad nostrã noticiam experiẽtiamq; nondũ peruenisse. Huius Elixiris hic esto processus:

Recipe Olei oliuarum,
Mellis,
Vini ardentis ana libram vnã. Destilla secundum Alchimisticum vsum omnia simul, & hoc ter. Postmodũ separa phlegma totũ ab oleis, quę coloribus destinguuntur multis. Hos colores omnes in pellicanum ponas, & eis addas essentiæ quintę Melissæ, Chelidoniæq; tertiam partẽ, digerantur vno mẽse: postea seruabis ad vsum. Sensibile corpus nullum ei resistere potest, nec insensibile, multas ob causas & proprietates, quas hoc loco minimè ponere volumus.

Sextum Elixir quod Proprietatis est.

Pariter ex rebus naturalibus elici potest Elixir perfectum vt ex Myrrha, Croco, & Aloepatico. Sed ex quibus viribus id pro-

Id proueniat, ponimus de generationibus eorum: processum hic tantum adferimus, origine relicta.

Recipe Myrrhæ,

Aleopatici,

Croci ana quartam vnam, quæ simul in pellicanum & in arenam posita mensibus duobus ascendant lenissimè. Separa tandem per alembicum oleum à fecibus, præter adustionē. Oleum hoc vnà cum circulato per mensem digeri permitte, pondere quidem æquali, pòst serua. In hoc virtutes omnes balsami naturalis existunt, & virtus conseruatiua sensuum ampliùs quàm assignare sit licitum, quia non vna tantùm ætas ab eo procedit, sed quatuor, septē, vel decem, &c. Vim & naturas eius exprimere vix possibile, sed quo ad nostrum igenium, satis est nobis interpretatum.

Finis octaui libri Archidoxorum.

ARCHIDOXORVM D. THEOPHRASTI PARAcelsi Liber Nonus.

De Extrinsecis.



Ostquam de morbis intrinsecis præcedentibus tractauimus libris, iam de his quę extrinsecùs emergunt est quod scribamus, ac ad eos ponamus remedia. Quamuis de morborum istorum origine cùm internorum tum externorum his libris nihil inseramus, origines medicamentorum eorũ nihilominus ponemus, & postmodum remediorum similium ad morbos externos compositiones. Nonnulla sunt ad vulnera tantùm: quo fit vt vulnus vigintiquatuor horis curari possit: quod sic intelligendum. Incussum vulnus alio non indiget, quàm vt iterum connectatur vel coniungatur eo modo quoquidem asseres duo colla cõnectuntur. Nullo modo vulnera patère sinas, & ea replere carnibus coneris: nam rusticorum potiùs quàm medicorum est.

Con-

Conſidera quum vulneris labia prout aſſeres colla cohærentes iuncta ſunt, medio plus ſanata forè: quod medicamẽto quodam fieri neceſſarium eſt, vtrumq; latus ita ſimul contrahente, vt meliùs aptiusûe fieri nequeat. Inde ſequitur, vbi labia ſeſe contingunt, naturam iuuãte medicamenti compreſſione, ſanationem complere, ſic vt nullum vulnus in quo fractum os nõ fuerit æquę prauum, quod nõ vigintiquatuor horis facilè ſanetur. Verùm oſſa non permittunt ſe prout carnes cõnecti, quare de illis hoc loco minimè loquimur. Exemplo ſic intelliges: quum aliquod membrũ ſauciatum fuerit, priuſquàm tamẽ venæ mortuæ ſint, at calẽtes adhuc atq; recentes, mox iſto medicamento humectatũ vulnus coniungatur, eius latera non aliàs connectuntur, quàm baculi duo colla conglutinati, ſananturque. Hoc operatur medicamentum, quod natura tã cito curet ob eiuſmodi cõpreſſionẽ, viq; ſanet, vt anteà diximus. Non ignorandum etiam ad vulnera medicamentum, incarnatiuum eſſe minimè debere, non mũdificatiuum nec attractiuum, quòd

iſta fluxus putridos omnes in multam ſaniem extrahant. Item ſulcus aut vulneris hac via patentior carnib. replēdus eſt, idque tardiſſimè fit, & per conſequēs valde periculosè, ac ſine magiſterio. Idipſum in vlceribus antiquis etiam intelligendum, quæ longo tempore fluxibus onuſta ſunt, quo fit vt non ſine multis accidentibus difficultateque maxima curari, quandoque nunquam poſſunt. Quapropter eorum maximè fore deberet medicamentum ex eis quæ diximus, quæque ſimiliter vi quadam cutem & amplitudines comprimunt.

Similiter conſiderandum in vlcerum curationibus carnis generationem eſſe neceſſariam, quòd iſtis fieri compreſſione queat, quàm de vulneribus diximus, tam in vlceribus, quàm in fiſtulis & ſimilibus: quæquidem omnia per vim eiuſmodi medicamentorū curanda veniūt. Quare curationum eiuſmodi fundamēta duo ponimus: vnum ad cutis apertionem, alterum ad carnis ſauciæ violatam connexionem.

Iam de cutis defectibus loquamur,

vt

t cicatrices, morphea, ſerpigines, pan-
ius, maculæ, nec non lepra ſunt, ac ſimi
es morbi prouenientes ex cute, quos ad
nunc modũ curari volumus. Primò qui
dē auelli cutē ordinamus, vt vitulo ſolet
aro nudari: poſtmodũ nouam indui cō
uenienti medicamento. Colligitur inde
medicamēto quodam auferri debere cu
tem, & nouam alio puram & immacula
tam colore quopiam generari, prout eo
quod ſequitur, vt carnis humorisq; non
multum attrahatur eò. Sic maculę quę-
uis, vt iam expoſuimus, auferuntur. Ea-
rũ originis ablationis hoc loco per nos
mentio nulla fit ab exordio, quòd alibi
tractata ſit, ac nobis ad hanc noſtram in
tētionem vel doctrinam vtilitatis nihil
adfert, neque damni. Sunt & alij morbi
veluti cācer, bubones & iſtiuſmodi, quæ
peculiare ſuum requirunt medicamen-
tum ad originis extractionem, & immũ-
ditiarum omnimodam expurgationē,
quæ ſpecifico perquàm optimè fiunt at
tractiuo: poſtmodum opus eſt conſoli-
datione, quam de Fiſtulis alijſque ſimi-
libus poſuimus.

Oſſium rupturæ tamen ac ſimilia, ſti-

ptico solùm attractiuo consolidari debent, quod hîc recensere nolumus, cùm alibi dictum sit. Similiter excrescentiæ multæ superfluę reperiuntur, prout strumæ, glandulæ, &c. quæ quidem euacuari primò debent, ac postea curari.

Chirurgiam igitur diuidemus in tres partes aut curas: vnam ad vulnera, aliã ad vlcera, tertiam ad maculas assignantes. Cancrum autem curabimus attractiuo specifico solùm, postmodum his quæ docebimus infrà medicamentis.

Remedium ad vulnera.

Si tale medicamẽtum haberi debeat, quod ex propria natura labia vulnerum aut latera connectat non aliàs quàm colla duos asseres: id per maximam siccitatem atque subtilitatem fieri necessum est, quæ solùm ad carnem inseruiant, vt sequitur.

Accipe Samech optimè combustum & in albedinem calcinatum, cui circulatum adde minus. Destilla postmodum, vt siccissimum caput maneat in fundo mortuum, vtque vitrum omnino candeat. Postea recens affundes iterum vt

prius

rius:tam diu feceris,donec circulatum b eo dulce prorſum recedat vt eſt in ſe pſo:tandem reſolui ſinas per ſeipſum. Quod reſolutum erit, hoc eſt remediũ n vulnus,quod balſamum ad vulnus in itulari poteſt,eſt vulgari noſtro ſermone Germanico, Baldt zuſammen, hoc eſt mox coniunctum, & non iuxta Latinorum idioma. Iſtius medicamenti virtutes hîc ſingulariter prædicare nolumus, at generaliter ad omnia vulnera, quorũ eo per ſolam ablutionem cẽtenaria multa curauimus, ſupraquam per naturam fieri credibile ſit.

Remedium ad vlcus.

Vlcera pariter comprimenda fore vi medicamenti ſimul cum virtute generatiuà nobis intelligendum eſt, & ſcripta veterum non imitandum, quæ malitioſa quidem ſunt & nequam. Hoc igitur conſiderandum videlicet: Intrare compelle,idque ad hunc modum.

R. Dicti prius ad vulnera balſami,nec non ex rubigine facti ſimiliter balſami, prout ex Samech ana libram vnam: ſimul his permixtis adde librã ſemis o-

lei ferrei. Mixta ſimul omnia ſuperponantur vlceribus, iſtaq; lauentur indies, vt expedire videbitur, & emplaſtrū conſolidatiuum apponatur, quod nos ad vlcera docemus. Balneationes itaq; proſequeris in finem vſque ſanationis. Animaduertendum etiam, ligamentis eſſe comprimēda membra in repreſſionem concurrētium, quod quidem aliis locis amplè ſatis docuimus. De vlceribus dictum ſit hactenus.

Remedium contra maculas.

Cutis auulſionem de corroſiuo ſpecifico ſatis explicuimus, & penes illud cauterium quod poſtmodum fiēdum, & in vſum aſſumendum eſt. Poſtquam ablata cutis & macula cum ea fuerit, eius cura talis eſt vt ſequitur.

R. ſuprà dictum balſamum ad vlcus. huic addes,

Terebinthinæ lotæ,

Lumbricorum ac ouorum oleorū partes æquales. His nudatam ſua cute carnem lauabis omnem. Poſt curā hanc nulla requiritur amplius. Eius namque medicamenti proprietas eſt, vt nouum cum cute noua colorem inducat, ac duritiem

itiem naturalem, ſic vt præcedentibus naculis contaminari latius nequeat.

Quanquã aquis multis eiuſmodi maculæ tolli queunt, vt florem fabarum, ſigilli Mariæ, ſimiliumq́ue, nec nõ ſtercoris humani: verùm hęc eſt opinio noſtra videlicet, vt quę ſimilibus omnibus minimè tolli poſſunt & reluctantur, iſtis auferantur quæ iam poſita ſunt.

Nec eſt quòd miretur quiſpiam, nos totius chirurgiæ tam pauca, tamq́ue breuia remedia ponere, cũ chirurgicas vias non imitemur, quas antiqui ſcripſerũt, & moderni iam vt illi ſuos in vſus aſſumpſerunt. Quandoquidem per eiuſmodi medicinam, & quum nos eam ſequeremur, fundati nihil neque certi reperiri potuit vnquam aut percipi. Verùm ſecundum experiẽtiam vſi noſtris fuimus remedijs, & hac via comperimus optima totius chirurgiæ medicamina, prout hoc loco tribus tantùm comprehendimus.

Et quamuis plures morbi reperiãtur quàm hîc meminimus, vt bullæ, alopecia, &c. ſub maculis nihilominus & cicatricibus concluduntur, & iuxta proceſ-

ſum eorum curari debēt, multis de cau-
ſis hîc non adductis, at apud noſtrum v-
ſum relictis: non tamē obliuiſcimur ea-
rum. Nam poſtquam viderimus vulnera
(quorum centena & millena multa prę
manibus habuimus) tam citò his reme-
dijs & admirandè plurimùm ſanata fuiſ-
ſe: cur igitur longos antiquorū proceſ-
ſus imitabimur inanes, obliti proximo-
rum noſtrorum? Quare mundificatiuis,
loturis, ſuturis, ligaturis, corroſiuis & ſi-
milibus vtemur, quę quidem omnia vul-
nerib. inimica ſunt, ac ea miſerrimè de-
prauant & perdunt? cauſas libro de vul-
nerib. amplè ſatis explicamus. Quid eſt
quòd emplaſtra diuerſa curemus, cero-
ta, vnguēta, & ſimilia, vel in vlcerum cu-
ram aſſumamus: item ligationes, vnctio-
nes, &c. quæ recenſere tædet, cùm proli-
xam, intricatam, & fatuam viam ingre-
di (cuius finis eſt multa per fatuitatē ac-
cidentia quærere, nec non inuenire) do-
ceant, ex eo quòd antiquis fidem per no-
ſtram ſuperſtitionem adhibuerimus? In
Chirurgia ſiquidem conſiderare, quid fi-
ſtula, cancer, quid vlcus, & ſimilia ſint: i-
tem vnicuiq; ſuū peculiare medicamen-
tum

tum assignare, vaniloquium & scripturę frustranea, quæ papyri iacturam cōpensare nunquā possunt, cùm vnico tantū omnia medicamento satis exactè curari sanariq; valeant, vt lepra exterior, alopecia, serpigo, macula, nec non alia similia, pustulæ, pruritus & cicatrices, quę per vnicum abundè satis medicamentū & vnica tantùm practica tolluntur: item ar tetica, iaculationum, telorum & globulorum, ac alia vulnera. His paucis chirurgiam nostram conclusam esse volumus, eique finem imposuisse.

Finis libri Noni Archidoxorum.

DECIMVS LIBER ARCHIDOXORVM D. THEOphrasti Paracelsi.

De vita longa.



CVM reperiantur Medicinæ quæ corpus humanū in alterā & plures ętates cōseruant acà morbis, corruptionib. superfluitatib. & aliĳs diminutionib. optimè

præſeruant, nec non vbi ſimiles infirmitates & corruptiones iam irrupiſſent, auferunt: ſummoperè cuiuis medico ſunt conſiderandæ, fundatiſſimeque perdiſcendæ. Multi ſiquidē & innumeri morbi prolixiſſimi, nec non accidentia plurima, per vitæ longæ conſeruationem auferuntur, & radicitùs extirpantur.

Quare cùm de præparatione ſcribere propoſuerimus ad vitam longam, duobus id modis facere nos intelligendum eſt: vno theoricè, practicè quidem altero: quibus vijs ambabus vitæ longæ ſubſtātia poteſt intelligi. Nec eſt quod quiſpiam vel medicus admiretur vitam prolōgari poſſe, duabus de cauſis: vna quòd nullus terminus pōſitus ſit nobis, vt aliquo determinato mori die nos oporteat, nec hoc ipſum in poteſtate noſtra ſit relictū: altera, quòd medicinā habeamus ab eo, qui nos creauit, ad conſeruādum corpus noſtrū in ſua ſanitate creatam, aut ab eo morbos expellendum. Vnde colligi poteſt, mortem nullum introducere morbū, aut huius cauſam eſſe: nec contrà morbum vllum efficere mortem. Et quamuis ambo ſimul forēt,
ſunt

ſunt nihilominus ſibi mutuò comparā-
da non magis neque minus quàm ignis
& aqua, cùm tam parum inter ſe prout
iſta conueniant. Naturalis enim ægritu
do mortem odit,ac omne corporis mē-
brum ipſam fugit. Diuerſum quid igitur
à morbo mors eſt. Quod ad hanc noſtrā
intentionem attinet,noſtris cum tantū
loqui volumus per experientiā, quibus
etiam rerum proprietates cognitę ſunt,
quæ maximis tantùm artibus, & vſu co-
tidiano reperiuntur ab eiſdem : at puta-
ticijs & præsūptuoſis occultæ ſunt proſ
ſus & incognitæ: quare noſtris dumta-
xat & non illis hæc ſcribimus. Certo cer
tiùs eſt reſtaurationem & renouatio-
nem fieri poſſe,quibus totum corpus in
melius tranſmutari poteſt. Similiter o-
culis manifeſtū eſt, omnia corpora me-
tallorū purgari, vt ab ęrugine tuta ſint:
item ligna corporaque mortua cadaue
rum balſamari , ſic vt non putreſcant
ampliùs.

Quapropter ſi talia dictis artibus fa-
ctu poſſibilia ſint, non eſt quòd ſcripta
noſtra cum ſuis exēplis,etſi breuiter po-
ſita, quiſquā abhorreat, aut ab eis ſe re,

trahat, vel fortè quia corpora metallorum & hominum inter se comparemus:non quòd putemus vnum & idem illa fore, sed longè diuersa: verùm in ambobus eandem esse conseruationis atq; præseruationis viam: quod etiam experientia videtur: nempe corpus mortuũ balsamo cõseruari, quanto magis viuũ?

Primò sciendũ igitur, conseruationes quoad hominem in tres ætates diuisas cõsiderari, videlicet in iuuentam primã, in mediam ætatem & in postremam: in quibus differentia facienda est, quoad illa quæ cuique magis conueniunt. Ex his namque debet intelligi, cur à iuuentute sit incipiendum, ab ætate media, vel à senectute, nullo tẽporis vel ætatis expectato quopiam termino determinato. Breuiter intelligendum est, vitam lõgam in tres partes esse diuisam, vt suprà de tribus ætatibus dictum. Vita iuuenis aliquando corrũpitur in ventre matris, nonnunquam in cunabulis, aut crescẽdum inter diuersimodè, vel per inordinatum cibum & potum, quibus natura sic deprauatur, viribusq́ue suis destituitur, vt verã hominis ætatẽ pertingere

re minimè valeat. In eiuſmodi iuuene corpore quũ à medico ſimile quid perceptum erit, eius ætas ſenectuti comparanda venit, quod æquè ac iſta ſit illa defectuoſà, naturaque diminutæ. Quũ igitur,(vti ſæpiùs euenire ſolet,) infantes in ventre matris viribus diminuti naſcuntur imbecilles, mox atque prodeunt in lucem conſeruatione ſunt imbuendi, matris ad vlcera perlita, prout in ſua practica dicitur latiùs. His æquè bene vires & ætas protrahi poſſunt, ac ſenibus, quibus ſimile quid ab infantia minimè contigit: Verùm iuxta vires, dierum terminus antiquorum eſt intelligendus,& ſui iuuenilis temporis ætatem, in qua nonnunquam ita corrumpuntur, vt ad ſenectutem peruenire nõ poſſint, niſi tempus hoc eis fortificetur.

Aetas media conſideratur, quum corpus creſcere deſiit vſq; ad canitiem: eo tempore ſi quid inciderit, quo debilitaretur aut corrumperetur hæc ętas, inordinato quopiam exercitio, crapula, vel ſimili petulanti corruptione, præter naturale damnum: cum ſimilibus inci-

piendum erit ante ſenectã. Quandoqui dem ſi tardiùs expectetur, iſtã vix attingere poterunt, quod ſerum ipſis auxiliũ ſit futurum.

Aetas poſtrema ſumit exordium à canitie, nec non durat in mortem vſque. Si hęc ætas in debilitate vel corruptione reperta ſit, cum eis vt ſuprà de alijs tempeſtiuè ſcilicet agẽdum erit: Verùm eorum vbi natura vireſq; ſanæ, fores & validæ fuerint, conſeruatione iuxta neceſſitatem vtendum erit. Eſt igitur vitæ repartitio triplex, vt meminimus, & in qua libet ætatum vſus conſeruationis incæperit, noua pariter ætas incipiet à iuuentute, ſingula tempora per ſuos terminos diſcurrendo.

Quamquam etiã noſtris cum loquimur, tamẽ inter cętera proferimus, Empiricis hoc argumentulum ab alijs obijci poſſe. Cùm nos eiuſmodi medium habeamus ad vitam longam attingẽdum, item ad morbos atque mortem pellendum: quînam fiat, vt tot principes moriantur ante maturum tempus, Imperatores, Reges, & alij multi potentes viri plures, quàm ad ordinariam hominum huius

huius ſæculi perueniant ætatem, vt à morte nondum matura non liberētur? Item cur infirmitatibus quàm ſanitate magis abundent, cùm hāc auro nec non argento nō exprimendis, atq; mortem accelerantem redimere vellēt? Idiotica nimis hæc obiectio necnō illiterata noſtros haudquaquā mouet, cùm eis optimè cauſæ notæ ſint cur id fiat, ac tam ignari prorſus argumenti ſolutio non lateat. Verùm vt illis ex æquo reſpondeamus, qui ſimilia quærunt: Nos temporibus noſtris minimè vidiſſe, nec antea præteritis hactenus legiſſe vel audiuiſſe, Principem aut Regem his remedijs, prę ter vnicum Hermetem Triſmegiſtum vſum eſſe, dicimus. Et quamuis alij plures extiterint, prout ſuprà de reſtauratione meminimus, terrenis tamen ignoti ſunt. Nec iſta volumus in argumenti ſolutionem eſſe, vel exiſtimare, ſed hoc videlicet, Imperatorum, & aliorum Principum Medicos, longè minùs intelligere Medicinam ipſis Ruſticis in agris degentibus: quo fit vt ſæpiùs ad mortem quàm ad vitā ſuos Princeps vel Heroes promoueant ac iuuēt. Cùm igitur ſimi-

lium vtantur consilio Medicorum, impossibile foret eos ad suam ætatem peruenire posse: hæc solutio concernit Medicorum ignorantiã, qui solũ nomen gerũt. Nec satis eorũ argumentum solutũ esse volumus, at etiã inordinatam vitam Principum adduxisse, qua sibimet eam partim abbreuiant: quãdoq; punitionis premio magis, quàm pietatis. Alij multi Principes reperiuntur, quibus hæc & similia minimè cognita sunt remedia.
Quare tribus istis occasionibus argumẽtum soluimus nobis obiectum.

His quæ proximè dicta sunt, iudicare volumus, nedum illam tripertitam ætatum diuisionem esse considerandam, verùm etiam aliud longè fortius quid ac maius, idq; duabus vijs: vna videlicet qua corpora sese morbis afficiunt per vitam inordinatam, vnde prodeunt Hydropisis, Icteritia, Podagra, Caducus, Pleuresis, & similes alij plures morbi, diuturni, vel acuti. Hæc non est ætatum repartitio, sed quisq; morbus qui peculiariter intelligendus est.

Altera via quidem à tempore necnõ accidentibus in vitam inordinatam incidunt

cidunt morbi, vt pestilentia, mania, similesque vitam pariter adimentes. His duabus vijs, per vitæ longæ processum præuenitur. Ad hæc intelligendum, qui morbi proueniunt ex natura, quique ex naturalibus extrinsecis, tũ qui suam originem præter naturam habent, vt ex incantationibus & superstitionibus, de quibus vltimis plura forent intelligenda. Nam vbi talis morbus accidere, ad punitionem quandoq; iudicandus, & ea de causa nõ curabilis: excipimus igitur, & nostros admonemus, vt à similibus abstineant: quod autem ex natura procedit, hoc ipsum iuxta naturam curare cõseruareque docemus.

Quamquam scimus & recordamur annulorum, imaginum & similiũ, quæ omnia præseruant à morte vitam: hoc loco non ponimus, at prçterimus, quòd Astronomiam concernant. Verùm aliàs loquimur de his, aliaq; via procedimus optimè notanda.

Morbi non prouenientes ex natura corporum, vel ex debilitate, sed aliunde, priùs tollendi sunt, ante conseruationis vsum: itẽ ægritudines occultæ pertrãsi-

uiſſe debent. Si morbi tamē vt Podagra fuerint, Chiragra, Caducus, &c. non ea ratione tollēda, ſed cōſeruationibus aſſumenda ſunt. Morborum itaque differentiæ tres habentur: longorum vna cō ditio eſt, vt febrium, Hypposarche, Ictæritie, nec non ſimilium: alia morborum egeſtorum, vt Peſtilentiæ, Pleureſis, Apoſtematum, &c. Tertia morborum diuturnorum, vt podagræ, caduci, ac ſimilium aliorum. Primos pertranſire neceſſum eſt: alios curari: tertios in conſeruationem ordinari, conſeruatiuis vt abſumātur.

Non prætereundi morbi qui proueniunt ex mentibus, & æſtimatione propria, ex imaginationibus alterius, ex incātatione, ex ſuperſtitione, & ſimilibus. Horum diuiſio talis intelligenda, quî ſe habeat in cōſeruatione, videlicet, vt qui procedunt ex mentalibus, mentali modo paritèr & forma ſimili tollantur: qui ſunt ex æſtimatione propria, per obiecta: qui ex imaginatione, per imaginationes: qui ex incantatione, per incantationes contrà directas: & qui ex ſuperſtitione, per ſuperſtitiones contra ſuperſtitiones

nes

nes curandi sanādiq; sunt. Et postquam à corporibus eiusmodi fuerint ęgritudines expulsæ, mox inde sequātur septem conseruationes: vna quidem ad naturales vires aut imbecillitates: alia contra morbos casuales vel accidentales, & similes ad arcendum eos in futuris: tertia contra mētales ægritudines: quarta contra incantationes: quinta contra imaginationes; sexta contra æstimationes: & septima contra superstitiones.

Nullam in his complexionū fieri mētionem haud miremini, cùm totius corporis ad vitam longam conseruatio nō consistat in eis, nec in suis proportionib. at in virtute naturæ solùm, ex qua reliquæ virtutes omnes oriuntur. Nam vnica virtus est, quæ resuscitat ac refocillat humores, quos quatuor fore dicunt, & quorum in medicina ratio nulla habenda est. Non melius comparari medicus potest, qui naturæ vires ex complexionibus medetur, quàm extinguenti flammam ignis, prunis ardentibus adhuc relictis. Magis enim consideratu dignū est, arboris ipsam radicē conseruare, quàm ramos, cùm ex illa vires proueniāt. Si ca

ſu tamen ramis quid eueniat (prout radici vitę poteſt ex complexionibus & humoribus) hoc ipſum eſt accidens, quod ſanitatē nullo modo præbet, ſed aufert: id arcendū eſſe diximus, vbi de trib. morborū generibus locuti ſumus, cū intentione reſuſcitandi refocillandiq́; vitam radici, necnon vnà ramis ex iſta ſuum alimentum ſumentibus, prout complexæ qualitates remedia ſua demonſtrant.

Si vitam breuem ad longam cōferre debeamus, ſcitu neceſſarium quid vita, & vbi ſit, quo minui vel augeri queat: itē eam eſſe rem quandam auditui ſimilem viſui, tactui, guſtui ac odoratui. Iuxta naturā impoſſibile ſcire nobis foret, quidnam illud ſit quod viſum efficiat, & quî, prout bene de corporalibus rebus ponimus, quæ per naturam & ex ea perſcrutari poſſunt vnde corpus habeant. Non ſic de vita, cùm ex ſemine naturali minimè naſcatur, ſed ex eo ſpiritualiter oritur, naturali tamen origine. Sicuti cùm ſilex ad calybem concutitur, ignis proſilit, cùm in eorum neutro ſit ignis, attamen inde oritur: igneæ naturæ non ſunt etiam, neque ex elementis, neq; ex complexio-

plexionibus. non ſunt etiam aduſtibilia corpora, ſed igni reſiſtunt magis quàm alij lapides aut vlla metalla, prout videtur de tranſmutationibus, vbi nullus ignis elicitur, nec haberi poteſt. Non aliter vita ſuam originem ſumit ex re quapiã, cui nulla tamen ineſt, vt ex ſemine, radice, ſpermate, ſimilibusq́;: tum vt ignea ſcintilla quædam ex ſilice per vim entis, non eſſe. Sic etiam ex ente homini vita prouenit.

Iam in cõſiderationẽ venit, vtrũ ea produci queat, emẽdari, vel fortificari cùm ſit incorporea, resq́ue volatilis, igni per quamſimilis, cui quantò plus ligni datur, tantò vehementius flagrat. Vita ſimiliter quò plus humoris vitæ habet, eò magis in vita vitę ſpiritus abũdat. Qua ratione quidẽ ignis à re quapiã in qua nullus ineſt proſiliat, ſcire nobis impoſſibile: quamuis multi putent, ex duritię, quę tamen ſit cauſa, quod illa de ſe præbeat id, quod in ea minimè continetur, hoc loco non declaratur, in quo de vita ſolùm agendum.

Cùm igitur vitã eſſe videamus, vt ardẽtẽ ignẽ atq; viuẽtẽ, hoc ipſo materialiter

nobis præfiguratur & oculariter, quid vita ſit ſub igne,& cognoſcimus ignem in ligno viuere,pariter in reſinis & oleaginoſis.Non aliter hominum̃ vita iuxta bonitatem aut malitiam eſt recens aut imbecillis: quicquid ignis ibidem vt in ligno boni maliúe ſit, ex natura poſſumus emendare, vel addere hoc in quo gauiſus erit aut refocillabitur, iuxtaque placitum noſtrum regere, forte fortiuſque dare,quum vnum defecerit,aliud in locum ſurrogare,non ſecus ac ignis qui recenti ligno renouatur, etſi ferè prius ad ſcintillas vſque fuerat extinctus,iterũ accenditur,ac magis ardet quàm anteà: per additiones idipſum augetur, vt per aliquod regiſtrum ex arbitrio noſtro.

Nec eſt quòd exiſtimemus nos oportere præciſo hoc vel illo die mori, pòſt vel antè,cùm à Chriſtiano ſit alienũ putare,non poſſe neq; debere nos vitã noſtram producere medicamentis, ad hoc nobis Deo creatis. Imo prorſus idololatricum,& idioticum eſt,nõ credere,hoc ipſum in poteſtate noſtra ſitum eſſe,pro ut ſuprà de igne locuti ſumus. At ſolùm defectus noſter eſt, quòd minimè ligna cogno-

cognoſcamus, per quæ vitã accẽdere no
ſtrã poſſemus. Non eſt cõtra naturã nos
viuere vſq; in mundi renouationẽ, at ſo
lùm vltra cõtraq; noſtrũ intellectũ. Pro
maiori parte priuamur ſapiẽtia, ſic vt iu
dicare nequeamus quid vtile nobis exi-
ſtat, præſertim cùm poteſtatem noſtrã
hac in re penitus ignoremus. Adã quem
inter mortales omnium ſapientiſſimũ
exiſtimamus, harum optimam rerũ no
ticiam habuit, quanquam ligno vitę po
ſtea priuatus eſt: non ad Theologiam,
ſed Medicinam id referri debet: eſt e-
nim lignum naturaliter, quamuis etiam
animæ lignum ſit.

Cùm itaq; de vita longa ſcribamus ac
doceamus hoc loco, latius eſt quòd ſcia
tur, etiã regna, regiones, ciuitates, & val-
les vnà longè feliciora fore, quod ad vi-
tam longã attinet, a lijs & vtiliora, pluſq;
producere gaudiorum, aeris, & humorũ
ipſi vitæ cæteris: penes quæ nonnullæ
cauſæ nobis ad hoc intelligendæ ſunt,
nempe terræ, elementorum, ventorum,
aſtrorum, &c. quorum omnium cuilibet
ex ſua natura poſſibile eſt longiorem vi-
tam efficere, quàm ſit communis homi-

num ætas. Ex terra namque naſcitur o-
mne quod corpus noſtrum alit & ſuſtẽ-
tat: item quod hoc deſtruit ac interimit.
Inde colligitur, malum nedum corpori
noſtro creatum eſſe, prout venenum &
opiata, verùm etiam quod ab iſtis maxi-
mè tuetur, vt aurum & meliſſa. Nec ſo-
lùm iudicandum, ad morbos creata fo-
re medicamenta, vt Tyrus contra vene-
num: aliàs concluderetur, in ſanis corpo
ribus nullam operationẽ habere. Scien-
dum igitur, ad corpus in ſanitate ſua cõ-
ſeruandum, æquè bene creuiſſe multa,
vt ad ſanitatem auferendum. Poſſumus
etiam cibis atque potibus cotidianis vt
labefactare vitam noſtram, augere pari-
ter, & ſanam cõſeruare ſecundum vſum
aut abuſum. Quo quidem vtimur ex ele
mentis, iuxta receptionem vtile nobis
aut nociuum eſt: nam omne quod in no
bis abſumit ignis adurendo, pariter ex-
tinguit ignis reſtituendo: quicquid vter
que nobis damni profert, aer ipſe cõpen
ſat, qui vitam nullo pacto recuſat, nec de
ſerit nos, at ipſi nos ipſum, ab eo rece-
dentes. Hac ratione quod nobis vnum
aufert elementum, aliud conſeruando
r eſti-

restituit:& per eiusmodi vicissitudinem temperantur,vt nobis nocere minimè, sed prodesse possint.

Et quamuis aer nos etiam interimere valeat infectione sui, quæ sibi nonnunquam incorporatur, id in eo cognoscere,tum ad bonum aliò nos conferre possumus:nam est particularis & vniuersalis,vno bonus,alio verò loco malus, prout etiam terra quędam altera melior existit. Cum aqua non secus agēdum, quæ nobis vt aer aliquando fugienda venit. item ignis: nam ex vno melior saniorq; ligno prosilit quàm ex alio. Sic etiam influentiæ,nec non astrorum superni cognosci debent, quæ potestatem habent vitam nostram diuersimodè corrūpendi,nobisque sanitatem adimendi. Similiter in his notandum, ea sanitatem adferre,vitamq; producere posse. Nam secta nulla,species aut genus nullū est æq; malum,quin bonū etiam existat:licet ea pro nostro torquere superareq; nō possim⁹ arbitrio,sic vt nobis Iouē appropriare valeamus, & reijcere Martē, aut aliàs nobis eligere stellas vtiles & cōmodas, prout in herbis, quas inter eligimus.

& abijcimus. Eiusmodi potestatem in superiora non habemus arcendi vel cōducendi: verùm id bene possumus, videlicet ex eorum inclinatiua virtute per medium aliquod efficere vt operentur, & postmodū in nos, vti per annulos planetarum, imagines & alia, quæ latius & clarius scribentes explicabimus. Vlterius etiam considerandū in prædictis ac similibus, vitam nostrā aliquando pendere, minui vel produci posse. Volumus amplius dicere, quid boni maliúe nobis ex eis euenire valeat, vt possimus Dei virtutes & creationē intelligere cognoscereque, non quòd eas funditùs perscrutarì præsumamus, aut ab origine satis contari, sed ab eis dispersè decidere.

Considerandum latius de vita longa qua forma vel essentia regna, medicinę, regiones, & superiora suas in nos operationes adimpleant, quo valeamus virtutibus quas in se continent potiri, vitāq; producere nostrā, ac intelligere quę sint virtutes eorum & quî prodesse nobis valeāt auxiliariq;. Virtus eorum nostrā longè superat, eo ꝙ subiecta minus existat virtute sēsibili, nos quoq; iuuet vt lignū quod

quod ardere non poteſt, quum oleitatis nihil ampliùs habet. Dictarum virtutes rerum noſtras longè ſuperãt in ſummis etiam virtutibus ad hunc modum. Earum eſſentia proprietaſq́ue, natura & qualitas incorruptibiles & permanẽtes exiſtunt, ſic vt non moriantur prout ſenſibilia corpora, vel vt homo qui vita priuatur & virtutibus omnibus, corpore facto cadauere. Sed herbæ ſimiliaq; non pereũt in eſſentia ſua: nam iſtarum ſubſtantia rerum & materiali corpore putreſcente, manet eſſentia quidem in terra non corrupta, rurſum in ſuum ſimile tranſiens vſq; in conſumptionẽ terræ remanentis: verùm quũ in vſum aſſumptę ſunt, earum eſſentia tranſit per putreſcentia corpora ſimiliter in terram. Virtus autem eſſentia, nec non proprietas humanæ haud in corpore manent, ſed à putredine recedunt.

Ex his colligitur nos herbarum eſſentiam & ſimilium in corpora noſtra concipere poſſe, quarum virtutibus augentur & nutriũtur: non quòd iſtarum proprietates recipiãt, vt ſi quis ellebori quintæ librã eſſentiæ ſumeret, corpus laxaret

eius vt herba hæc,quod minimè fit: aut ſi comederet aurum, propterea fieret aureum,haudquaquam:duæ namq; differentiæ ſunt ibidem, appropriata ſcilicet vna, & altera materialis in corpore, in quo virtutes eius omnes manent: hęc eſt eſſentia,nō proprietas,ſed eſſe quoddam ex quo naſcitur eſſentia multis cũ & varijs proprietatibus & approprietatibus naturalibus. Talis eſſentia poſtquam in corpore fuerit, permiſcetur humoribus ad ſpiritus vitæ ſuſtentationẽ. Eſt itaque hæc eſſentia humor in qua vita pura conſiſtit, & hac ratione duo concurrunt humores in vnum, & concordant in permixtione, ſic vt intrinſecum recipiat extrinſecum eſſe. hoc ſibi per incorporationem vnit inſeparabiliter vt vinum alteri vino commixtum. Notandum inſuper ex eo corporis prodire conſumptionem, quod humores humani ſemper mortales & conſumptibiles exiſtant: quo fit vt eſſentiæ maculentur & in poſterum debilitentur. Sunt igitur in hoc vno duo cõtraria, quorum vnũ corruptibile eſt, vt humor vitæ: reliquũ verò fixũ, vt eſſentiæ rerum ſunt,
humo-

humores atque liquores. Fixum hoc tã diu iuuat, donec absumatur, non aliter quàm Talcum, cui nocere nihil potest ignis, temporis nihilominus longo successu consumitur. Alia via de vita longa plurimùm cõquerimur, ac ad summum ea ratione, quia priuati sumus intellectu, sic vt ignoremus quid nobis assumendum sit, vbi debilitas fixam substantiam arripit, ac imbecilles simus leonis instar, qui nimia pugna fessus est, & ampliùs nihil potest: aut quum igni deficienti non habemus quod addamus lignũ. Quapropter ad perpetuũ est quòd conferamus nos, & hoc describamus in posterùm.

Haud nobis ignotum quasdam esse rationes in quibus rerum nullus est interitus, in alijs tardus, & ætates longissimæ sunt, ideo quòd concordantiæ producentes vel prolongantes humorem vitæ, sint in eiusdem locis abundantissimæ: quamquam percipimus adhuc nonnulla fore mortalia, sed longissimè viuentia, de quibus hoc loco scribere nolumus latiùs. Sciendum etiã immortalia quædam esse, iuxta quę

mortale quid ſit, nec nõ immortale cognoſcendum eſt. Item qui mũdi gradus exiſtant, magneque vires naturales eius, & quàm agregiè cõſoletur in eis homo vita longa. Duobus modis id intelligendum: nempe mortale hoc eſt, quod mundi conſumptionem expectare nõ poteſt: & immortale, quod cõſumptionẽ expectare poteſt, quamuis ipſa mortalias ſint mundus nihilominus permanſurus ad terminum exiſtit in ſua ſubſtantia: quod in ipſis tamen eſt ac naſcitur, vt mortale necnon immortale diuiditur iuxta naturalia loquendo. Non tamen ex æquali mũdo hoc prouenit, ſed ex regionum partitionibus, vt paradiſi, ſi & externi, in quo poſteriore hic viuimus gratia, ſpe, nec non exercitio prout poſſumus. At in paradiſo qui mundus alter exiſtit, nullus eſt interitus: nõ ex miraculo quopiam, ſed naturaliter, quòd eius natura hoc ipſum poſſit. Prout aurum noſtrum à lepra conſeruat & præſeruat, ſic paradiſus à morte, non per miracula: neque ſic intelligendum ac ſi mortuum corpus reſurgeret, quod miraculum foret, ſicuti de cœlo & mundo po-
nimus,

nimus. Hoc ſcitu maximè neceſſarium eſt: nempe quod in paradiſo naſcitur, æquè in ſua ſubſtantia immortale fore. In externi porrò habemus eſſentia nihil, præter eſſentiā fixā & corruptibile corpus, quæ quidem ambo cōſeruantur in paradiſo. De hoc tamen ſcribere multa, noſtrę non eſt experientiæ, magis quàm docet nos eſſentia terræ, quæ centrum præbet. Non eſt etiam de his diſputandum quæ in eo ſunt, cùm noſtram lōgè peregrinationē ſuperent, ac omne quod ordinē paradiſi cognoſcere vult in terris. At ſpirituali modo potiùs in ſomnio de hoc loquimur quàm vigilantes, ea ratione tantùm, vt hoc loco ſignificaremus, vitam eius eſſe perpetuam, vſque ad conſummationem, vel vltra fortaſſis, nobis id occultum eſt.

Quicquid igitur eſt ex paradiſo, immortalem nobis vitam efficere poteſt, niſi Nilus idipſum ablueret, eaque virtute nos priuaret. Sumus itaque materialibus & regione priuati ſuiſque rebus vi quadam: quare non eſt quod vlterius de his ſcribamus. De vita longa tamen quantùm in nobis erit inquirere

ſtudebimus ac docebimus in ſequentibus, illa relinquentes quæ habere non poſſumus, ac vniuſcuiuſq; rei prædeſtinationem conſiderantes potiùs.

Vt fundatiùs de vita lõga ſcribamus, ponderantes omne quod vitam lõgam in ſanitate cõſeruat, eamq́; tuetur, vtiq; ſciẽdũ quod antea docuimus, duas fore vias quibus vel adimitur ſanitas aut cõſeruatur, vtpote Mens & Ens: In his duobus totius vitæ noſtræ ſanitas cõſiſtit & omne quod exercemus. Ex mẽte, regunt ea quę ſua ſunt, & ex ea naſcũtur, vt incãtatio, imaginatio, æſtimationes & influẽtiæ, quæ quidẽ in hac operantur. Ex Ente naſcũtur cõplexiones, qualitates, mẽbra eſſentiæ. Sciendũ vlteriùs ac intelligendũ, incantationẽ, æſtimationẽ, & imaginationẽ in animo noſtro ſubmergi, quũ noſtrę cogitationes ita copioſæ forteſq́; ſunt, vt rationem & animũ ſuperent. Sic etiam ex potentiſſimis viribus imaginationis, ęſtimationis, & incãtationis ratio ſubmergitur, velut odor ex roſa: quo fit vt ſyncopem & amentiã in influẽtias introducat, ac in mente ſic regat, vt hanc ſuperet ac dominetur eius: non quod in

mente nata ſit, prout aliæ tres illæ præcedentes: at in ea tam potenter inclinat, vt illam in bonum aut malum vergere poſſit, prout Sol qui vitrum aliquod penetrans, id iuxta ſuam naturam tingit, quod illo continetur: non aliàs animus noſter tranſmutatur ſecundum naturalem vitam noſtram, inſtar à Sole glaciei liqueſcentis. Ex Ente verò quæ procedunt, corporales infirmitates nobis adferunt ex complexionibus & qualitatibus: quæ complexiones ab exordio naſcuntur ex ente, quod ab humoribus conſeruatur, vt de conſeruatione corporis.

Haudquaquā neceſſarium eſt eiuſmodi morbus conſiderare, neque mentis & entis origines, vel initia, ſeu eſſentias: nec etiā quid cholera ſit, phlegma, ſanguis, aut melancholia, ſed in genere tantùm procedere, prout infra demōſtrabitur. Priùs igitur practicā noſtrā aggrediemur ad naturalia, quod iſta mētalibus nihil conferant, nec è contrà: quare iam corporalibus in ſubſtantia mediū ſuum aſſignabim⁹ ac demōſtrabimus, tātiſper

de mentalibus tacentes, quo ad curam. Intelligendum igitur, ſubſtantiam corporeã in humore vitæ fore cõſeruandã; in quo vita eſt, & ex quo cæteræ complexiones reguntur, &c. Non ſunt cõplexiones aut qualitates renouandæ, neq; purgandę: hepatis vel ſplenis damna conſideranda: nã conſeruatio hæc omnia tollit, & extinguit vita quæque ſimilia, nec nõ omne quod in corpore ſuperfluum eſt, ac in æqualitatem redigit. Eiuſmodi conſeruatio ſic non operatur ex magno ſuo ſpecifico, ſed ex eſſentia ſua plurimùm incorruptibili.

Superiorum igitur obliuiſci tantiſper volumus, & practicam vnà cum ordine ſuo demonſtrare, cui ſuum primò regimen ſeruandum eſt, poſtea corporis diſpoſito conſideranda: tertiò medicina: iuxta hæc tria conſeruatio fienda. Regimen à quo ſumimus exordium quoad regiones minimè venit in vſum inter alia, cùm ex tribus iſtis minimę curę conſeruationis exiſtunt, at ſolùm ordo conueniens ac diſpoſitio medicinæ. Spem itaque noſtram in ea medicina quæ non ſolùm in iuuentute conſeruat, vti homi
nem

nem arripit, ſed etiam animalia bruta, poſitam habemus. Eiuſmodi magna quidem eſſentia, quæ rebus naturalibus, ineſt, tam excellenti virtute corpus accendit, vt fortitudo nulla, neque virilitas ei deficere queat: item morbus nullus incidere vel accidere, cùm nihil putrefieri ſinat ob iuuentutis conſeruationem, ex qua putrefactio nulla, morbusque nullus oritur. non permittit etiam excreſcere ſuperfluitates: quo fit, vt ex abundantia morbus aliquis procedere nō poſſit: corrūpi ſimiliter non ſinit, & ita nihil ex corruptione mali poteſt oriri. Corpus in ſumma tuetur ſic, vt affluentes morbi nequeūt in illud per imaginationem neque per impreſſionem intrare: ſimiliter ex tartaro prouenictes adhærere minimè poſſunt, & ſi quid adhæſerit anteà, prorſum auellit. Recepta quæ proponimus ad vitam longam, non eſt quòd ex communi ſenſu cupias intelligere, cùm nos intentionem illis tantùm noſtram patefacimus, qui bonam artis atque magnam cognitionem habent.

Iam practices artem & vſum, quantò breuius fieri poterit explicabimus, etſi

communioribus non intelligibiles: his enim solùm scribimus, qui magis quàm communi pollent ingenio.

Eius practica talis est, vt istius conseruationis drachma sumatur vna singulis mensibus semel in optimo vino, si natura non vsque adeo per senectutem debilitata sit: at in declinationem vbi venisset, singulis septimanis drachma sumatur vna: pariter si nonaginta vel centum anni pertingātur, singulis ternis diebus tantundem sumendum erit vt suprà. Summè notandum est, si quis viribus destitueretur virilibus, vt pondus iuxta necessitatem augeatur: nam vis naturę hominis in suo gradu virilis est, in vno magis quàm in alio potentior ad patiendū: quod in conseruationibus considerandum venit, ea de causa, quam in præcedentibus indicauimus. Aliquoties hominis propria natura tam imbecillis est, vt conseruari nequeat, velut in illis qui bonum à natiuitate fundamentum non habent, neque radicem: prout spongia non potest vt lignum ignem admittere: nec illi prout alij bene fundati conser-

uationem. Quare licet medicina perfecta sit, ob defectum compoſitionis & perfectionis in ſubiecto, quæ requiruntur ad naturam, operatio debilitatur.

De fœmineo ſexu pariter intelligendum, interea dum illis confortatiuum hoc adhibetur, menſtruum in alteram ætatem non deficere, nec frugalitatem ad concipiendum & pariendum, dum tamen ex ſua natura mulieres ad hoc aptæ ſint. Spiritus enim vitæ qui in ipſis eſt, expellit ab eis quod contrarium exiſtit, & conformat omnia prout oportet.

Simila de fœtu nondum nato iudicandum eſt, ſi naſcatur in ſimili conſeruatione, maximè ſanam acquirere complexionem contra morbos omnes, & in cõſeruationem longam.

Cùm igitur vita longa noſtra conſiſtat in tribus, vt in ſpiritu vitæ, qui nobis omnibus vitam conſeruat: in humoribus vitæ, qui renouant illum: vnde poſtmodum oriuntur aliæ complexiones & qualitates, non ſecus ac truncus & rami ex vna radice: receptum conſeruationis

in eo solùm fundamus, & hoc ipso conamur spiritum rationis per naturæ conseruationem ab accidētibus defendere, quæ possent ex cōplexionibus illis procedere, prout mœsticia vel nimia lęticia, prouenientes ex eis, quæ sunt ex humoribus, quos quatuor ponunt, vt complexiones & qualitates, &c. Item sciendum peculiarem his non adhiberi medicinā: quo fit vt etiam humores alij vitæ conseruati sint, quibus absque defectu quopiam existentibus, inde peruersi nihil oriri potest, vti complexiones. Hac ratione corpus bonum ac sanum redditur, & omne quod est in eo: quo fit etiā, vt spiritui rationis accidere mali nihil possit ex aggrauatione corporis, at in esse bono conseruatur & natura, sicuti de visu, auditu, gustu, &c. simpliciter intelligi potest, videlicet ad hunc modum in ęquali proportione conseruari. Processum igitur conseruationis, cuius antea meminimus, duab. vijs cōscribimus: vna de simplicibus: altera de arcanis. Quanquā simplicia minimè separata fore cupimus ab arcanis, at illa simul accipimus, cùm per se quidem eiusmodi simplicia virtutes

ac vires

ac vires habeant admirandas, vt quadraginta nonnulla conseruẽt annis, alia centum, quod ęquiparamus virtutibus arcanorum quoad conseruationem: essentiam eiusmodi simplicium tantam ætatem exhibentium arcano haud minorẽ existimamus, vt folia Dauræ, quę non ante centum & viginti annos mori sinunt eis vtentem, quorum virtutes de natura rerum ponimus, & hoc loco pro maiori parte reticemus ob hominum incredulitatem. Nõ secus flos sectæ Croę centum annos adfert vtentibus eo, minimã ætatem & maiorem. Horum longè plura sunt non minus existimanda, quę nõ ponimus hoc loco. Arcana verò maiores conseruandi vires habent, quàm simplicia quæ diximus, eo quod magis confortent ac nutriant radicales humores illis nempe simplicibus: non aliàs quàm caro & herbæ, quæ nutriunt hominem, at inæqualiter, cùm vnum plus viriũ habeat altero, sic vt natura magis gaudeat illo quàm isto, maiorique recipiat vtilitate. Receptum igitur conseruationis ad duas vel tres ætates in viris & mulierib. ponimus ad hunc modum qui sequitur.

℞. Foliorum sectarum ℥.i.
Foliorum Dauræ ℥.v.
Essentiarum auri,
Perlarum ana ℥.ss.
Croci,
Chelidoniæ,
Melissæ ana ʒ.v. Mixta simul omnia secundum artistę morem,& in composi tum vnum,organis vitreis ad vsum vt su prà seruabis.Hæc medicina sufficiens est etiam ad curam expulsionis morborum accidentalium,qui veniunt in futuris.

Iam de mentalibus est quòd loquamur,cuius causę peculiarem curam assi gnantes.Morbi siquidem ex mente,vel in mentem venientes rationibus diuersis, inter se differentibus accidere possunt & in æqualibus,vt meminimus anteà.Primò de mētalibus agemus,quibus morbos ex astris prouenientes concludemus. Et quamuis originem & naturam exactè superiorum cognoscere non possimus,cùm nobis inuisibilia sint oculis & suis mansionibus,& per consequēs virtutibus: nihilominus de his tantùm loquimur,quæ videmus per ipsa, nec nō suas operationes,quas nobis demōstrāt: & iuxta

& iuxta has practicã nostrã ponimus, dicentes: eorũ operationes in spiritu mentis fieri tantùm (vt meminimus aliàs) sic vt in eis mens nostra mergatur, &c.

Cœlestibus cursum impedire suũ nolumus neq; possumus, at illi resistendi potestatem habemus, non secus ac murus fortis bombardis atque tormentis, idque duobus modis: non aliter quàm Sol influentiam in lapidem imprimit, qui si iacuerit in aqua lapis ille, non poterit in eum Sol vires adimplere suas, & hac ratione lapis est præseruatus. Similiter in hominem influentia dupliciter intrare potest: vna per informationem impressa, quę non potest impediri, tum prout gramen in pratis absq; Sole superiorum vegetare crescereque minimè potest, cuius causam alio loco ponimus: pariter est vna quæ nos conseruat & sustentat influentia, tanquam nutrimentum corpus, non secus & constellationes. Altera quidem est accidentalis, quæ potest nocere nobis impediendo priorẽ, sic vt in nos exercere suas operationes haud valeat, vti de planetis & simi lib. videmus, cõtra quos præseruationes

& conſeruationes opponimus, vt effe-
ctus earum in nobis nihil poſſint. Eiuſ-
modi cõſeruationes fieri planetarũ an-
nulis & imaginibus ſecundũ influẽtias
conſtructis. Quod nos de Imaginationi
bus ponimus, notãdum eſt: ſic vt annuli
planetarum vires atq; naturam habeãt
nos ab accidentibus tuendi, quod ad vi-
tam longam attinet. Verùm non placẽt
varijs de cauſis. Hoc ſciẽdum, influentiã
ex mente nempe dirigendam in aliud:
prout ſi Mars perdere me diſpoſitus fo-
ret, inclinatioq́ue foret eius in mente
mea, qua poſſem in mentis ægritudi-
nem incidere: homunculum extruo
meum, vt illius operatio huius in imagi
nem tranſeat, quo liber euadam. Nam
in homunculo facilius eſt ſubiectum, in
quod planeta cum delectatione ſuam le
uius potentiam abſque reſiſtentia com
plere poteſt: quare ſe dirigit in facilius,
relicto difficiliore, cùm vna ſit materia
per apertionem, ad quam inclinatus eſt,
vt meam perdat naturam: ideo ſumit ex
ordium à faciliori, ſed in eo ſatiatur ac
manet. Quamuis cauſæ plures huius aſ-
ſignari queant, quas non adducimus, cũ
ad

ad conſeruationem in vitam lõgam ſint inutiles.

Hac via mentis igitur fit conſeruatio, videlicet vt ſuperiora torqueantur in minus, eoq́; reſiſtitur eis, vt animo liberemur à ſuperiorũ graui iugo, per quod ſæpiùs mors irrumpit.

Contra incantationes etiam aliquid ponere volumus, ne per eas vita longa nobis adimi queat. Eiuſmodi remediorum aliјs multis locis meminimus, non tamen quòd cõſeruationes exiſtant, ſed curę potiùs incantationum. Idem intelligimus quod ſuprà de mente ex aſtris peruerſis, ad eundem ſcilicet modum incantationes arcendas, vt influentias priùs in homunculos. Similis operatio fit per contrarium, quæ mentes noſtras, ac mẽbra mentalia, necnon entalia noſtra conſtringit, cuius fundamentum eſt in animo noſtro, prout de incãtationib. dicimus: in aliud ſubiectum etiã dirigenda eſt, & non in illud quod habemus de aſtris, ſed ad incantationẽ ſuam in hunc modũ. Homunculum ex cera iuxta meretricum vſum extruito, quem ſuo loco reponito: quicquid incantatiuè contra

te molitum erit, in hac imagine cõple-
tur. Nã ex tua mente progreditur, itẽ ex
incantatione ſuaq́; mente, ſic vt mẽtes
concurrãt, & ab vtraq; parte nihil in al-
terutram dãni fiat, aut operationis: vt in
hac forma declarauimus per imagines
incantationibus reſiſtendi præuenien-
diq́ue modum.

Non ſecus imaginatio per contra di
rectam imaginationem deſtruitur. Ac-
cidere poteſt, vt per alterius imaginatio
nem occidar: talis imaginatio quæ com
pleri debuiſſet in me, torqueri debet a-
liò, ne ſanitas & lõga vita mihi per eam
adimantur: quod hoc exemplo ſic decla
ramus. Si quis inimicitia maxima cõtra
me ſic foret affectus, vt ſummo deſide-
rio mortẽ aſſiduò meã optaret, nec eſſet
incantator, ſed inuidẽtiſſimus inimicus,
quod quidem ignotũ foret mihi, ac eius
cõtra me peſſimus animus occultus. E-
go verò cõtrà, pono meum animum in
ſuã requiem quàm maximè poſſum, hac
ratione vindictã quærẽs, vt nemini ſim
infenſus, nec alicui noceã: propter eiuſ-
modi pietatẽ, inuidia magna hæc adim-
pleri minimè poteſt, quæ contra me di-
rigitur.

rigitur. Eſt itaq; pietas contra prauas imaginationes maxima ſummaque conſeruatio, quæ fieri queat.

Aeſtimatio pariter operari poteſt, quę eſt in nobiſipſis, vt quū ęſtimarem quod mea ratio ferre nequit, mihi talis æſtimatio, rationis meæ ſubmerſio foret, ſic vt cū æſtimatione rationē amittere poſſim ex ordinata permixtione, prout etiā de æſtimatione diximus alibi. Contra ſimiles ęſtimationes optima conſeruatio eſt, rationi plura non imponere quàm ferre poſſit, qua via tales æſtimationes adimplētur. Aliā conſeruationem ponimus: vt quū de Deo ęſtimaremus, quod rationē ſuperaret noſtram, ad homūculum cōtra aſtra poſitū cofugiamus, qui eſt eiuſdē naturæ cuius & nos, & ita ſpeculatio noſtra ſuperflua trāſit in homūculū, quæ nos corrumpere poſſet. Nam ibidem nulla reſiſtētia fit, quin eiuſmodi ſpeculationes ſine damno compleantur, ex repartitione ſenſuum exiſtētium in me & in homunculo, cum differentia perfectionis & imperfectionis.

Per æſtimationes & imaginationes adimplentur multæ ſuperſtitiones, quæ

nō ſunt impreſſiones, non incātationes neq; ęſtimationes,at ſuperſtitiones, exē plo ſimili quidē intelligibiles. Hac ſuperſtitione me ponamus imbutū, vt quum ſuper tectū meum crocitare coruos audiā,indiciū fore mortis alicuius æſtimarem (ſimilia multa reperiūtur exēpla nō recitāda) ſuperſtitio hæc ægrotū reddere me poteſt,aut ægrum occidere, cuius cauſam ponimus de Superſtitionibus. Mea conſeruatio hæc eſt, nempe quòd eiuſmodi crociationem credā eſſe naturalem,& non iuxta ſtultā opinionem hominū & meam: hoc ipſo iam ſuperſtitio mea deſtruitur:nam in dubio poſita eſt quū ſtultitiæ meæ tribuo. Nihil enim ſuperſtitiones magis deſtruit; quàm conſiderare ſtultitiā eſſe: quo iam ablata eſt: nam conſenſus facit actū,qui tū hoc intellectu labefactatur,dum ego ſimplicitatem conſidero meam,& fatuitatē inanis eiuſmodi fidei. Nec ſolùm de coruis id euenire ſolet, verùm etiā de alĳs omnibus, hoc loco de vita longa recitatu minimè neceſſarĳs,nec vtilibus. De conſeruationibus ſatis hactenus dictum ſit.

Quamquam difficulter intelligimur,

hoc

hoc solùm illis accidit, qui nos iuxta naturam solùm percipiunt, vbi quidem piscãdũ nihil: nã qui nõ intellexerint nos, de vita longa, nolumus eos docere clariùs. His tamen qui fundamentũ habẽt, processus nostros scripsisse, necnõ abũde satis aperuisse nudeq; detexisse volumus. De cibi ac potus regimine si quid scribẽdũ est, hoc solùm ponemus, quod ad vitam longam facere scimus, reliquũ alijs & alio modo tractandum locis reseruãtes. Primò sciendũ vtiq; cibos iuxta processum alium præparatos, veluti cũ medicina, superfluitates humorum expellere, qui latent in corpore, necnon crescũt: isti per conseruationẽ cũ cibo & potu prorsum auferuntur. Postmodum scitu necessarium, internarum ægritudinum curas omniũ conuenientibus medicamentis accelerandas ac promouendas fore, vel quintis essentijs. De morborum originibus, & medicamentis hîc nihil ponimus, quòd in Physica multis locis extent: hoc solùm, ad vitam longam regiminis optimus ordo est, moderata dieta, quã nõ declaramus, cùm vnicuiq; medico satis nota sit. Vnicum hoc adde

mus, videlicet à ſua ſeparandos immunditia cibos, vti de ſeparationibus elemẽtorum docuimus. Separatorum eiuſmodi ciborũ vſus cum moderata dieta, vitæ lõgæ miram ſuſtentationem & conſeruationem exhibet, carnẽ atq; ſanguinem inſtaurat, vt morbus nullus per cibos externos corpori damnum adferre valeat: quod quidem alij cibi & potus minimè faciunt. Ciborum eiuſmodi ſeparationis vſum in fundamentum illis ponimus, qui vitam longam viuere cupiunt, multis de cauſis, hoc loco ſcriptu minimè neceſſarijs, prꝥterquam regimẽ eſſe quo ſanguinis & carnis complexiones aluntur. Conſeruatio tamen ad vitæ ſpiritum, & eius humorem pertinet. His regimini vitæ longꝥ feciſſe ſatis volumus

Separationes autem ciborum & potuum in Archidoxorum noſtrorũ tractatu ſcribimus de ſeparationibus elementorum, & puri ab impuro: ſimiliter de regimine ponimus ibidem, qui ſit ad vitam longã optimè commodiſſimeq; tenendum: hoc loco nõ repetimus, quod illo ſatis abundè ſcriptum ſit.

Qui

Qui tamen aer,& quæ terra necnō elementa meliora ſint ad hunc modū indicabimus,videlicet in ignis elemento, nullum aquaticū oriri poſſe morbū,nec è contrà: ſic de terra necnon aere fuerit intelligendum.Item quod in igne viuit, liberum eſt ab alijs infirmitatibus, prætérquam ignis.

Quapropter cōſideranda venit, & in vſum aſſumenda neceſſariò qualitas aliqua medijs elementorum, in qua vita longa ſit: quod quidem in labore Sophiæ tantùm conſiſtit,in quo fiunt operationes elemētorum cum virium ſuarum perfectione, ſic vt concluſus ignis homini morbos omnes adimere valeat, ac ab eo pellere necnō arcere. Laborem Sophiæ tamquam huius mundi Paradiſum alterum exiſtimamus, in quo morbus nullus pullurare poteſt,nec manere: nullū venenoſum animal habitare, nec intrare:neq; ſanitas vlla corrumpi. Hoc optaremus à Domino deo nobis concedi videlicet,vt liberè, contētuq; ſine, de labore Sophiæ liceret ſcribere (ſic vt idiotæ nō vilipenderent & intelligerent ea ſolùm quæ nos docuit experientia.

Verùm propter istos nobis tacēdum est cum patientia de miraculis, & magnalibus sophiæ laboris, in quo terra sancta quintum esse reseruatur. Cùm igitur ea tacere nos oporteat, in animo nostro scribere dumtaxat volumus, vt in perpetuum nobiscū sepulta maneant absq; termino vitæ. De vita longa dictum sit hactenus, vtpote nostris ac illis, qui fœlici necnon subtili sunt ingenio præditi.

Finis Archidoxorum D. Theophrasti Paracelsi Magni.

Sequuntur Libri V. de Vita longa ad Archidoxa non pertinentes: sed propter argumenti similitudinem & affinitatem additi.

THEOPHRASTI EX HOHENHEIM VTRIVSQVE Medicinæ Doctoris, de Vita longa, Liber primus.

CAPVT I.



I DE VITA LONGA Theophrastum philosophari fas est, Necessarium primò, scituq; dignum, quid vita sit, existimo, maximè verò immortalis: quem locum Prisci prorsus integrum reliquerunt, credo, incognitum, aut non satis intellectum. Hinc est cur alteri solùm, mortali scilicet, consultum voluerint hactenus. Verùm vt tandem quid vita sit, definiam: Nihil, mehercle, vita est aliud, nisi Mummia quædam Balsamita, conseruans mortale corpus à mortalibus vermibus & æsphara, cum impressa liquoris salium commistura. Præterea vita nostra, vita nempe longa est, quam nec spiritus, nec lu-

men naturæ breuem esse aiunt. Ignorantium verò breuis, cum arte longa. Breuius arte quid? Vita verò quid longius, inter mortales saltem non superstitiosos? Porrò diutius, sanius, viuaciusque quid Balsamo? Velocius, debilius, mortalius corpore phsiysico quid? Temperamentum quippe est breue à longo, & à breui rursus longum. Cur longa igitur vita & cur breuis? Veruntamen ea vita quæ supercœlestis physica, apud nos canones non habet, nostræ authoritatis pompa, mortale solùm corpus indicat, ac regulatur (vt sic dixerim) ab arte in tertiũ vsque terminum, imò quartum etiã & quintum. Hæc de viuo. Quid inde de morte? Mors nanq; quid est? Nihil certè aliud, quã Balsami dominium, Mummiæ interitus, salium vltima materia. Quib. ex immortalibus separatis à mortalibus, mortalium membrorum transiturum inducit regressum. Hæc itaq; est vita longa ab exordio dicta. Hæc etiam est vita breuis, de morte videlicet dicta. Mors apud nos mors est, non vita. Longior verò hac morte ars. Hæ res vitæ dissolutiones, digestæ quoque separationes

nes puri, longæ & ſanæ, cùm mortalis, tum immortalis, quam dies natalis coniungit ac copulat, idq́ue ab vtriſque corporibus. Nam omnis coniunctio rerum mortalium, maximè diuerſarum, adfert ſecum diſſolutionem. Quemadmodum omnem coniunctionem rerum naturalium, & earum quæ præter naturã ſunt, ſequitur diſſolutio. Sic vitæ quæ coniũcta eſt, comes eſt diſſolutio. Mortis enim cauſa bellum empiricum eſt, non aliud ferè, niſi duellum quoddam, ductum à mortalibus & immortalibus. Atque hoc eſt planè quod dicitur, Pugnat quiſque pro patria. Morbus verò quaſi iaculum, & Anthos belli lorica, præter lites in his, quid aliud? Hinc eſt huius mali fons & origo, generatio morbi, quam continuò inſequitur mors. Ex quibus facilè colligere licet, quid vita ſit tũ mortalis, tum immortalis. Qua ratione vtraque cõſeruari debeat, id quod infrà etiam in fine phyſici corporis latius patebit.

CAP. II.

SVpradicta omnia vt clarius innotescant, principio de Physico corpore dicendum esse existimo. Omnium quippe quæ tractantur per nostra argumenta sustentatio physici corporis causa est. Atqui generalis quidem praxis in physico corpore in hunc fieri modum oportet. Principiò considerantur partes eius, & hæ ex locali anatomia per locum totius physici corporis cum intellectu medullarum, conditionum, vsus ligamentorum, formarum ossium & cartilaginis, neruorum, carnis proprietatum, septemque principalium mẽbrorum virtutum, idque vniuersum, vt quid acturus sis in physico, teipsum intelligas ad hanc regulam. Principiò oportet probè cognitam habeamus vniuersam rationem atque naturam, cùm physici corporis, tum physicę vitæ. Corpus siquidem vitaq; physici mortales. Ex mortali verò nihil potest elici, quod pariat vitã longam, sed ea quæ possunt haberi ex his, sanum reddunt corpus, & sic neque corpus, neque vita mortalis,

in

in hac noſtra monarchia debent conſiderari pro ſententia Arcani, vel Elixu. Extra nanq; corpus eſt vita longa, & à corpore conſeruatur, corpusq́; inferius ab ea. Præterea interueniente corpore, exoritur diſſolutio vitæ vtriuſque. Vbicunque enim mortalitas nõ eſt coniuncta immortalitati, illic diſſolutio eſſe nequit. Hoc loco plurimum laborauit emperica muſa, & ſophiſtæ Medici, ſpagyrorumq́ue, qua ſcilicet ratione corpus tanquam balſamum conſeruarent, ne cauſarentur mortẽ, cùm balſamũ ſit vitæ Mummia, nõ corporis, haud memores interim in vita mortem non eſſe. Nihil enim aliud vitæ mors eſt, niſi diſſolutio quædam ab immortali, quę vbi accidit, tum demũ moritur corpus. Atqui huc omnia ſua excerpta retulit Hippocrates, corpuſculumq́; illud præ manibus ſumere, tanquam ſubiectum longæ vitæ, & mortale mortali conſeruare decreuit: cum in eo nulla vnquam fuerit vita, quæ ex illius fonte manarit. Corpus enim creatura eſt, at non vita, nihilque minus mortis filia. Igitur ex Archaea deſcendit, quæ eſt immortalis. Non

prorſus referenda eſt, inquies, Hippocratica muſa, ad mortalitatem. Eſto, at multò faciliorem viam ad ſanitatem inuenias, quandoquidem è ſuperis deſcẽdit magnale iſtud. Nihil enim præter ea, quę creaturæ ſunt, Hippocrati tribuit Deus, imò nec ei ea plenè, quæ creaturæ ſunt, inſignia myſteria dedit: ſed ad rem. Huic corpori Deus adiunxit aliud quoddam, puta cœleſte, id quod in corpore vitæ exiſtit: de quo Theophraſtus ego: Hoc opus hic labor eſt, ne in diſſolutionem quæ mortalium eſt, & huic ſoli adiuncta, erumpat. Et ſi in corpore iſto caduco accidere poteſt diſſolutio, atque adeo colligi ex ea amiſſio cœlici corporis, tamen vitæ longæ obeſſe nequit, propter reſtaurationem, quæ ſubinde fieri debet, vt prorſus omni defectu careat corpus. Sicut enim ignis tantiſper, dum ligna adſunt, viuit, ſic vita longa dum adeſt corpus ex archa, quòd corpus vt corpus cõſeruandum eſt, interueniente corpore, quod extrinſecùs conualeſcit. Inde enim conſeruari poteſt. Nihil enim aliud eſt corpus, niſi ſubiectum, in quo longa vita corporis æterni gliſcit.

CAP.

CAP. III.

HActenus de physico corpore: nunc qua ratione materiam huius ab omni corruptione conseruari oporteat dicendum. Principio, quicquid in se ipso corpus corrumpit, idē alieno corpore est recuperandum, ita, vt monarchia Spagyrorum non admittat peruulgarem balsami naturam, qua corpus conseruare laborat. Sicut enim fieri nequit quin lignū absumatur igni, ita fieri non potest quin corpus aliquando corrumpatur vita. Quare minus admittendi sunt essentialium rerum periti, qui longam vitam balsamo cōparari autumāt. Cùm potius hæc sit natura balsami, vt corpus à corruptione eiusdem conseruet, ne in corpore vacuum insit. Nam omne vacuum eius loci morbus est, siue ægritudo in corpore, & quasi atrophia quædem vitæ longæ. In perfecto enim corpore locum habet vita longa: In imperfecto in continuum defectum ad mortem vsq; dissoluitur. Scimus enim physicū corpus sustentari posse à morte, & illud ipsum ex vi suæ mummiæ in-

natæ. Hæc ad vitam ſanam, non longam, qui terminus pro phyſico eſt corpore: Operæpretium autem eſt antequam vitam longam declaremus, ſanam vitam exhibeamus ac præſtemus. Sunt autem illa quæ à morbis defendunt. Vt in Perſico igne perit membrum non citra diſpendiũ vitæ, quandoquidem iſte morbus membri eſt mors, deinceps cauſa vitæ cordis, & hoc ab accidente, poteſt tamen & per phyſicum balſamum tolli. In mola & hernia eleuatur vita longa tantiſper dum deſinit idem humor. Similiter in carbũculo, & ſapphiro plus æquo gliſcit. Obſeruandum igitur corruptionem à corpore auferendam, & quod in vita longa exarſit, in refrigeriũ denuò redigendum. Quare hoc loco ſpecifica naturæ, quæ in hoc ſunt ador nata, corpus vndecunque morbo confectum, muniant neceſſe eſt, id quod medicorum eſſe dicit. In vita autem lon da nihil eiuſmodi requiritur. Leonina enim ad vitam longam, ex æquo cũ eo, qui à morbis alienus eſt, poteſt reduci. Similiter Lithyaſis & Tympanites: ſed hæc de vita longa. Nunc ad breuem vi-

tam-

tam, teſtalem ſcilicet. Quicquid in Hypoſarcha ſuſtinet corpus interueniente percipiolo adminiſtrandum. Ruſtenna ænea in epilepſia. Perla grandis in gutta. Sardiniana in matrice, & in id genus aliis. Theſrana in Thyra, Thutia in ophthalmia, Perſtitella in Eriſipyla externa, Hypericon in aliis offenſionibus. Hæc atq; alia, quamuis probè confecta & abſoluta, nihil tamen prorſus ad longam vitam faciunt, ſed in hoc ſolùm adhibentur, vt conualeat corpus. Parui enim refert, quo ad longam vitam attinet, conſulatur febribus necne, Ephimeræ, Cauſoni, Phthiſi, Ecthicæ, & id genus aliis. Tantiſper enim dum ſpiritus naturæ manet, corpus cœleſte ſeruat, manetque vita longa vnà cum cruciatu morborum. Hîc non præſto eſt mors. Quatenus enim corpus in tutelam medico committitur, mors eſt, at non cœleſte corpus. Ex corpore autē diffluit venenum in vitā quam adeò accendit, vt prorſus in [a] ęſtpharā erūpat, quandoquidē à corroſiuis mors ducit originē, & arſenicale in vniuerſū quoddam realgar eſt, ideò nec deſinit à na-

tura veneni,quousq; satisfaciat suæ naturæ,donec & reddat consumptum corpus,idq; tandiu,vsq; in æscpharam incineratum conuertat,nec post finem cessabit à sua malitia in ea. Quare duplex praxis aggrediunda est. Hæc, vt vitam conserues, alia vt reprimas corpus, ac places,& idipsum in dies propter corruptionem,quæ quotidie accidit.

a Mors originem ducit à corrodentibus.
b Duplex praxis medicinæ.

CAP. IIII.

CVm pro natura creationis corpus & eius physica vita tanquam vna pars in compositionem formæ transit, & quia physicum corpus dimidium est, cũ cœleste totũ:plus igitur medico cõsiderandũ,vnde & ex quibus maior homo conseruandus sit. In maiore siquidem vita consistit vita longa: At in minore,mortalitatis subiectum, & hoc inseritur iuxta prædestinationẽ, cum corpus, tum vita cœlestis physico corpori, quæ velut indiuiduus comes sequitur hanc coniunctionem. Ex qua quidem

de prædestinatione sciendũ, quòd quæ innumera sunt, aliud coniunctio, aliud oportet rerum esse, aliud vita, aliud mors, omnia tamen illa absq; prædestinato termino, vel pũcto deputato, quãdoquidem sub manu hunc priuilegiata tenere cõditor decreuit, vt statutum apud se habeat, possitq; absq; reuocato iudicio liberè, quod vult, quodq; visum est, disponere. Porro redacta cõiunctione alia harum duarum formarum, naturalis videlicet, & eius quæ præter naturam est, in formam naturę, idq; omnino in cella matricis elicitur, genitores duos filium vnum, genitrices etiam duas, filiam, has quatuor personas gignere. Parit hoc semen cœleste cum mortali id animal, quod genitum apparet, elementale semen & supercœleste simul. Nam hoc loco verè operatur corporale semen, id quod in præseruatione ductus naturalis conseruari oportet. Ea autem quæ præter naturam est forma, in primis considerari debet, ita vt per illã etiã quæ præter naturam sunt, seruẽtur. Sic duplicium bonorum hæres inscribitur puer, naturæ & essentiæ, quæ à natura

existit, iuxta prȩscriptum creationis quȩ simul oboritur, idq; ab eo qui prȩter naturam est, parente, qui corpus regit ac gubernat. Ex duobus quippe his parentibus superius sequitur matrimonij cõiunctio diuinitùs. Nam Adamus neque ex creatione est aliquid adsequutus, neque ascendentibus signis, neque aliјs rebus obnoxius factus: nihil igitur ex astris quatuor cum homine participes. Indiuisa sunt enim astra & homuncula, sed ex eo, quod præter naturã est, vitam longam accepit. Verùm vt habeat medicus quod vsurpet, neq; passim sequatur imperitorum nugamenta, qui frigidissimè hac de re scripserunt, principiò admonendus medicus, vt plus ad ea quæ præter naturam sunt, quàm ad ea quȩ secundum naturam fiunt, animum adiungat: Deinde vt prædestinationem pulchrè calleat. Ex hac enim tanquam ex fonte potius scaturit ea monarchia, quæ prȩter naturã est, quàm specificũ & qualificatum. Atque hinc est peruulgatus ille error, quo non pauci inducti, sic statuunt consulere corpori, vt multò plura corpori, quã quȩ corporis sunt tribuant

tribuant. Hæc vt clarius innotescant, similitudinem hanc cape. Videmus in eo quem somnus oppressit, vitam naturæ dũtaxat inesse, fatumq; spirituum cum eo colludere vnà. Vbicunq; igitur præsens vita existit, non plenè, atq; adeò citra vim existit. Ea quamuis mortua sit, quia non operatur, tamen corpori insita est. Item in eo qui iugulũ gladio præbet, ictus vitam longam aufert. Quicquid porro in corpore subsultat viuum adhuc, ingenita vita naturæ est. Hæc prorsus non est obseruanda, sed ea qua corpus reuiuiscit. Preterea vita longa tã quam homo existit nobis, vt ignis ligno insitus, quo redintegrascit homo.

CAP. V.

SEd vt magis dilucidè appareant ea quæ de parente diximus, qui præter naturam est, & naturali iuxta præfinitum insitus. Quæ causa est duplicis vitæ, ac corporis, naturalis, & eius, qui præter naturam est, parentis. Ex quibus facilè liquet hominem duplici semine nasci. De his omnibus sic breuiter habeto. Iam inde ab Adamo immutata est

complexio vnà cum natura generationum in carne, propter importunas & intempestiuas operationes personarũ in earum natura cõtraria. Palàm enim est. neq; melancholiam principiò nobis ingenitam, neq; sanguineum, neq; cholericum, neque phlegmaticum fuisse. Ex melancholia enim & cholera, similiter ex aliĳs, nulla vnquam orta est plena cõplexio. Nam semine cõtrario semel confuso periĳt vnà natiua complexio: adeo vt nemo cholericus plenè ac perfectè dici possit. Quòd si sola & in gradu suo permansisset, porrò etiã apud nos præcelleret cholera. Quare medicus prorsus de quatuor complexionibus nihil sentire debet. In Adam enim non fuerunt, multò autem minus in eius prole, & nec simul consistere possunt ista quatuor inter se diuersa. Præterea sicut interueniente partu intempestiuo singulæ complexiones corrũpuntur, & id ipsum non sine iactura liberorum (quid enim est cõplexio? parentis natura est, idq; sine calido vel frigido, nigro, vel albo) sic etiam in eo, quod præter naturam est, corpore, semen quoddã hæreditarium

ditarium exiſtit. Et ſi duo eiuſdem com plexionis homines copulantur, tamen ſupernaturale ſemẽ, ſub quo cũ ſapientia, tum vita deliteſcit, nunquã verè con iungitur. Duplex ergo eſt matrimoniũ, aliud quod humana ratio perſuaſit, aliud quod Deus coniunxit. Illud propriè matrimoniũ non eſt, niſi quatenus oculi & captus naturæ ſinunt In illo, quãuis vndecũq; diſpiciat homo, quod ſibi ac pueris prætexat, ſpiritũ Dei qui eos copularit, requirat, honeſtum prætendat, nihil tamen niſi hypocriſis eſt. Argumento eſt ſubinde noua mutatio locorum. Hoc autem quod Deus coniunxit, proprie matrimonium exiſtit, & ad vitam longam refertur, propter diuortiũ, quod hoc loco accidere nequit, id quod nemo niſi interuenientibus liberis, intelligit. Propterea multi, vel in vtero matris ſunt ſanctificati. Hi ſunt, quos Deus copulauit, vt eam quæ fuit Vriæ, & Dauid, quamuis ex diametro, (ſic enim ſibi humana mens perſuadebat) cum iuſto & legitimo matrimonio pugnaret hoc. Quia tamen vterq; præter id, quod naturæ erat, quaſi hçredita-

rio vitam longam adeptus est, propter Salomonem, qui aliunde nasci non potuit, nisi ex Bethsabea, coniuncto Dauid semine, quamuis meretrice, coniunxit Deus. Adeo quicquid est pręter naturam, velut naturæ thesaurus est Deo commissus, id quod apud Spagyricæ artis peritos palàm est, vitæq; longæ mirũ in modum consentaneum. Hęc præscribuntur in hoc, vt quæ præter naturam sunt, physico plenè appareant.

CAP. VI.

Diuisa igitur duplici praxi, alia in physicam, alia in longam vitã, quatenus vtriusq; inciderit vsus ex fine indicabit physicus. De hac autem vita, quæ præter naturam est, qua de in præsentia loquimur, videndum num fieri possit, vt aliqua ratione adsequamur illam in physica vita, quando extra vires, quę secundum naturam sunt, existit, & sub illa longæ vitæ arcana delitescunt. Nam hoc loco palàm fiunt impressiones, quę præter naturam sunt, vt vt scilicet in supernaturalem vitam simul concurrunt, vt vt etiam firmamentũ in corpus

quod

quod ſecundum naturam eſt, cõcurrit. Et ſi impreſſiones ſupernaturales appa reant, tamen obſcura eſt illarum cogni tio. Hinc eſt cur impreſſiones ab alijs dici cœperunt, ab alijs incantationes, ab alijs ſuperſtitiones, ab alijs aliter iuxta præſcriptum magicæ artis. Nam ex his fluit ea, quæ Græcis magyria eſt, ea præter impreſſiones, quas incantationes & ſuperſtitiones appellant, aliud nihil tractat, & idipſum in corpus ſupernaturale. Quare operæprecium eſt de corpore ſupernaturali in impreſſionibus ſuis loqui. Cùm totã magiã ab Aſtronomis etiam in alienum vſum torqueri videãt, & perperã ab omnibus applicari ſuperſtitiones, & pharmaceutriam quandam. Quemadmodum necromantiam & nigromantiam, huc omnino retulerũt, vt vtraque idololatria quædam eſſe creda tur. Quæ, niſi interueniat influentia, prorſus ſileſcunt. Quãuis enim quaqua verſum reſpondeant, at loquantur manes, tamen non niſi ea quæ præter naturam eſt influentia interueniat, accidit: id quod perperã impoſtura Satanæ creditur: quia impoſſibile hoc ſit homini

cũ facilè assequi liceat. vt in exorcismis phantasticorum spirituũ fieri videmus. Nam tota Cabalistica magia hoc in se claudit, vt palàm faciat corpus, quod secundum naturam est, à corpore quod præter naturam existit, & nobis velut imago insitum, sustineri & administrari, vt diuerso & longè dissitos sensus, puta Orientalem & Occidentalem æquales, cognitionesq; incognitas, cognitas absens reddat. Quanquam difficile admodum sit cognitu his, qui huius artis Cabalisticæ prorsus rudes ac imperiti sunt. Cùm ab his etiam, qui hanc artẽ apud omnes iactauerunt, lõgè erratum sit, id quod translatio eorũ ex Hebræo & Spagyrorum canones indicant. Quare de praxi longæ vitæ concludimus in hunc modum. Ex influentia supernaturali non modò incantationes, verùm etiam imagines, & gamohæas fluxisse. Hanc quidem philosophastri in astra firmamenti retulerunt, & ex carbonibus cœli Martem & Iouem finxerunt, qui corpus illud quod præter naturam est, regerent & administrarent: cùm tamen nõ sit ijs porrò, nisi in res mortales

quæ

quæ prorſus nihil ad longam vitam faciunt. Quare ex ſupernaturalibus corporibus, non naturalibus, eliciēda ſunt, quibus ad longam vitam vtaris. Tota enim vis illa ſupernaturalis magica eſt, & omnis magus influentia quæ præter naturam eſt, vnà cum corpore ſub quo vita deliteſcit, deprehendit. Corpus, inquam, quod in ſe gerit homo, inuiſibile homini, quemadmodum de generatione habetur, &c.

CAP. VII.

VT autem exactè intelligas ex quibus rationibus incantationes, ſiue manes ſuperſtitionum cōſideratæ ſint, & quo pacto hactenus in abuſum venerint, vt nec manes dici, nec ſuperſtitiones debeant: hæc eſt ratio, quia à protoplaſto primum ducit exordium, qui corpus ſupercœleſte & mortale, ſimul in vitam ſuam longam coniunxit: reliqui verò, qui memorãtur, item: id quod ab alijs deinceps aliquatenus ſubintellectum eſt, iuxta veram tamen rei naturam nondum ſatis, vt oportebat, cognitum. Eandem enim quoq; artem aggreſ

ſi ſunt,ſed quia lõgè lateq; errabant, ſiniſtro ſanè auſpicio,hac eis via penitus non ſucceſſit. Vniuerſa nanque phantaſia & imaginatio,principale eſt ac pręcipuũ in corporibus ſupercœleſtibus. Quemadmodum ſe corpus mortale in ſua conſeruat ſubſtantia, ſic ſupernum illud,in imaginatiua. Nam quicquid ad phantaſiã attinet, ex eo dũtaxat eſt corpore,quin & corpus ipſum eſt. Vbi ſciendum, quòd quicunque eiuſcemodi corpus ſupercœleſte aliquò coacturus eſt,probè cognitum habeat oportet, vt imaginationi quidem reſiſtat. Quanto enim frequentior eſt ei corpori cũ mortalibus cõſuetudo, tantò vertiginoſius (vt ſic dixerim) perniciusq́; ea corpus comitantur. Hoc ſuperarunt planè protoplaſti illi. Cæterùm poſteri illorum, cùm eius nullam habuerint ſolidam ac perfectam cognitionem, ſemetipſos infatuarunt & ſeduxerũt, proq́; deliris ac ſtultis,neq; id immeritò, ſunt æſtimati. Præterea etiam corpus illud ſupercœleſte,aſtris quodammodo ex igne non vſquequaq; diſſimile eſt:ex quibus equidem inuiſibilibus,nebula exurgit viſibilis

is. Sic etiam proprietas ac natura cor-
porum est supercœlestium, vt ex nihilo
planè imaginationem constituant cor-
poralem, quod corpus esse solidum exi-
stimetur. Eiusmodi est enim Ares, vt si
lupum speculatio referat, lupus appa-
reat. Quod quidem vniuersum simile
est generationibus ex quatuor elemen-
tis, ex quibus aliquid nascitur, quod pri-
mo tamen suo nequaquam æquale est,
nihilo tamen ob id minus ipsum [a] Ares
in se gestat. Huiusmodi quidem natu-
ram & rei ingenium, rudes illi atq; im-
periti ex peruersa artis persuasione to-
to errantes (quod aiunt) cœlo, cùm pe-
nitus ignorarent, & fundamenti, & or-
tus eius nescij, manes quasdam esse fin-
xerunt, quas alij quidē fatum appella-
runt, posteriores verò incantationes &
superstitiones. Ex hisce nanq; supercœ-
lestibus corporibus, tam nigromantia,
quàm necromantia, suam ducit origi
nem: similiter & geomantia quoq;, &
pyromantia, hydromantia, & ipsa de-
nique specuila. Ad hunc itaq; modū &
virgulta efficiuntur: & ex hac eadē vir-
tute se clarius quoque vertit, cribrum-

que & eius generis, quæ de superstitionibus continentur, innumera alia.

a *Ares est natura prima rerum.*

CAP. VIII.

SEd vt physicus omnia habeat plenè, ac perfectè, videamus exempla seniorum, qui in hoc in magia plurimum laborauerunt, vt adsequerentur vitam longam, & idipsum citra omnem admistionem Hermeticæ repuerascentiæ, citraque artem [a] spagyricæ experientiæ quæ solius est corporis. Videamus ergo ætatem Adę & Mathusalem, qui bona pars sunt principiorum magicæ artis. Quamquam hoc vulgo persuasum est, maximam ætatem habuisse protoplastũ, minimam habiturum hominẽ. Postremum id quod efficax argumentum est in scholis eorum, nullo tamen pacto approbari debet, quemadmodum de ætate virorum habetur. Tantæ ætatis Adami causa fuit magia, ex cuius influentia semper vixit. Miseram ergo & posteris semper deplorandã mortem Adæ: non tam propter lapsum, quã

pro-

propter scientiã, quæ vnà cum illo inte
rijt, qui spiritum summæ vitæ præter id
quod naturæ erat, solus retinuit. Itidem
de Mathusalē, qui proximus Adæ fuit,
iudicandum. Quamuis alij non ignobiles viri maiorũ ætatis fuerint, vt Moses, qui cētum & viginti annos compleuit, at non pro ratione magiæ, sed potiùs physicæ vitę, cui natura quędam valida ita fuit coniuncta, vt istuc ętatis nullo negocio attingeret. Iterum alij cōplures, quorum nomina hoc loco referre longum est, id quod etiam apud nos, vt ad nostra tempora veniam, fieri videmus, & porrò etiam videbimus vsque in finem mundi. Alij, qui 150. annos transmiserunt, secundum magiæ verò naturam vixerunt. Sunt etiam qui plurá trãsegerint secula, quàm pro ratione naturæ credi par sit: idq; adiuncta vi naturæ, quæ plenè in metallis, cæterisq; rebus, quas mineralia vocant, existit, quæ corpus supra complexionem & qualitatem ingenitam erigit, ac conseruat.
Cuiusmodi est tinctura, & lapis philosophorum, quod ex Antimonio elicitur.
Similiter quinta essentia, quemadmo-

dum in eorum præparationibus habe-tur. Hæc atq; alia complura ſpagyricæ artis arcana reperiuntur, quæ corpus ſe-nectute confectum priſtinæ iuuentuti quaquauerſum reſtituunt, & ab omni ægritudine liberum reddunt, id quod huius monarchias peritis conſtat.

[a] Spagyricorum cognitio uera, in experientia & latet, & uerificatur.

CAP. IX.

EST inſuper alia ratio longæ vitæ con-ſeruandæ, quam Mahumet ſecun-dum magiam populo ſuo conſcripſit, & multis annis donauit, neque id ipſum ex Deo, ſed ex ea quæ præter naturam eſt, influentia. Hanc praxin quia Ma-humet tanquam magus imperito vul-go non ſibi, aliquandiu exercuit, no-men immortalitatis meruit. Atheus ali-quot annos ſupra centum ſeipſum con-ſeruauit, id quod ſibi vitio verſum eſt, & inter idololatriam relatum. Ex æquo enim cum tribus magis illis Sabæis, qui magica non naturali, vi equorum ad Bethleemitas venerunt, Cabaliſticæ ar-

tis

tis peritus fuit:non solùm in eo quod vi
tæ longæ erat,sed eius etiam,qui prçter
naturam est intellectus. Hæc omnia ex
supernaturali influentia,quæ corpus re
git atq; gubernat, fluunt. Hos magos
postea sunt secuti, qui se falsò hoc no-
mine penè diuino vendicarunt, inter
quos fuit Hippocrates, qui filiam suam
quã maluisset in præsenti forma perpe
tuò permanere,extra naturalem influ-
entiã in corpus ab omni natura alienũ
trãsformauit,id quod euidens argumẽ
tũ incantationis esse potest.Eodem mo
do Ierellus longam vitã retinuit, & me-
tamorphosi naturæ animum adiunxit.
Istorum origo & scientia suis locis indi
cabuntur. Porrò in conseruatione eius
quod preter naturam est,corporis, ple-
riq; fuerunt æquales Mathusalem, sed
in transformationib. longè errauerunt.
Nam operatio eorum in phantasticum
corpus abijt, própter inscitiam rerum
physicalium. Quare multi sunt, quorũ
vita longa in nouissimum vsq; diem exi
stit:fiunt tamẽ eiusmodi metamorpho
ses citra longam vitam. Quemadmo-
dũ in lupis marinis accidere videmus

eiusdem vitæ cum reliquis lupis. Id genus animantia, si pristinæ formæ restituuntur, mortalitati rursus obnoxia fiunt. Similiter & de corpore phantastico iudicandum, interueniente cibo, aut hominis osculo. Hęc omnia delticæ impressioni obnoxia fiunt. Priusquam tamen in impressionem delticam abeunt non adest mors, nisi quatenus phantasticum corpus admistum admittitur, id quod narcoticam formam gignit, perseuerantem in annum ignis. Præterea vixerunt multi vitam alienam, idq́; iuxta præscriptum delticæ naturæ, inter quos fuit Styrus, qui cū de vita laboraret, robusti cuiusdam adolescētis, quo cū fortè assistebat, vim atq; naturā attraxisse dicitur: idq́; per imaginationem sic est consecutus, vt sensus, cogitationes, deniq; animus ipse in alium transferretur. Per hanc imaginationem Archasus vni uscuiusq; eruditi atq; prudentis hominis scientiam atq; prudentiam attraxisse dicitur. Tanta est vis animi in quo supernaturalis ille vigor existit, vt aliquoties ardenti atq; adeò gliscenti concupiscentiæ satisfiat. Hinc est contemptus
ille

ille imaginũ & gamahæarum apud eos qui ad internecionem vſq; hac imagine ſunt abuſi. Hinc ſunt verba illa, characteres, ſigna, formę ac figurę manuum, imprecationes atq; orationes, quę potiſſima ſunt cauſa incantationis, atq; adeò verborum, quæ vulgò ad vulnera cęterosq; morbos adhiberi ſolent. Deniq; quicquid in hanc formam fięri poteſt, vi eius, quod præter naturã eſt, corporis nobis inſiti fit. Porrò ex his quæ præter naturam ſunt, impreſſionibus, erumpunt etiam aſtra firmamenti, Venus & Saturnus, cæteriq; planetę, ita vt ea quæ præter naturam eſt, influentia, aſtra inferiora regat, ac gubernet. Quicquid ergo in gamahæa & imaginationibus fit, accedentibus planetis ac ſignis, totum hoc quicquid eſt, ad ſuperiora ſigna referri debet. Quare quæ caduca ſunt corpora, atq; adeò morti obnoxia, ſupernaturali illa vi, à morte liberari facilè poſſunt. Donauerunt pręterea Venus & Saturnus, Mars atq; Mercurius, in ſuperiori firmamento curſum ſuum exercentes, plerosq; mortales immortalitate, & idipſum citra vllam operam

humanã, accedentibus imaginationibus. Ex quibus nõ pauci cùm in aquis, tum etiam in terris existunt visibiles & inuisibiles. Quorũ aliqui per Delticas etiam impressiones eò peruenerunt, neque prorsus nymphæ; quemadmodum de generationibus animaliũ habetur. hactenus de his. Reliqua quæ hoc loco requiruntur, alibi in Archidoxis indicabimus. Nunc ad duplicem praxin longæ vitæ, in qua, quæ ad spagyricum attinebunt plenè dicetur.

DE VITA LONGA liber Secundus.

CAP. I.



N ſuperiori volumine, quę de vita longa tractauimus in genere, hîc in ſpecie tractabimus, puta ſingularē quandam medendi[a] rationem, id quod interuenientibus arcanis ſpecificis, & id genus alijs fieri conſueuit, & extra vitam longā, vt in apoplexia, vulneribus, & id genus alijs. Integrā enim, atq; adeo ſanam vitam longæ præferas neceſſe eſt, vt innoteſcat fundamentum, cui omnis valetudo vitaq; longa innititur. Eſt igitur huius ſecundi libri ſtatus, ac ſumma, vt integra vita conſeruetur, neque vnquam in corruptionē erumpat. Hinc eſt cur primo loco virtus arcani, deinde natura balſami requiratur. Nā vniuſcuiuſq; arcani comes eſt ſanitas. In hanc ſententiam ſubiectum vitæ longæ accipias oportet. Bifariam ergo diſtinximus librum ſecundum, aut enim firmum eſt, aut infirmum corpus. Si firmum, in eadem valetudine conſeruan-

dum eſt: Sin infirmum, aut aliqua ratio ægritudinis in illo deliteſcit, ſingula genera vnà cum ſpeciebus ad inſignem aliquem canonem medicũ, quem Magiſterium vocant, reducas oportet. Ea eſt ſingularis medendi ratio, quamuis multò iuſtiore nomenclatura, ſed alia ratione vniuerſalis dici poſſit, propter ſpecies, quæ ſi ſub vnum genus congeruntur, iam nõ ſingularem, ſed vniuerſalẽ curam conficiunt. Tamen communius quiddã eſt id quod in calce huius libelli dicetur, quòd omnia genera in vnũ complectitur, quemadmodum particularia, ſpecies. Cuiuſmodi eſt ratio medendæ febris, quę in ſe includit ſynocham, ephimerã, hecticam, cauſona, cæterasq; ſpecies. Similiter hydropiſeos, quæ aſchiten continet, tympaniten & hypoſarcan. Item guttæ, lethargicum, torturam, paralyſin, apoplexiam. Magis vniuerſale autem in ſe claudit guttam, febrim, hydropiſin, cæterosq; morbos vniuerſos. Eſtq; illud arcanũ, quod in Archidoxis parrhiſijs dedicauimus. Et tincturæ quæ leproſum humorẽ metallorum pellit, haud diſſimiliter operatur:

tur, fulgetq́; ad elementum redactum quaquauersum, veluti ignis, qui quicquid corripit, consumit. Neq; enim species vllę sunt, neque genera vlla, quin igni corripiantur. Huc respexerunt spagyricæ artis professores, qui tum demū medicamina corpori accommodanda dixerūt, in ignē redacta. [b] Per hoc enim elementum omnis ægritudo consumi debet à quolibet medico. Quanquam aliàs de auro potabili, similiter de 5. essentia mentio fiat, tamen hîc singula ad cheyri, & ad sapphiricum anthos referemus, id quod non paucos fefellit: inter quos est Arnoldus vnà cū æmulis suis, qui sublunare hoc produxerunt. Nos in hoc secundo lib. singularem medendi rationem in vtraq; medicina, adiunctis rationibus, quib. inuenias illud, circa morborum originem descripturi sumus. Ad finem sunt adiecta cheyri, balsamum, quæ peritissimum huius rei lectorem requirunt.

a *Medendi ratio singularis per quæ fiet.*
b *Ignis ut omne lignum, sic vniuersalis medicina morbos consumit cunctos.*

De Podagra. *Cap.* I.

TRia ſunt quæ ad perfectam podagræ curam requiruntur: Purgatio, aperitio, deinde cura, in hanc ſententiam. Principiò purgetur omnis podagricus plena ac perfecta purgatione, & idipſum arcano [a] corallino, quo interueniente, eliciuntur fluxus podagrę, adeò vt ne locus porrò relinquatur podagrę. In hoc corallino quod ex eſſētia auri eſt, tanta vis, ac virtus iẃeſt, vt eam, niſi hac purgatione à medico deprehēdi impoſſibile ſit. Fiat iſta purgādi ratio ſexeis, aut ſepties pro vetuſtate ſiue duritia, ſiue natura podagræ. Porro ſi ſuperſunt reliquiæ, aut podagricus alioqui infirmior eſt, quàm qui purgationē hanc ferre poſſit, aperiatur in hunc modum: illic vbi centrum podragræ deliteſcit, aperi, & idipſum interueniēte [b] alcali ſpirituū. Sub hanc apertionem continuò oritur tumor, ſubtus quem quicquid centro inſeruit, confluit, & in abiectione [c] æſcharæ erumpit. Porrò vbi fluxus podagræ deſijt, tum demum integram curam, atq; adeò conſolidationem

nem aggredere, ſcilicet cataplaſmatis, quæ ſunt ex mummia. Hęc ſunt quæ podagram medicantur. Quanquã [d] liquor ex mummia temperatus, ſi morbus recens eſt, neq; indurauit, citra aperitionem etiam curet, vi tamen natiua potius hoc fit, vt per ſpecificam naturam. Tertia ratio medendæ podagræ eſt per mummiam reductam in vltimam materiam alcalizatam & liquorẽ de mummia, in hanc ſententiam: Indies podagricos artus inunge, idque ad vij. aut viij. hebdomadas pro ratione ac natura podagræ. Triplex iſta medendi ratio, quicquid mutilum, quicquid denique mancum eſt, priſtinæ ſanitati reſtituit. Noua hęc eſt, certò ſcio, pellendi morbi ratio, maximè apud inſulſos & medicos indoctos, & contra canones eorum, vt iſti cauillantur qui de medica profeſſione pręter inanem titulum, cæterum nihil prorſus reportauerunt.

a *Arcanum corallorum, eſt color corallium à ſubſtantia ſeparatus & abſtractus per ſpiritum uini.*

b *Alcali, ſal eſt excoctum à lixiuia.*

c *Aeſchara,* iſt ein ranft fleiſch gedőt.

d *Liquor ex mummia est aqua, quæ post digestionem destillando erumpit ex carne hominis.*

De Gutta. Cap. II.

AD propellendas ægritudines quæ oriuntur ex gutta & speciebus guttæ, cuiusmodi sun't morbus lethargicus, paralysis lingæ, membrorum, &c. apoplexia, oris tortura, & aliæ species, requiritur cura generalis. Nam in his omnibus, nihil aliud præter vim naturę cōsiderari oportet. Neq; purgatio, neq; simplex confortatiua, neq; vnctio, neq; aliud quicquam, in quo tantopere laborauerunt, cùm Valescus de Taranta, tū etiam ij qui ante Valescū fuerunt. Principiò igitur obseruandum, in qua valetudine naturæ vis illa qua guttæ consultum volumus, reperiatur. Priusquam tamen ad illa perueniamus, sciendum guttam, quòd ad quantitatem attinet, non plus scrupulum vnum in se contineri, apoplexiam ad scrupulum 1. non prorsus ascendere. Nihil igitur est quod obseruemus tam prolixos Auicennæ canones, cùm pauca admodum de substantia

tia in ſe habeat morbus. Neq; fieri potis eſt, vt illis loca atq; dolores cõprehendantur. Quare ad hunc modum adornari debet confortatiua, quæ ſcilicet naturam expellat, & ex ſui natura vincat, Quoties enim gutta cannas in pulmone præfocat, toties apoplexia vnà cum præfocatione continuo ſequitur, quàm non niſi arcana tollunt. Hinc ſatis liquere puto, vel tantillum in re medica myſterij pluris fieri quàm vniuerſas Auic. formas, quàm vniuerſum myropolium, quàm vtraq; lumina, & Præpoſitum, vnà cum inſigni experientia, quam Theſaurus præſcribit, quibus hactenus penè vniuerſo orbi illuſum eſt. Sed vt redeamus ad arcana: Duplex eſt arcanũ, aliud vitriolatum, aliud mercurius auri, quẽ vulgus Salernenſium medicorum Aurum potabile falsò apellat, adducti opinione Hermetis, quam ſuæ ignorantiæ prætexunt, adeò vt horizontem pro auro potabili acciperent, egregij ſcilicet homines, qui Hermetem ex eorũ inſcitia iudicant. Cætera arcana extrinſecus vſurpanda, cuiuſmodi ſunt, balſamum, aloes, myrobalanorum chebulo-

rum, belliricorum, indorum, &c. in nucha ſunt adminiſtranda. Hæc ſunt quæ Arnoldini & Rupiſciſſani nunquã ſunt aſſecuti, qui in additione extractionis elementorum, quæ nulla ſunt, fruſtra ſæpius laborauerunt. Qui ergo in hac re medicus inſignis eſſe ſtudeat, animum ad ſeparationem ſpagyrorum adiungat, idq́; propter extractionem myſteriorum. Alioqui fieri nequit, vt conſulatur cũ paralyſi, tum ſpeciebus quę ſunt de gutta. In hanc ſententiã propelle contractionem. Nam vtcunque morbum vi quadam ſanari neceſſe eſt dosis vitriolati, grana tria, doſis Horizontis, grana quatuor.

De Lepra. *Cap.* III.

SIngulæ ſpecies [a] lepræ, Leonina videlicet, Elephantia, Alopecia, Thyria, Morphæa, & Vndimia ad eandem medendi rationem, quæ eſt per regenerationem, referuntur. Omnis enim lepra frigidior exiſtit natura, atque præ pinguior: neque fieri poteſt, vt vnquam cum medicaminibus concilietur. Quod enim eſt oleum ad aquam, hoc

idem

idem eſt medicina ad lepram: quare ple nam atq; perfectam curã aggrediamur oportet, propter præparationem regenerationis, & idipſum iuxta præſcriptũ ſpagyricæ tincturę, in hunc modũ: Principio mundanda ſunt metalla leproſorum interueniente tinctura, in qua duplex tinctura, & duplex lepra deliteſcit, rubea ſcilicet & alba, hanc lunarẽ, illam ſolarem appellant ſpagyrici: prior ex tinctura ſolis, poſterior ex tinctura lunæ accipitur. Hîc non puto operæprecium eſſe obſeruari ea quæ veteres de origine lepræ ſcripſerunt, cùm eadem praxis adferat. Quare hoc loco [b] ſpagyricè agendum eſt, neq; prorſus obſeruãdum, quæ de origine lepræ à veteribus ſcripta ſunt. Pòrrò qui velit ſpagyricè cõſulere lepræ, videat ne cũ his qui mercurium ſolis, quẽ pleriq; ſpagyricorum primã materiã appellant (aurũ potabile falsò crediderũt) aberret. Quibus impoſuit euentus, quemedmodũ Archelaus habet: nos autẽ hoc loco aſſerimus rubeã leprã à mercurio ſolis, albã à merc. lunæ ſanari. Hoc opus, hic labor eſt, vt mercuriũ exactè conficias. Poſtremò & ſi mer-

ſi Mercurius ad tingenda metalla non prorſus ſufficeret: valeret tamē in corpore vt illud ſanitati reſtitueret. Sunt pręterea alia quędam arcana,[c] quorum alibi de vita longa fit mentio, quæ lepram ex æquo tollunt.

a Lepra curatur per regenerationem.
b Spagyrus eſt, qui effectus inquirit, commoſtrat & ex his rationem.
c Lib. 3. cap. 6.

De Epilepſia Cap. IIII.

PLena atque adeò perfecta medendæ epilepſiæ ratio, bifariam fit, neq; ipſum ſine peritiſſimo huius rei viro propter arcana & praxin chirurgicam, quæ epilepſiæ inſeruiunt. Principiò deprehenduntur arduæ quædam, atque adeò ſupernaturales eſſentiæ, idq; per præparationem, vt in vitriolo, camphora, ſpodio, monocerote, & id genus aliĳs, quæ citra hunc captum ſubtiliter nullo pacto eò redigi poſſunt: Maximè verò bona pars in narcoticis, & quædã alia, quæ extra naturam & eſſentiam ſupra naturalem influentiam in paroxyſmo

ſmo epileptico vim ſuam exercēt, ac habent: cuiuſmodi eſſe poteſt pęonia, ſanguis vnà cum mēbris in quibus oritur morbus. Hæc omnia, vt vt ſunt, curantur ad hunc modum, partim iuxta phyſicam rationem, partim iuxta chirurgicam, neq; idipſum ſine ſubtili captu ſpagyrorum. Quod ad chirurgiam attinet, duplex ratio eſt, prior ad præparandū emunctorium caducū, poſterior ad eliciendum humorem epilepticum pertinet in hanc ſentētiam: Aperi cranium idoneis ad id inſtrumentis: Deinde argentea canna ſuo loco impoſitum conſolida, vitæq; priſtinæ reſtitue. Iam omnis morbus caducus eiuſmodi emunctorio adornatus in paroxyſmum abire nequit. Hæc de priore via. Nunc ad poſteriorem. Reſolue membrū epilepſia corruptum, aut ſuperiorem partē membri, puta, ligamenta, arterias in circuitu, idq; corroſiuo narcotico ſale corrodēte citra dolorem vſque ad oſſa. Deinde rurſus conſolida: naſcuntur cōtinuò ligamenta narcotica, arterię, denique caro ipſa, quę porrò non ſinunt morbum in paroxyſmum erumpi. Hactenus de

ratione chirurgica. Nunc ad physicam: Recipe oleũ vitrioli correctum & aurificatum, vel per phlegma forma circulari temperatum, vel per oleum rubeum, siue viride, quod sub [a] colcothar delitescit: vtrunque liberat à morbo caduco, idq; præter eam ætatem, quam Hippocrates prescribit. Atque hinc colligitur Hippocrat. vnà cum interpretibus suis non satis intellexisse ea quæ epilepsiam pellunt. Porrò inuncta pars mercurialis balsamo, quod est de hederibus, idq; post paroxysmum, similiter morbũ pellit. Præterea inunctum occiput balsamo eleni, & idipsum in vehementissimo paroxysmo, morbum ex æquo sanat. Sunt insuper alia, quæ huic morbo non parum conferunt, vt arcanum sanguinis, cæteraq; membra. Sed illa, quia quædam sunt quæ desiderantur, præteribimus, & in his solùm, quę prima ac optima sunt, immorabimur.

a *Colcothar uitriolum est calcinatum rubeum.*

De Febribus. Cap. V.

DE febribus breuiter sic habeto: Principiò fiat purgatio febrilis: dein-

deinde cura ſpecifica, & minutio cauſalis, ita vt diaceltateſſon pręcedat ſecundum medicamen. Nam hac purgatione pellitur omnis febris in materia peccãte. Porrò ſi nõ dilatatur morbus, iam neq; cura, neq; minutio requiritur. Plerumq; enim diaceltateſſon, integram curam cõplectitur. Sin in membra ſpargitur, ſequitur continuò opopyron Laudani, id quod febrim vnà cum dilatatione propellit. Minutio autem ſiue ſaluatellæ, ſiue cephalicæ, ſiue eius quę per ſpinam dorſi fieri conſueuit, materiam peccantem in ſanguine, idq; intra cutem & carnem tollit: quare hoc loco tria ſunt, quæ ſub vnam medendi rationem clauduntur, ſingula per ſe perfecta. Poſtremò ne plus minúſue, quàm par eſt, adhibeat medicus, diligenter obſeruet, quid dilatatum, quid non ſit dilatatum. Nolim quenquã hoc loco deterreant canones medicorum, qui à nobis diſſentiunt: neque enim id permagni referre arbitror. Et quotum quenque reperias eruditum medicum, qui his canonibus immoritur?

De Apoſtematibus Cap. VI.

PRincipiò de Apoſtematibus obſeruabis duplicia eſſe apparata. Quædam ſunt quę vnà cũ paroxyſmo mortem inducunt. In his plurimum laborarunt medici, dum imponerent hominibus. Miſeram ac credulam nationem mortalium, tam apertis nugamentis, quæ de epidemijs, & id genus alijs apparatibus annotata ſũt, paſſa eſt ſe circunueniri. Alia ſunt quæ paroxyſmum citra mortẽ adferunt, ea medicinæ ſubijcimus. Vtraq; in Anthrace cõcurrunt. ſimiliter in ſapphiro, in carbunculo, in pleureſi, in peſte, in bubone, & alijs cõpluribus. In quibuſdam nulla mors ineſt: Vt in cancere, & id genus alijs apoſtematis, quę in mammis mulierũ ſunt. In his omnibus ſequitur cura in hanc ſententiã: Pręter Sonath, cui virtus expulſiua ineſt, cæterum nihil recipe. Huius enim virtute ac vi, ſingula aperta pelluntur. Hoc reſoluit, mitigat, deniq; expellit aperta ex corde. Vnà ergo adſit oportet chirurgica praxis, interuenientib. maturatiuis, quibus in ᶜ emunctorium

rium redigas apostema. Maturatiua autem cum attractiuis ita sint coniun*a* cta, vt expulsiuum attractiuum sequatur. Directo igitur Sonath in virtutem suam expulsiua sequitur thyriaca, sub qua delitescit arcanum in omni veneno propter virtutem vsurpandum. Reliqua experimenta vndecunq; corrosa relegamus ad eos, qui sese passim apud omnes homines venditant, & in hoc solum incumbunt, vt gloriolam aliquam per fas & nefas sibi aucupentur.

a *Emunctorium appellat locum, in quo centrum morbi delitescit.*

De Hydropisi. Cap. VIII.

DVo sunt quæ ad curãdam hydropisim requiruntur. Specifica purgationis, & specifica tumoris. Elice principiò essentiam ex Alandahal, vnà cum composito: deinde cõfunde cum aquila præcipitata: porrò administra purgationem pro ratione morbi, & idipsum tãtisper dum abit morbi origo. Interim administra etiam indies essentiam tartari, vitrioli, & diacubebe. Sub

hęc adorna cataplaſma ex rebis columbarum in aceto roſaceo. Deinde impone, dum prorſus conſumatur morbus. Poſt hæc inſequitur ſummum ſpecificum, ſpiritus vitæ ex auro extractus, quo aliquandiu etiam vti licebit. Energia enim atque adeò vi naturæ ſanari vult hydrops, quæ tum demum inquiritur, cùm iam cauſa morbi deſijt. Varia ac multa ſunt huius morbi ſpecifica, quorũ maxima pars hoc loco à nobis eſt annotata. quæ ſuper hac re empirici in medium adferunt, credo nemini non eſſe manifeſtum.

a *Aquila præcipitata fit ex auro.*

De Diſſolutis Cap. VIII.

IN diſſolutis verò ſummũ atq; adeò excellentiſſium medicamen in auro eſt, & in laudano perlato. Primùm verò ac ſummum notabile apud medicos veros puto, de cõfortatiuis eſſe debet. His enim indiget natura in hoc morbo: quibus porrò ſequatur cõſtrictiuum. Nam per hunc modum eiuſcemodi morbus, ſiue hypoſarcha, icteritia, ſeu aſclite expellitur. Deſcriptionẽ

autem

autem in confortatiuis talē habeto. Ex auro non planato fit, nec permisto re alia incōgrua, fitq; per athanor & rubellam cum administratione rubeę essentię. Dosis ex tribus guttis componitur, vel secundum dispositionem subiecti. Ex hoc auro omnes disenteriæ species, ictericiæ, & diarrhoeę, atq; alij fluxus vētris, vel mineraliū iuxta ritum medicum optimè curantur. Sed cura ex constrictiuis talis est: Recipe olei martis ex croco drachmam j. laudani scrupulum semis, thyriacę drachmā vnam semis, mummię scrupulus j. s. fiat bolus, drachma semis est dosis. Hanc obserua regulā in omnibus dissolutis confortatiuum esse administrandū: Quia in principijs & cacetia summa deliberatio, alias per constrectiua in secundam generationem alterius morbi abit.

b *Laudanum Theophrasti curans dissolutos & desperatos, sequetur in libris Paragraphorum.*

De Vermibus. Cap. IX.

GEnera quoq; vermium quocunq; modo nata, vel ex spermate insu-

ſo, vel alieno, ſiue ſpermatis reſoluti, ſiue putrefacti, ſeu tranſuerſi in ſuis regionibus, aut ex re minerali putrefacta aut chimo, aut eiuſmodi, etiã qui vermes de matricis natura ſunt. Omnium horum cura, res debet eſſe ſpecifica, nequaquã naturalis, idq́; in hunc modum: Recipe[a] poroſi, madennæ ana manipulum: liquefacito in bitumine, & ſuper fundum emunctorij huius generationis applica: pellit enim vermes tam deorſum, quàm ſurſum, nempe iuxta orificiũ emunctorij illius. Quòd ſi autem emunctorium pro egreſſione non foret aptum, aut locus compreſſus, vermes neca cum ſpongijs ſyluanis, & putrefactum pelle per centauream, vel per peſſarium propter matricem, vel clyſterium propter inteſtina inferiora, vel per os propter ſtomachũ & inteſtina ſuperiora. Optima verò eſt centaurea cũm poroſa commiſta, cũm additionibus iuxta proceſſum medicum ex collodio, vel ellenio adiuncto.

a *Expulſio vermium.*

De

De Cancro X.

Porrò cancri medela ſic ſe habet: primùm eſt rei renouatio, id eſt venarum ſeparatio ab impuris. Huius ſeparationis medicamen eſt tale. Accipe expurgati althoi à minera plumbi ℥ j. parthenionis ſucci ℥ vj. plantaginis ℥ x. commiſceantur cum modico [f] alcohol vini, adminiſtra de ſexta in ſextam. Madefacito periculũ panno, vel ſpongia ex aqua parthenionis ſuperpoſita: his peractis poſt triduum applica oppodeltoch ex præparatis ſimplicibus confectis in cerotum mellinum abſq; alumine rocho, donec in manſuetum dolorem abit, & declinet à rubedine. Tandem commune noſtrum oppodeltoch ſuper locum applica à duodecim horis inſequentes vſq;. Porrò ſi laſciuum æſtiomenum occurreret, cum liquoribus aſſignatis expelle, reitera proceſſum à centro in vlceris perditionẽ. Hæc curę deſcriptio, fiſtularum, canceris ex hæmorrhoidibus, ex mamillis, prauæ tentiginis, æſtiomenæ prauitatis vera medicina eſt.

f Alcol, ſiue alcool, eſt vinum ardens rectificatum.

De Syronibus Cap. XII.

SYronis cura ex hac fit ſententia. [c] Spermiolæ liquefactæ cape cum mucilagine lumbricorum de nitris, & oleo ſquamino: facito ex his viſcum in loco frigido, vtere ſic; Inunge locum & cataplaſma eius deſuper impone ad triduum, dehinc abſterge locum, cataplaſma, cutẽ, & ſyrones depone, ac oppodeltoch [f] meloũ adminiſtra ab occaſu in auroram, quo facto, aduoca morbum in balneũ albugineum, toties, donec album illud membrum fixumque appareat. Hæc cura in ſyronibus, cicatricibus, ſpeciebus morpheæ, cutis leproſæ, ſumma ac perfectiſſima eſt, quin & totam vngulam, pruritum, ſcabies, & primæ ſpecies alopeciæ tollit, pellítque roſaceam guttam.

c Spermiola eſt ſperma ranarum.

d Meloes ſunt ſchwartze käferli im ſommer/ wenn mans terirt, ſunt ſuauis odoris.

De

De Pustulis. Cap. XII.

IN speciebus Gallici morbi, tria obseruabis, purgationẽ, curam, & conseruationem. De quibus hæc paucula notato. Purga principiò pustulosum ceniotemio, quo pellitur causa morbi, vnà cum materia peccante. Cauẽdum autem ne interim à dosi & quantitate huius purgationis longius, quã par est, aberres. Porrò si pustulę adhęserint cuti extrinsecus, aut alioquin dolor iuncturarum altius insederit corpori, inunge oleo quod est ex realgare, & conualescet ægrotus. De vlceribus autem, nodis, tuberibus, siue extra corpus, siue in corpore, quæ inde exoriuntur, iuxta præscriptum praxeos, quæ de vlceribus est, agito.

De vlceribus Cap. XIII.

PRincipiò quicquid est fluxuũ, aut humorum, si ad emunctoriũ erumpit, ad eandem medendi formã redigitur in hanc sententiam: Mortifica primùm: deinde mũdifica: postremò consolida. De mortificatione sic habe: Reci

pe alcali, quod eſt ex realgare. Hoc quicquid in corpore corruptũ eſt ac mancum, mortifica Mortificatum ab [a] æſtphara libera gummi, liberatũ priſtinæ ſanitati reſtitue, & idipsũ interuenien-te [b] mummia, quanquam ſunt vlcera quædã, quę prorſus non indigent mortificatione. Alia, vt æſtiomena mortificationem vehementius etiam deſiderant. Tamen hæc omnia, vt vt ſunt, chirurgico exiſtimãda relinquimus. Sunt inſuper alia innumera medicorũ recepta, quibus, quia non ſemel hominibus impoſuerunt, ſuisq́; inuentis perierunt ij, qui hæc commenti ſunt, non video cur vtaris. Hæc de vlceribus. Purgationem, quę propter cõſeruationem corporis iure prima eſſe debet, prudenti medico committo in eam ſententiam, quam ſuprà de puſtulis pręſcripſimus.

a אשברע, *id eſt, ignea vi nudatum.*
b *Mummia eſt ipſa caro humana.*

De Vulneribus. Cap. XIIII.

TRiplex eſt ratio ſanandorum vulnerum. Naturalis, vt balſami: Specifica,

cifica, vt braſſidellia, characteriſtica, vt magorreo. Priuſquã tamen ad illa perueniamus: principiò, quę miraculi vice erũt his, qui harũ rerum imperiti ſunt, indicabimus, neq; genus, neq; locum vllum in vulneribus eſſe obſeruandũ, id quod veteres diſputatione admodũ prolixa diſſeruerunt: Num videlicet ea ſint ſanãda nec ne, quæ ſunt cerebri, inteſtinorum, item veſicę, & idipſum hac ratione, quia videmus cũ confoſſa, tum alio modo cõfecta vulnera, illic vbi vitę locus eſſe nequit, nihilominus tamẽ conſequi mortẽ. Quare de mortiferis vulneribus, nihil prorſus dicemus in pręſentia, cùm ſua ſponte ſeſe offerunt illa. Porrò hæc prima cautio eſt, ne chirurgicus ex eo, quod medicabile vulnus eſt, immedicabile atq; adeò mortiferum faciat. Hoc igitur opus, hic labor eſt, vt probè agnoſcas triplicem hanc ſanandorum vulnerum rationem, longè ſaluberrimam, neq; interim audias eos, qui alicundè rogant, neſcio quę vaniſſima commenta, imò precibus etiã à barbitonſoribus mediaſtynis, cæteriſque id genus hominibus leuiſſimis, cõ-

tendunt, inter quos ſunt, Landfrancus, Pet. de Argilato, qui multa ac varia, vel nuce non ęſtimanda, de Vulneribus in vnũ congeſſerunt. O verè pileatos doctorculos, qui pręter pileolũ ſubrubrũ, & titulum, cæterũ nihil inſigne geritis, qui ex pumice Nilum exundantem petitis. Cæcus ſequitur cæcũ, & caſcus caſcam. Hinc eſt, cur ij, qui montẽ Peſſulanum ſunt ſecuti, triplicẽ hanc medicinam, quę eſt de Vulneribus, in alienũ vſum verterint. Naruralẽ ſcil. quę balſami eſt, in putrefactionem pręposterè. Specificum ad ea loca, quibus minimè cõpetit, nõ ſine periculo torſerũt. Characteribus ita ſunt abuſi circunforanei vt in contemptũ prorſus abierint. Nos autem quę de his verè habẽtur, apertè trademus in hanc ſententiã: Balſamum naturale potionis vice adminiſtratum, aut alioqui vulneribus infuſum, nihil aliud eſt, niſi hypericõ, centaurea & prunella, quę nõ modò ea quę extrinſecus, ſed etiã quę intrinſecus ſũt, vulnera curat, & hoc propter virtutẽ, quę in balſamo exiſtit. Quicquid aũt eſt de ſpecifico, multis partib. ſuperat balſami naturam. Nã colatenna ſub potione admi-

nistrata, cū externa,tū interna vulnera sanat, propter virtutē, quæ adeò firma atq; adeò fixa inesse solet,& tātisper operatur,dum vulnus est apertū. Brassatella,si modò attigerit vulnus,neq; porrò opus habet aliquo medicamine. Sūt pręthereà alia cōplura specifica, quæ ad eundē modum operantur:neq; idipsū ad 12, aut 24 horas. Horum tanta vis est, vt fixū,atq; adeò perpetuū medicamētum subministrēt,vel semel vsurpata,& idipsum in finē vsq; vulneris. Hoc loco experimēta specifica recensenda erant, de quib. quia in Archid. mentionē fecimus,prętereundū censeo. de Characterib. quę tertia forma est,sic habeto. Characteres, benedictiones,cęteraq́; id genus,vulnerib. pręsens, absens,adiuncta, singula vulnera sanāt, & idipsum citra omnē synoniam. Sunt etiā quę synoniā albā sistunt,cuiusmodi est staraphaxat: alia sanguinē, vt kist & kiss,& id genus alia innumera, quę alibi in Archid. recēsentur. Hęc sunt vel sola,quę medicū nobilitāt. Quare in hac triplici sanādorū vulnerū ratione generalē curā iuxta ꝑscriptū adhiberi oportet,neq; interim eos q vniuerso orbi imposuerūt,audire.

DE VITA LONGA
Liber tertius.

CAPVT I.



Ostquam de particularibus arcanis, quæ corpus morbis confectum pristinæ sanitati restituunt, diximus, inde vbi superiora desierint, auspicabimur. Vt ea quæ in superioribus libris tradita sunt, tandẽ à nobis absoluantur, & corpus physicum tanquam balsamum cõseruetur, & si particularia arcana, & huius tertij libri materies ad idem corpus referuntur. Porrò etiam vna, eademq; præparatio existit: tamen praxis in hoc tertio elixiro alia est à singulari illa medendi ratione. Quare in hoc tertio libro primas obtinent, flos cheyri, & anthos. In hoc enim absoluitur elixiridum arcanum, & idipsum vi, atq; adeò virtute totius quintæ essentiæ. Principiò igitur vt singula clarius innotescant, quid quinta essentia sit, paucis indicabo in hanc sententiam: Quatuor elementa pro-

procreat natura, ex quibus temperata quædam eſſentia conficitur à ſpagyro, quemadmodum flos cheyri exprimit. Hoc loco parui referre arbitror, quæ ſuper hac re ars Lullij habeat, cùm plus ſedecim pedibus, vt dici ſolet, ab vniuerſa monarchia, quam Archidoxa pręſcribunt, aberret. Aliud enim eſt extractio, aliud confortatio, aliud melioratio, vt iſtorum hominum vocabulis vtar, quorum Raimundus in eo libello, qui inſcribitur, Ars Lullij, meminit, & ex his falsò quintam eſſentiam æſtimauit. Hęc quia magis ſunt argutię, quàm vera, ſilentio præteribimus. Flos auri autem, flos amethiſti: deniq; quicquid eſt diaphineæ naturæ, margaritharum, ſulphurearum, cachymiarum: poſtremò etiam quicquid eſt aluminoſorũ zerebothinorum, & id genus aliorum, quæ aqua gignit, carabarum, corallorum. Hæc, inquam, omnia quintæ eſſentiæ ſunt obnoxia, pro ratione temperationis, quæ interueniẽte corruptione elementorũ ſpagyro fieri cõſueuit.

a *Spargyrus eſt, qui non auctoritate, ſed propria experientia rerum naturas habet.*

CAPVT II

POrrò totius rei ſumma in hoc eſt, (quando ea quæ hoc lib. de elixiro dicuntur, ſingula ad vitam longã ſunt referenda) vt vniuerſa natura redigatur in ſpagyricam miſturam, ſeu temperationem, quæ nihil aliud eſt, præter naturæ bonitatem, cui nihil quod corruptibile eſt, nihil deniq; aduerſi ineſt. & ſi alia ratione, ac varia eadem naturę bonitas depręhenditur in tinctura iuxta præſcriptum naturæ, quæ in lapide phyſicorũ exiſtit: in antimonio ſecundum corui naturam, in ſulphure iuxta Lunariæ effectum, & in id genus alijs, tamen in his omnib. eſt vna eademq; temperatio, quę inter metalla ſub mercurio deliteſcit: (Mercurium dico, qui omnib. metallis ineſt) inter gẽmas, ſub cryſtallo: inter lapides, ſub zeloto: inter liquores, ſub carabe: inter herbas, ſub valeriana: inter radices, ſub peucedano: inter amara, ſub vitriolo: inter ſilices, ſub antimonio. Porrò ſicut ☿ metallis ineſt ſingulis, ſic antimoniũ ſilicibus, vitriolum ſali, meliſſa herbis. Hæc ſunt

nomi-

nomina elixiri temperati. Obseruandũ igitur in elixiris insequentibus sulphur eorũ quæ isti mineralia vocant, quintã essentiã esse, mercurium metallorũ, ex quibus elicitur natura corporis. Nam cheyri Veneri præstat, anthos Marti: quorũ vis ac natura est, nõ tam vt morbos pellant, quàm vt corpus illud vitæ longæ quæ inferiori influentiæ obnoxia est, reseruent. In hanc sententiam elixira longæ vitæ, multis ac varijs nominibus cõprehendi volumus, cum vna eademq; vis sit eorũ: Nobis autẽ (si forsan miraris, hãc tractandi rationem) visum est interim ludere in vocabulis.

CAP. III.

EX vniuersis elixiris summum ac potentissimum est aurum. De hoc igitur principiò tractabimus: Nam huius rationem si noueris, aliorum quæ à corpore separantur noueris. Reliqua quæ à corpore non separantur, infrà vbi de vino mẽtionem faciemus, indicabuntur. De elixiro igitur auri, quod ad praxin attinet, sic habeto: Resolue au-

rum vnà cum omni ſubſtantia auri corroſiuo,& idipſum tantiſper, dum fiat idem cum corroſiuo. Neq; interim abhorreat animus ab iſta tractandi ratione: Auro enim quatenus aurum eſt, corroſiuum præſtat,& citra corroſiuũ mortuum eſt. Quare quintam eſſentiam auri, citra corroſiuum inutilem eſſe aſſerimus. Sequitur ergo, reſolutionem denuò per putrefactionem eſſe remouendam, & ſi corroſiuũ tenacius etiam adhæreat: nam ſi tanta vis auri eſt, vt corpus ſeruet, ac liberum reddat ab omni ægritudine, neque id corrumpi ſinat, quantò magis ſeipſum, idque citra omnem infectionem? Corrigit enim, ac emendat quicquid non eſt ſyncerum. Corroſiuum igitur in auro nullo pacto corroſiuum appellari debet: Vis enim arcani ſuperat omne venenũ: Nam omne realgar moritur in elixiro auri, & in tincturã abit medicinæ præſtantem. Atqui in hunc modum gignitur, aurũ potabile poſt putrefactionem. Hanc doſim, ſeu mauis harmoniam quãdam præſcribit peruulgata ſpagyrorum praxis. Poſtremò obſeruabis de elixiro,
Cui-

Cuicunq; confertur elixir, idẽ ita tranſ mutat,vt haud diſſimiliter ſibi fixũ por rò maneat.

De Perlis Cap. IIII.

SEd vt ea quæ de quinta eſſentia diximus clarius eluceſcant,obſeruandum, nihil magis eſſe auro propinquũ perlis. Quatuor igitur elementa, quæ perlis inſunt eadẽ ratione cum auro in tẽperationem redigas oportet,id quod verè exiſtit quinta eſſentia citra amiſſionem ſubſtantiarũ.Porrò ſi iuxta præſcriptum perlas in quintam eſſentiam tranſmutare velis, pro ratione quintæ eſſentiæ age, neq; quicquam immuta prĕter principiũ,in quo vltimam materiã quæ in cõficienda quinta eſſentia ſolis prima materia exiſtit,adiungi neceſſe eſt. Ea ex eiuſmodi recepto elicitur. Principiò redige limonem in liquorẽ, denuo reclinatum,in quo perlĕ calcinationem arripiunt, exiccatĕ reſoluũtur, quæ reſolutio in elementum, cui prorſus nulla complexio ineſt, erumpit: eſt enim huius vis vniuerſa,ſimilis quintæ eſſentiæ. Nolim hoc loco admittas ra-

tionem extractionis, quam Archelaus præscribit, neq; id genus alias separationes spagyricas: Nam superior transmutatio non modò ea membra quæ debilia sunt pristinæ valetudini restituit, sed ea etiam quæ valida sunt, ac robusta, in eodem vigore conseruat. Hinc est cur perlæ pluris, quã reliqua spermata fiãt: inter quas longè prestantissimas ostrearum esse affirmo. Quanquam hoc loco non minimas partes ferat, quemadmodum Archidoxa habent, Homunculus quem necromantici Alreonam, plilosophi naturales, mandragorã vulgò appellant: tamen nõ nisi in communem errorem abijt, propter chaos illud, quo isti obscurauerũt verum homunculi vsum. Origo quidem spermatis est: per maximam enim digestitionẽ quæ in vẽtre equino fit, generatur homunculus, similis ei per omnia, corpore & sanguine, principalibus, & minus principalib. mẽbris à quo prodijt. Quare hoc loco præteribimus huius virtutes, quandoquidem non vt perlæ, apud huius rei peritos, innotuit.

De Extractione quintæ eſſentiæ ex herbis. Caput. V.

SVprà mentionem fecimus quintæ eſſentiæ, quæ citra vllam extractionem fieri debeat, id quod in hanc ſententiam accipias oportet. In Elixiro, quo de in præſentia mentionem facimus, quinta eſſentia nullo pacto elici poteſt ex herbis citra extractionẽ, propter diuerſitatem eſſentiarum, quæ vni ſubſtantiæ inſunt. Hæc ita ſunt ſegreganda, vt herba maneat herba, & quinta eſſentia maneat quinta eſſentia. Etſi in qualibet herba ſunt quatuor elemẽta duplata: quinta tamẽ eſſentia nõ adeſt duplata, ſed altera pars ſolũ. Alterã quæ eſt ſubſtantiæ relegamus ad eas artes quę particulares ſunt, & quod elixiri eſt tractabimus: id quod exẽplo meliſſæ clarius innoteſcet. Digere meliſſam philoſophico mẽſe in [a] athanar, deinde ita ſepara, vt duplata elemẽta ſeorſum appareant, cõtinuò eluceſcet quinta eſſentia, quæ elixir eſt vitæ. Similiter vino generoſo, & idipſum variè, in nepita acerba, in lollio, lutea: in Tincio, ni-

gricans:in lupulo,tenuis ac alba: in cuſcuta,auſtera: in aliĳs ſimiliter iudicandum, iuxta experientiæ præſcriptum. Porrò extracto ſpiritu iſto, & ab altero ſeparato, Ecce vinũ ſalutis, in quo philoſophi aliquot ſecula obnixè laborauerunt,nihil tamẽ vnquam ſunt aſſecuti. Et bona pars eorum qui Raimundum ſunt ſecuti,aliquot dolia releuarunt,dũ elicerent quintam eſſentiam vini,nihil prorſus deprehenderunt prętervinum aduſtum,quo perperam pro ſpiritu vini vſi ſunt. Quæ hoc loco requiruntur, alibi in philoſophia de generationibus reperiuntur. Sufficit enim admonuiſſe ſpagyrum qua ratione herbis quinta eſſentia inſit,deniq; quę in his ſunt inueſtiganda.

a *Athanar eſt furnellus.*

De Antimonio Cap. VI.

SIcut antimonium finit aurum, ſic eadem ratione, ac forma finit corpus: in illo enim eſt eſſentia, quæ nihil impuri cum puro confundi ſinit. Neque quiſquam ſpagyricæ artis peritus, deprehendere potis eſt vim atq; adeò virtu-

virtutem antimonij. Nam in principio rerum eò deuenit antimoniũ, & inter metalla, quæ aquæ ſunt, ſic eſt relatum, vt porrò etiam diluuio exacto vis huius genuina, atq; adeò virtus permanſerit, ita vt ſeſe ex influentia ſemper dirigat, neq; aliquid de vi, ac virtute natiua vnquam deceſſerit. Meritò igitur omnia quæ mineralium ſunt, quorũ ſummũ, ac potiſſimum arcanũ in ſe claudit antimoniũ, huic vni tribuimus. Mundat ſeipſum vnà cum reliquis, quæ immunda ſunt. Porrò ſi nihil omnino ſani adeſt, immundum corpus in mundũ trãsformat. Quemadmodũ in expoſitione lepræ habetur: quæ omnia palã declarat, ac indicat ſpagyrica praxis. Sed ne longius quàm par eſt digrediamur, & tandem ad præparandam antimonij virtutem (cuius vel apex vnus, aut iota omnibus codicib. qui in noſtra profeſſione ſunt, præſtat) perueniamus, ſic habe: Principio vide ne corrumpatur antimonium, ſed totũ hoc, quantum eſt, ac integrum maneat, citra vllã amiſſionẽ formę. Sub hac enim deliteſcit antimonij arcanũ, id quod per retortũ impelli de-

bet ſine omni capite mortuo,ac denuò in tertium cohop tertiam naturam reduci. Tum demum erumpit doſis eius gr.iiij. quintæ eſſentiæ meliſſæ adminiſtrata. Huic præterea nihil tribuit [a] Archeus terræ.

a *Archeus eſt diſpoſitio naturæ.*

De Sulphure. Cap. VII.

PRincipiò ardua res eſt, & multis nominibus celebranda, tantã ineſſe vim atq; naturã terræ, quæ balſamũ procreet, cuius eſt hæc natura, vt porrò nihil putreſcere ſinat. At ſi cõſideres reſinas, quarũ potiſſima pars eſt ſulphur, nihil eſt quod ſuperiora laudes. In ſulphure balſamũ eſt, quo de nemo nõ variarũ artiũ ſtudioſus meminiſſe debet: nã in eo ſunt liquores balſami, qui neq; vinũ, neq; mortuũ quicquam putreſcere ſinunt, ſed corpus ita conſeruant, vt nulla neq; influẽtia, neq; naturalis corruptio, vel impreſſa in corpore deprehẽdi poſſit. Nemo miretur hoc loco tã tam ineſſe vim in reſinis terræ, neq; maiorẽ prædicationẽ huius, quã quę balſami ſit ſuper terram creſcentis, & huius

vim

vim atq; virtutem declarantis. Nam in his quę occulta ſunt multò plura deprehenduntur, quàm in his quę manifeſta ſunt. Sic in ſulphure multò plura deprehenduntur, quàm in cæteris reſinarum partibus. De ſulphure autem, vt ad tractandi rationem perueniamus, ſic habe: Eleua ſulphur à colcothar, ſpagyrico more, idq; tantiſper dum non ſuperat ignis, id quod natura colcathar ſulphuri tribuit, idem ſpiritus fixus eſt balſamus terræ. De quo hoc loco paucula admodum ſcribimus. Huius enim virtus experientia patet: & ſi aliqua de gũmi, quædam etiam ex reſinis, cęteraque id genus eiuſdem naturæ ſunt cum balſamo, tamen inter illa primum, ac optimum eſſe puto ſulphur, &c.

De Mercurio Cap. VIII.

Elixir ex Mercurio eadem ratione qua ad tranſmutanda metalla adornatur, confectum plurimum valet ad pellendam mortem. Num eius rubigo, quam Lullij ſectatores falsò florem appellant, nil niſi mors eſt. Sicut enim mors conſumit ac conterit corpus, ſic

rubigo metallum. Quicquid ergo tinctura illa tingit, longæ vitę plurimũ inseruit, & idipſum tãtò efficacius, ac fortius, quantò altius (abſit inuida dicto) gradũ Veneris attigerit, quanto acrius etiã, ac ſubtilius in pręparatione reiteratum fuerit. Neminem deterreant Rupiſciſſæ fabulamẽta, qui ſuo more temerè, ac frigidè ſuper hac re ſcripſit: videlicet in tinctura corporis aurum & id genus alia, quæ Mercurij ſunt: deniq; quicquid ex ſpiritu ſalis, aut arſenici confectum eſt, prorſus eſſe fugiendũ. Ad tincturã Mercurij (cuius virtus eſt ex ſubtili acrimonia, quã à natura Archei habet) propius acceſſerunt Albertus, ac Thomas: in coagulatione autem nimia & gradu reiterationis, quibus totum negotium obruerunt, falſi ſunt. Quamuis in adornanda tinctura eorum quiddã eſt, quod veræ tincturæ finitimum eſt, in hanc ſententiam: Sicut metalla tranſmutantur, ac plenè figuntur, ſic etiam corpus, ad hunc modum: Reduc Mercurium in eleuatione tantiſper, dum in fixum cryſtallum abeat: deinde in reſolutionem, ac coagulationem digere, &
cum

cum auro coniunge, ita vt fermentum eius hoc ipſum fiat. Proinde iuxta præſcriptum Hermetis age vſq; in finem lapidis, cuius doſis eſt granum 1. Huius vis, ac virtus corpus reſeruat integrum.

De Spiritu uini Cap. IX.

SVprà vbi eſſentiæ herbarum memini, nihil aliud niſi vinum eſſe oſtendi, id quod ſic accipias oportet. Spiritus vini à ſubſtantia eiuſdem prodit: nã huius ſubiectio exiſtit vinũ, ſicut marrubium proprij, ac natiui vini. Quare vt ſpiritum vini tanquam eſſentiam, quæ vere elixir eſt, habeas, ſic accipe: Sicut perſicarię libram 1. ſcrup. ij. vini emittit: Sic vini libra 1. plus ſcrupulo 1. non capit. Reliquũ eſt phlegama vini, id quod ad pręſens elixir parum confert. Porrò inquiſitio huius eſſentiæ, fiat ad hunc modum: Digere vinum pellicani infuſum fimo equino, idq; bimeſtre ſpatiũ cõtinuò videbis adeò tenue, ac purũ, vt pinguedinẽ quandam, quæ ſpiritus vini eſt, in ſuperficie vltrò eliciat. Porrò quicquid ſub hac eſt, phlegma citra omnem vini naturam exiſtit. Pinguedo au

tem ſola phialæ incluſa, & per ſe digeſta, ſummæ energiæ eſt ad vitam longã. Non modo autem ad vitã longam, ſed etiam ad alia praxis illa torqueri poteſt & idipſum interuenientibus cinnamomo, xylobalſamo, myrobalanis, & id genus aliјs in hunc modum. Confunde, ac interueniente digeſtione ita coniunge, vt elixiro, quo de hoc loco mentionem facimus, auroq; adiuncto medicina adornetur, quæ omnem conctrationem tollit, ac membra reſoluit.

Extractio Mummiæ Cap. X.

VIrtutum verò ex mũmia extractio, magiſtraliter, vt eo verbo vtar, fit per commiſtionẽ eius cũ eſſentia vini, ex chelidonia quidem ſumpti, nempe, ſi ad decem vſq; dies ſic digeres, in quinque autem diſtilles. Porrò verò digeratur ex integro rurſus, eò vſque quo ſe mummia in liquorem vertat: quo facto tam ſuperno, quàm inferno, ſeparatis nempe ſeorſim à medio, addatur huic ſedecima pars balſami de lignis, terræque ſigillatæ pauladadi pondus duodecimum, ac tantundẽ horizontis liquo-

ris: digerantur ſimul ad ſui menſis ſpacium, quo concluſum ita ſeſe reuerberet. Hoc enim pacto in ſummum vſque gradum aſcendit. Quod quidem eorũ omnium quæ venenis dominantur, potentiſſimum atq; efficaciſſimum eſt.

Satyrionis extractio *Cap.* XI.

QVicquid autem ex ſatyrione elici debet, per ſeparationẽ fiat neceſſum eſt. Vis nanq; in ſatiryone delitеſcit Saturnina, quę quidẽ clam virtutem, qua de gloriari ſatyriõ debebat ſuffuratur ac debilitat, fitq́; ſic eius exaltatio triginta granis minor. Quò fit, vt nõ rarò opem vſurpatus deneget ſatyrion. Quare in eius ſeparatione cõſiderare operæpretium eſt, vt nõ forma quidem, ſed virtus duntaxat ſeparetur, id quod in hanc fit ſententiam: Indigeratur in pane ſiliginis ſatyrion, idq́ue ipſum in ventre equino ad ſuum nempe mẽſem: quo peracto, ipſum quidẽ è pane excipe, abiectis quippe fęcib. Deinceps ſanguinem ſatyrionis probè digeri, deſpumariq́; ſinito: quo ſedato, tũ demum medicinam nactus es, quæ cæte-

ras omnes quæ ad conceptionem attinent, facilè post tergum relinquat.

Extractio primi metalli Cap. XII.

PEr primum metallum summę atq; adeò præcipuæ fiunt cõseruationes corporis, neque tamen ex natura propriç suæ confortationis tam est efficax, sed potius ex virtute mineralium, quæ in se continet. Nam vt vitam longam cõserues, ex principe mineralium hoc proficiscatur necessum est, quandoquidem mineralia physicũ corpus existũt. Atque hoc temperamentum illud est, quod solum atq; vnicũ corrosiuis resistit, operaturq́; tam per chimicum, quã archeicum ares, quin etiam robustissimum quodq; corpus cum debilissimo temperat in vno gradu. Robur siquidẽ præter roboris ares perinde est, atq; debilitas infra gradum ares roboris existens: firmiori quidem adimit, quod imbecilliori præstet, ac vtrunq; in mediũ tandem redigit diametrum, id quod in hunc modum fit: Liquorem corallinũ accipito, eum nempe qui probè diaphanus existat, cui adiunge eius quidem vitrioli

trioli quod est ex Venere, quintam par tem:digerantur in balneo maris ad mē sem suum. Hoc enim pacto separat se vinum metalli primi in summitatem, cæterum quicquid de fęcibus vini est, vitriolum Veneris occupat. Sicq; fit, primus ille metallus, perspicuum, diaphanum, ac rubinum planè vinum, cuius pręcipua virtus, ac potestas in omnibus est mineralibus totius physici corporis.

THEOPHRASTI DE VITA LONGA liber Quartus.

CAP. I.

SEd ne in vita longa quicquā silentio pręterea tur, in hoc libello obseruari cōuenit, quòd intra testā, vltra etiam quintum illud esse, cōclusum est aliquid, ex quo cōiunctio quędā cū corporalis, tū eius quod præter corpus est, extra quintum illud, in longam vitam corpus producit. De

quo ſic habe: Nihil planè eſſe, ac inuiſibile: in ipſo tamen corpore eximium, quod non microcoſmico ſolum corpori longā vitam præſtat, ſed etiam ipſum Dardo in trigeſimum annum vſq; integrum conſeruat, ipſumq́; Anthos ac inſignem illum cheyri vſq; in tertiam cuſtodit ætatem. Hoc nanq; cum Antheras, ac folia ſuſtentet, quantò magis corpus ſuſtentabit microcoſmicum, quod per vniuerſam quatuor elementorū anotomiam perdurare in ſua conſeruatione debet. Quocirca in hac quidem poſitione notandum medico eſt, quòd vniuerſa quatuor elementa, anatomia in vnicam microcoſmi anatomiā contrahi debeat, nō autē ex corporali, ſed potius ex eo quod corporale cōſeruat: quod quidem ſupra quintū illud, cùm hoc, tum reliqua quatuor ſuſtentat. Et ſi nomenclaturam ei iuſtam, ac veram dare oporteat, balſamū ipſum vocare, ex quo vita cōſeruatur iure poſſum, qui ſe à corporis balſamo iure ſeparat, & talis eſt balſamus, qui ipſam quoque naturam antecellat, idq́; ipſum tamen per corporalem operationem.

CAP.

CAPVT II.

POrrò eius quidem balſami, quo de iam dictum, qui longam exhibere vitam debet, declaratio duobus modis fit: Vno qui eiuſcemodi virtus clam, & à caſu accidẽs ex eo ſequitur, quod pleriſq; longa quidem vita tribuitur, qui tamen ipſam, qualis in ſe eſt, agnoſcũt minimè. Alter autem modus per artes fit, eis nempe, qui illam adipiſci coniunctionem poſſunt, neq; tamen idipſum fieri citra medium aliquod poteſt. In hoc enim planè ſita eſt rei ſumma, quòd in eo [a] Iliaſtro, cùm longa, tum breuis etiam vita reperitur. Nam quæ herbis adiuncta eſt, terminum ſuum habet. Similiter etiam ſuum habet terminum, quæ mineralium eſt aquæ, eodem modo [b] Thereniabin quoq;, nec diſſimiliter & [c] Noſtoch. Prærer tamen hæc omnia, talis ac tanta ipſius eſt con iunctionis vis atque poteſtas, vt omne id quodcunque ex quatuor elementis productum fuerit, ſupra primum illũ terminum ſuum conſeruetur: & is eſt terminus iliaſtri. Quo quidem etiam

ſuperatum volumus, ſubtilem illum virum, qui terminum tranſgredi non poſſe ait, quod quidē ſin minus fuerit, ac tranſgrediatur, fieret hoc vel in altero ſaltem. Eorum nanq; ſunt duo: quorum alter quidē tranſgredi nequit (eſt enim terminus in microcoſmi naturā poſitus) alius autem etiā in naturam elementorū, alius verò in quintā eſſentiam quoq;, prætereà & alius ex vltimo iliaſtro. Ii quippe termini in medici poteſtate conſiſtunt, qui in his mutare pro ſuo poteſt arbitrio quod vult, præter ſolum fixum, vbi finem vnà cum ſuijpſius quoque mutatione expectare ipſum oportet.

a *Iliaſtes eſt prima materia, ex qua omnia ortum habent.*
b *Thereniabin ex aere procedit.*
c *Noſtoch eſt ſpecies ignis.*
d *Omnia in terminum creata, & Medicus, & Medicina.*

CAP. III.

HVnc itaq; iliaſtrum ad eum modum intellige, quādoquidem hîc triplices præter quintā eſſentiam vir-

tutes reperiũtur. Eſt enim iliaſter Sanctitus: alter verò iliaſter Paratetus: tertius autẽ iliaſter ille magnus. De priore ſic accipe; Quòd Sanctitus ille longam vitam præſtat, idq; ſecundũ eius qui ipſo vtitur, induſtriam: alter verò idipſum diſpenſat iuxta fauorem. Sed tertius illæſus, citraq; noxam in vita longa conſiſtit. Hinc igitur iliaſtrum hoc in loco comprehenſum expende, quòd primus, ſecundus, & tertius ſimul omnes microcoſmo ſubditi ſunt, ita vt in vnũ eos gamonynum redigere poſſit. Alter verò cogitur nequaquam, ſed quemadmodum fauori conuenit, acquiritur. In tertio perinde habet, vt in Enochdianis ac Heliezatis, non ſecus, atq; de aquaſtro patet. Primùm itaq; ex elementis ſuam ducit originem, veluti teſta cõcludit, ipſiſq; arcanis ſupra quintum eſſe attribuitur. Secũda verò magnalibus aſcribitur. Et tertius ex proprijs ſpecificis ſuis. Ex quo ſequitur terrelatos nymphydicas, aerdados, ſoladinos longã vitam ſuã accipere ſingulos in aliena eſsentia. Illius.n. tertij iliaſtri mors eſt, & tempus, & arbitriũ: iſq; eſt,

qui ſpicæ vltra, quàm ipſa quoque per ſe natura ferat, tribuit, quin & myrrhæ fragrantiam roburq; in leris. Atqui vt vt ſeſe hęc habeant, conſiderandũ medico eſt, vt eiuſcemodi coniunctio non diſſimili modo contingat in corpore, nempe quemadmodum arbor maris, ſemel fixa, atque adeò ſui iuris ab illo facta eſt, fuſusque cheyri probatus ac conſtans: ſic per eandem coniunctionem in microcoſmo idem quoq; poteſt fieri.

CAP. IIII.

CAeterũ de primo illo Iliaſtro, quo pacto ſe habeat in hunc modum accipe, quòd eius vltra mille ſunt ſpecies: non tamen quòd aliud præcellat alio, verùm potius iuxta hoc, vt quilibet microcoſmus peculiarem ſuam, atque adeò perfectam coniunctionem habeat, quilibet, inquam, vtrinque perfectam ſuam ac propriam virtutem. Tanta ſiquidem eſt iliaſtri virtus ac potentia, vt per eum corpus quidem mortuum conſeruetur viuum, in eo nempe, quo primus illo terminus trauſmutatur.

tatur. Quæ quidem vitæ longæ conseruatio ſupra vires noſtras exiſtit, non autem præter vires ſuperiorum: fitque ſuſtentatio eius ad hunc modũ, quod vitam longam tribuit, citra tamen expulſionem morbi: vitam quidem præſtat, non autem bonam valetudinem: nonnunquam verò & vtranque. Sed eiuſcemodi quippe vita longa, quæ ab illo proficiſcitur iliaſtro, annuatim quidem durat ac propagatur: vt alij quidem, in decimum vſq; annum porrigitur, qui in quinto obijſſe debuerat, alij in vigeſimum, qui in decimo. Similiter in quinquageſimũ, qui in trigeſimo: nonnullis in octuageſimum, qui in quinquageſimo: alijs in centeſimũ, quos in octuageſimo, vel ſeptuageſimo vita oportuerat eſſe functos. Maximum autem in centeſimum, ac vigeſimum. Alij verò in tertium, quartum, vel quintum & ſextum (ſicq; deinceps indifferenter) vſque diem, vltra ſuum terminum prolongatur: id quod vniuerſum tum ex ſuperiore, tum inferiore coniunctionibus, perindè atq; hæ duæ conueniunt, accidit.

CAP. V.

SED de vero illo iliaſtro ſic ſe res habet, quòd eiuſmodi quid citra vel ſignificationē, vel neceſſitatem quandam erga maiorem illum iliaſtrum fieri nullo pacto poteſt. Quod quidem in hanc ſententiam intellige, iliaſtrum illum eiuſcemodi vitam longā iam iam producturum, præſtare id minimè gentium poſſe illic, vbi eius vitę longæ locus nullus eſt. Quare obſerua, tale quid non niſi cum trāſmutatione tam loci, quàm elementorum, fieri, ſic nempe: Quemadmodū quatuor elementa in teſta mortalia ſunt, omni momēto nouam conficientes generationē, morti eam exhibent. Sic è regione alia quoq; eſt in ſuo firmamēto fixa, atq; ideò inconcuſſa perdurans, quę nec morbum cauſatur, nec mortē. Qua de re ſic philoſophari licet: Quòd ſpiritus illi fixi nihil planè interire ſinunt, quorū longa vita immobilis eſt ac firma vſq; in tranſmutationē eorundem, rurſusq; in primam. Similitudo ſiquidem ex texta ſumitur, quòd ſecundū fixationem (vt ſic

ſic dixerim) firmamenti, longa vita in vno quidem cõfirmamento prolixior eſt, quàm in alio: tametſi ad primum ſolummodo terminum ſingula attinent. Veruntamẽ eiuſcemodi tranſmutationem nonnulli quoq; comitantur incolæ (ſic enim vocare libet) in decimã, vel duodecimam vſq;. Quorũ mors in deſtructionem quidem ſequetur magni illius firmamẽti, quando vtraq; corpora tam cœleſtia, quàm terreſtria cõmouebũtur, quin & ſupercœleſtia quoq;. Quanquam hoc citra naturę diſcrimẽ fit. In prima nanq; minuta, quando eiuſmodi mutationes accidunt, naturæ orditur putrefactio, fitq; ſuperſtite, ac viuente adhuc corpore proprio.

CAP. VI.

VT autem porrò id quod maximè neceſſariũ eſt in hoc proceſſu erga iliaſtrum deſcribamus: Principiò vt impurum animatum depuretur citra ſeparationem elemẽtorum, quod fit per tuam ipſius imaginationem, cùm ea in animi tui confirmamẽto conſiſtit, pręter omnem corporalem ac mecha-

nicum laborem. Quæ quidem dispositio ex eo contingit, quò sese homo gradatur in animo, vt æqualis reddatur Enochdianis. Non quòd Enochdianam agere vitam cupiat, animo tamen ab ea per diametrum distet. Quare microsmum in sua interiore anatomia reuerberari oportet in supremam vsque reuerberationem sese impurum consumit: fixum autem, quod ab impuro destruitur, sine ferrugine permanet. Nec tamen ignis est, cui salamandrina adesse possit essentia Melosinicámue Ares, sed potius retorta quædam distillatio ex medio centri, supra omnes carbonum ignes. Facta autem eiusmodi reuerberatione in vltimo quidem termino fulmen exhibet physicum, non secus atq; separant sese ab inuicem Saturni fulmen, & Solis. Itaq; quicquid per hoc fulmen incedit vitæ longæ est, magni nimirum illius iliastri. Atque hæc quidem fulminatio, & præcedens eius reuerberatio nihil quidem ponderi adimit, sed magis turbulentiæ corporis, idque ex colorum diaphinorum ratione.

CAP. VII.

PRætereà verò ab iliastro primę potestatis eiuſcemodi vita longa non eſt. Inferiorem enim gradum præbet. Sed is tamen eſt, qui eo in loco ſeparat, & perinde vt res fixa non fixam ſeruare poteſt, à morte microcoſmum defendit: quandoquidem eius operatio non eſt, vt ſeparet, verùm potius, vt per arcana illa perſpicua indigeſtum vincat, quò minus ſuccedat eius perditio: Similis ei, qui mala bonis ſuperat. Velut mummia, quæ vnà cum corpore à partu procedit, ipſa quidē per ſe bona, corpus autem malum ac putridum. Quancunq; igitur vitā corpus viuit, ex ſola viuit mummia: proprium enim eius ac natiuum eſt, vt putreſcat, rurſusque in ſtercus, cuius membrum eſt, abeat, id quod continuum eius ſtudium eſt. Cæterùm mummia non item: nequitiam enim illi ſuam frangit, atque ſuo ipſum proprio conſeruat arbitrio, quò minus id quod conatur aliquādo efficiat. Quamobrem ſic ſonat eius receptum, quòd mummia ſuper-

cœlestis microcosmũ plus, quàm propria eius mummia sustentat. Quoties enim mummia, toties item alius terminus: tametsi neq; tempus, neq; numerus in huiusmodi terminis repertus est: perdurat enim eò vsq; quò secundam euitare generationem non potest amplius: nam in hoc peritus esse physicus debet, quòd quælibet prima materia vltimam quidem expellat. Quare generatio vermium híc orditur, vbi vltima materia physici corporis sese ostendit: hunc igitur iliastrum obserua, quòd vermium generationē non modò non destruit, verùm etiam cùm earum adsit materia, generationem ne impediat quidem, quam tamen præuenire mummia debet.

CAP. VIII.

AD horum omnium conclusionē, principiò nota, quòd naturalis mummia ex tribus illis anatomijs componi debet, quo peregrinus microcosmus physicũ corpus gubernet, id quod extrinsecus fieri necesũ est, siue per elemētum aquę, velut per eius metalla,

ſalia,& id genus:ſeu per elementũ terræ, vt per eius herbas ſiue boletos:aut in thereniabin,vel [a] noſtoch: nam hæc omnia mãſiones ſunt rerũ ſupercœleſtiũ. Quamobrẽ nemo miretur,quòd ingentes paſſim meliſſę virtutes deſcribuntur. Quando enim in hac ſupercœleſtis coniunctio ſeſe vnit, quis virtutẽ ei quantumuis eximiam abneget? Atq; hæc quidem ſunt magnalia, quæ in ſe Bamahemi quoq; continẽt, atq; is planè iloch eſt, qui ex vero cõpoſitus aniado, eidem elementato adimi nullo pacto poteſt, id quod fit per exaltationes vtriuſq; mundi:perinde atq; vrticę exaltationes adurunt, nitetq́; ac ſplendet flammulæ color. In huiuſmodi tamen exaltationibus virtus eorum traduci in aliud poteſt. Ad hunc igitur modum dignoſcere exaltationes diſcite, quæ vrtica longè potiores exiſtũt, idq́; ipſum, vt in vero Maio, vbi Aniadorũ exaltationes ordiuntur, eaſdẽ colligatis. Neq; enim virtutũ exaltationes in [b] matricibus duntaxat ſitę ſunt, verùm etiã in ſupercœleſtibus. Vulgaris quippe ac velut nihili Idęus is eſſet, qui vnã

ſolummodo rem viſui ſubiectã fabricare noſſet, nec præter ea, quæ tangi poſſunt, creaſſet maiora quædam. Enimuerò alium quendã Maium conſtruxit, vbi ſe flores exaltant supercœleſtes, in quo extrahi Anachmus debet, ac ſeruari, non ſecus atque muſcus in pomambra, & ſicut auri virtus in Laudano deliteſcit: cuiuſmodi quidem Anachmi virtutes quando colliguntur, tum demùm de longa vita lætari meritò potes.

a *Noſtoch eſt ſpecies ignis.*
b *matrices.elementa.*

THEOPHRASTI DE VITA LONGA
Liber quintus.
CAPVT I.

SVPRA in primo libro fundamenta ieci vitæ longæ, ea hoc loco abſoluemus. Non enim video, cur ea quę ad integram vitam, atque adeò ſanam pertinent, hîc denuò

nuò repetam. Cùm in ſuperioribus libris, ſecundo & tertio, de his à nobis ſatis abundè dictum ſit: quare in hoc quinto libro ſupremã manum imponam his, quæ ſuprà in primo libro, de ea, quæ præter naturã eſt, vita, incœpimus: & idipſum pro ratione theorica. Principiò proponimus vniuerſis ſpagyricis, cùm Adæ, tum Mathuſalem ætatem, id quod in ſecundo capite ſequenti indicabitur. Antequam tamen ad illa perueniamus, prius de vita longa, quæ in manu illius maximi iliaſtri eſt, exactè dicemus, idque pro ratione magnalium. Vbi plurima de libero arbitrio accipienda eſſe admoneo, quàm quę nos ex elementis adminiſtrare poſſumus. Hæc, vt clarius ac rudius pateãt, principiò oportet fingamus Enochdianos, quam influentiam ſi in mente noſtra, perinde ac ignem in ligno, non ſine vulgari virtute geſſerimus, fieri poteſt, vt ad hanc vitam perueniamus, vel nullo negotio: id quod exemplo Ioharneris palàm fit, cuius natura, neque vnam ætatem ſolùm, neque ſeculum vnum duntaxat comprehendit.

Sed in his meis paramiricis libellis prę-
beam calumniandi anſam his,qui ſcri-
pturas variæ torquent: nihil certi hoc
primo capite definiemus de vita ſum-
mi iliaſtis: num hic in corporalibus e-
lementis ſit,aut porrò etiam in quinto
viuat, vbi nullum corpus occurrit,vbi
non modò ij,quibus de mentionem fe
cimus,viuunt,ſed etiam ij,quos ſomno
ſepultos credimus. Hęc,inquam,om-
nia ſublimioribus ſpiritibus tantiſper
exiſtimanda relinquimus, dum infrà
ad illa venerimus. Porrò ſi impelletur
iliaſtes ille ſummus, aut aliquo ſaltem
haberet opus, facilè eò,quicquid eſſet
Enochdianum perueniret, vbi vniuer-
ſa vita noſtra longa ſuis locis in æthe-
re,ac nubibus collocaretur. Sed ſemel
ſaturauit ſe iliaſtes,vt porrò nō careat,
neque aliquo habeat opus. Quare in
hoc libro vltimo ſingula pro ratione
primi libri tractabimus.

CAPVT II.

SED vt tandem ad finē deducamus
ea,quę de vita longa tractare incœ-
pimus,principiò indicabimus,quid vi-
ta lon-

ta longa sit. Terminus vitæ longę com plectitur in se 1000, aut 900, aut ad minimum 600 annos. De scaturigine autem huius, quæ pręter naturam est, vitę sic accipe. Duæ sunt in hominis potestate vires, vna naturalis, qua de dictũ est vsq; ad natiuum finem. Alia aeria, in hac enim nihil est corporale. Qua re incorporalia hunc nostrũ libellum absoluunt. Miseros hoc loco mortales, quibus primum ac optimũ thesaurum (quem naturę monarchia in se claudit) natura recusauit, puta, naturæ lumen. Ne porrò in hac laboremus frustrà. In philosophia autẽ, quia desinit ac abit natura aniadum, recordabimur, neque porrò mentionem faciemus philosophiæ. Missas igitur faciamus res naturales, missa etiam facimus quęcunq; sunt ex elemẽtis insuper etiã gesta helissimi dan: deniq; quæcunq; suprà diximus, quæ sub chao id quod summus iliastes existit, delitescunt. Et in manus ea, quibus de mẽtionem in 1. lib. facere cœpi, tandem accipimus. Vt igitur ad annũ Aniadin, aut etiã vltra perueniamus, obseruandę sunt regulę sequentes. Nemi-

nem offendant, quæ hoc loco de Nymphidida dicturi sumus, quo loco simul indicabitur vis, ac natura guarinorum, saldinorũ, deniq; salamandrinorum, & quicquid est melosinæ. Porrò si quem præsens locus abalienaret, neminẽ offendat, sed potius finem huius opusculi adeat, vbi singula videbit.

CAP. III.

SED vt simul innotescant cùm locis, tum corpus in his rebus, quod certa quadam concordantia ordinari debet, ac disponi. Principiò obseruãda est soli natura, quod iliastis est: nam aliud ab 300 vsq; ad 600 annos conseruat, id quod ad eos codices relegamus, qui tractant de natura elementorum. Porrò quicquid ex sui natura simul etiam loci naturam admittit, haud dissimiliter priori seculo in vnam conclusionem cogitur. Vbicunque verò coeunt, cùm loci, tum corporis natura simul illic vel nullo negotio peruenitur ad 600 annum: quorum aliquot, qui istuc ætatis attigerunt, commemorare possem, nisi aliò properaret calamus.

Sunt

Sunt præterea qui aliquandiu clàm,atque adeò furtim sunt seruati, idq́; per vitam longam. Quorum ratio,quia nulla, nisi quatenus iliasti tribuerunt, & hoc loco prætereundum censeo. Sic quicquid non est aeriæ vitæ, hoc loco tollitur. Sequuntur ergo qui vitam aeream vixerunt, quorum alij à 600. annis ad 1000. & 1100. annũ peruenerunt, id quod iuxta pręscriptum magnalium quę facilè deprehedũtur,ad hunc modum accipe: Compara [a] aniadum, idq́; per solum aera. cuius vis tanta est,vt nihil cum illo cõmune habeat terminus vitæ. Porrò si abest iam dictus aer,erumpit extrinsecùs id,quod in capsula delitescit. Iam si idem ab illo, quod denuò renouatur,fuerit refertum, ac denuo in medium perlatum,scilicet extra id, sub quo prius delitescebat,imò adhuc delitescit,iam vt res tranquilla prorsus nõ audiatur à re corporali,&vt solùm aniadum adech,deniq; & edochinum resonet. Porrò etiã hæc tria, & quod in hæc tria vergit,non quatuor,sed vnum sint, habebis longissimam vitam delitescentem. Hinc est natiuitatis magni illius a-

quaſtri, qui præter naturam natus eſt. Hoc & ſi id quod extrinſecus erat, nequaquam deprehendere potuit: tamē hîc præbuit occaſionem id quod extrinſecus iliaſtes fuit, &c.

CAP. IIII.

REſtat adhuc in hac monarchía, cuius nos magnus ille ſenio maximo pere cōmonefacit, videlicet longè aliā eſſe vitam ab ea, quā nos plenè præſcripſimus: quæ tunc alia nos perſtringet, cū ſingula tranſibunt, qui calcat, & qui calcatur, nihilominus tamē vtraq; manebūt, id quod non ſatis intellexerunt hectenus Eliani. Tum demum erit quā do ſimul omnia deſinent, qud vnà mecum indagaſtis, iam inde à primo ad nouiſſimum vſque. Sed par eſt, vt ſemel etiam probemus ea quæ tractare incæpimus, idq; non philoſphica ratione, ſed eſſentia ipſa, quę vel ſola hoc loci huius meminimus plurimū valebit. Hoc loco quo de plenè loquimur, miraberis forſan, ac quęres, Nū vita ſana poſſit eſſe coniuncta cum vita longa? De hoc igitur

gitur hæc paucula notato. Duplicẽ esse essentiam, alteri sanitatem & fixam: alteri ægritudinem & similiter fixam inesse. Quod autem ad locum & immutationes istorũ attinet, nihil prorsus immutamus. Porrò quorsum attinet frustra his immorari, quę nobis lumen naturę recusauit? Prętereà ille, qui ex animi libidine nobiscum agit, indicat, ac rursus hiantes nos deserit. Quare hoc loco prę teribimus, quæ vires nostras superant, & creaturas aliquot, vitę mirabiliter lõgæ, & eas sine fato commemorare incipiemus. Inter quas sunt Laureus, Siconius, Hildonius, & alij pleriq; , quarum natiuitatẽ, siue mortem naturalem nemo vnquam neq; deprehendit, neque audiuit. Adde naturam & essentiam illarum. & quotumquẽq; reperias, qui vel apiculum de his scripserit? quanquam Paramyrica scripta nonnihil de his habeant: tamẽ sicut semel hoc fuit, ac rursus desijt, ita etiã vnà intellectus abijt. His igitur concludimus, quicquid est vitæ longæ, idq; extra necrolicas, quemadmodum in sequentibus patebit.

CAP. V.

NOn pili fecerim eum, qui ſub Lullianis artibus ſe falſo, vt Necroliũ venditat, & improbat id quod in quatuor Scaiolis comprehenditur, & me vt ſummum Scaiolam prędicat, ita vt pro ratione cedurinorum poſſim adoriri necrolias artes. At ego vel hydros Scaiolis vnà cum æmulis inuideo. Quid dicam hoc loco de his, quę Muſa ſagax in canonib. ſuis vnà cum narcoticis quatuor Scaiolarum complectitur, quæ vobiſcum indormiſcunt, tymporaque in vobis Anodynica reddunt. Et ego vos etiam atq; etiam in tantum ſtuporem adduco, vt in notitiã papaueris redigamini. Sed miſſa facio illa, & in hoc ſolùm laboro, quod in ſuperioribus lib. hactenus monui, in coſmographica ſcilicet vita, vbi cũ locus tum corpus Ieſahach apparent. Porrò etiã quæ pręſcribo, præter loci ac corporis vires, idque ſpagyricæ pręſcribo, hydromanticæ, & pyrotenchans. Sed quid attinet hæc cõmemorare vobis omnibus, quorum ne nomina quidem noui? qui & ſi necrolios

lios agitis, & in cyphanto nonnihil experti, tamen indormiſcunt pulſatiles. Hæc omnia ego abſolui, ea quiſquis intelligit, optimo iure ſe ſpagyrici nomine venditet; ac tum demũ quintũ cap. ediſcere laboret, in quo me plurimum offendunt Scaiolę, Nam in his nulla ineſt mortalitas. Sub hæc igitur concludo totius rei ſummam, & affirmo eum eſſe immortalem, quicunq; pro ratione Scaiolarũ vixerit, id quod per Enochdianos, & ſui ſequaces probo. Neque hũc locum infriget aquaſter. Porrò ſi pro ratione Necroliorum Scaiolis inſererer, eſſet quod excipiendum ducerẽ, id quod maximus ille Adech anteuertit, & propoſitum noſtrum, at non modum deducit: Quod vobis Theoricis diſcutiendum relinquo. Atq; ad hunc modũ abijt è nymphididica natura interuenientibus Scaiolis in aliam tranſmutationem permanſura Meloſyne, ſi difficilis ille Adech annuiſſet, qui vtrunque exiſtit, cùm mors, tum vita Scaiolarum. Annuit præterea prima tempora, ſed ad finem ſeipſum immutat, Ex quibus colligo ſupermonica figmenta in

cyphantis aperire fenestram. Sed vt ea figantur, recusant gesta Melosines, quæ cuiusmodi sunt, missa facimus. Sed ad naturam nymphididicam. Ea vt in animis nostris concipiatur, atque ita ad annũ aniadin immortales perueniamus, arripimus characteres Veneris: quos & si vos vnà cum alijs cognoscitis, minimè tamen vsurpatis. Idipsum autem absoluimus eo quod in prioribus capitib. indicauimus, vt hanc vitam securè tandem adsequamur, in qua aniadus dominatur ac regnat, & cum eo, cui sine fine assistimus, permanet. Hæc atq; alia arcana, nulla re prorsus indigẽt. Et in hunc modum vitam longam conclusam relinquimus.

Theophrasti ex Hohenheim, librorum quinque de vita longa finis.

PIO LECTORI SALV-TEM ADAM A BODENSTEIN Philosophiæ & Medicinæ Doctor.



Andide lector, neminem latere arbitror quàm male diuinus ille philosophus, & medicorũ celeberrimus Aurelius Theophrastus Paracelsus, non solùm apud externos, verùm etiã suos nempe Germanos hucusq; audierit, ob peruersum imperitorum iudicium, quasi talis esset, qui multa scriberet, nihilq; sani doceret, multaq; medicamina in medium proponeret, quæ hominibus plus damni quàm cõmodi inferrent. E quorũ numero laudanũ eius à multis hactenus quasi perniciosum & planè exitiale medicamen minus dextrè diffamatum est. Proinde ad liberandũ ipsum Theophrastũ & eius laudanũ, summa laude dignissimũ, ab hac calũnia, vt omnes sani iudicij videãt, ac intelligãt illud ex veris fontibus arcanorũ naturæ & medicinæ productum, his Theophrasti de vita longa libris annectere formulam eius volui, quo bo-

nis medicis ſit frugi, inſipientibus verò, pro bro & admonitioni, vt in poſterum quod nõ intelligant, vituperare deſinant. Addidiſ- ſem ſanè certiſſimum ſummumq́ remediũ contra omnia venenorum genera, non ſo- lùm vegetabilium, verùm etiam animiliũ, mineralium, metallorum, & microcoſmi, ſed eam ob cauſam diſtuli, vt videã quàm gratum te erga Theophraſtum noſtrum ſis oſtenſurus.

Deſcriptio Laudani, quo uſus eſt in deplora- tis diſſolutisq; morbis, ita habet.

Accipe orizei foliati vnciam
Margaritarum non perforatarum vnciam ſemis,
Florum antimonij,
Aſphalti, ſingulorum drachmam,
Croci orientalis drachmas tres,
Myrrhæ Romanæ,
Aloes ſuccotrini ana ad pondus om nium, reduc ad formam.
Doſis à granis quatuor, vel ſeptem ad decem vſque.

Eſt

Eſt aliud Laudanum contra febres præſtan-tiſsimum quod accipit.

Antimonij præparati libram,
Sacchari candidi libram medicina-lem,
Fiat puluis ſubtilis, Deſtilletur in arena aut balneo iuxta artem. Huius olei accipe vncias duas,
Aloe ſuccotrini vnciam,
Ambrę vnciam ſemis,
Croci ſelectiſſimi drachmas ſex,
Reducantur ſucceſſiuè in maſſam, fiant pilulæ paruæ, dentur tria cum conſerua boraginis ante acceſſionem febris, inducaturq; ſudor, ſi fieri poteſt.

His lætare, fruere in laudem
Ieſu Chriſti, &
Vale.

AVREOLVS THEO-PHRASTVS PARACELSVS de tribus ſubſtantijs primiſq; Principijs.

CAP. I.

OMNE creſcentium à natura productum in tribus ornatiſſimè poſitum eſſe comperimus, videlicet in Sale, Sulphure & Mercurio: quorum triũ coniunctione cõflatur corpus, & vnita ſubſtãtia. Quod ad corpus attinet, eius hic nulla fit mentio, ſed illius duntaxat quod in eo continetur: cuius operatio triplex, vna Salis, hæc purgat, mundificat, balſamoque ſuo cõſeruat, ac in illa dominium habet, quæ tẽdunt in putrefactionẽ. Alia eſt Sulphuris, & in ea quæ ſuperflua ſunt ex alijs duobus, aut incipiũt corrumpi, dominatur. Tertia Mercurij, quę quidem aufert omne, quod habet conſumptionis initium.

Forma trium, liquor eſt Mercurij, Sulphuris oleum, & alcali Salis. Mercurius ſulphure caret, atq; ſale: mercurio ſaleque ſulphur, & ſulphure ſal mercurioq; cùm

cum tamen vnumquodq; per se solum existit in sua potētia. Sed in morbis permixtis rerum istarum separatio non est perfecta, quia duorum aut trium operationes in vno quandoque reperiuntur, vt in Hydropisi, & in aliȷs similibus morbis. Aegritudines permixtæ sunt illæ, quæ sua siccum, humidum, temperatū excedunt, &c. sicuti sæpe Mercurius, & Sulphur curant Paralysim, ea de causa, quòd ibidem corporale sulphur admixtum, aut in confiniȷs læsum est. Considerandum itaq; morbum aliquem dupliciter aut tripliciter posse commisceri. Simplicium vtique medicus, in liquore, oleo, & sale ponderare gradus, & quantam in istis exaltationem habeant perpendere, morbique statum in confiniorum læsionibus, & cum simili iudicio liquorem, sal & sulphur extrahere, necnon quibus opus erit attribuere debet: methodum hanc obseruando, scilicet, quòd vnum læsioni medicamentum, alterum verò morbo sit administrandum.

Caput II.

SAlia purgandi vires habent, diuersis tamen rationibus. Aliqua per successum, & ita sunt duplicia, quorum vnum sal rei dicitur, hoc digerit in exitum: Alterum est sal naturæ, quod agit in expulsionem. Absque salibus nulla purgatio fieri potest, inde sali naturæ vulgi salia conferre colligendum est.

Nonnulla per vomitum purgāt, illa sunt crassiora, quæ orificio ventriculi superius adherentia, non transeunt in digestionem. Alia per sudorem, & sunt omnium subtilissima, seque recipiunt in sanguinē. Ad stercora salia quę sunt, & ad vomitum, sanguini minimè commiscetur, hinc fit vt sudorem etiam nō prouocent, quia sudor aliud nihil est quàm sal. Quædam per vrinam purgāt, quæ tota sal etiam existit superfluum. Stercus autem est superfluum sulphur. Ex liquore superflui nihil exit, sed in se manet. Sunt igitur egesta quęuis à corpore per salium operationes, expulsa phlegmata, sicuti per nares aures, aut oculos, aliasq; partes corporis videmus fieri: quæ quidem ex Archeo de quo

suas

ſuas virtutes accipiunt, intelligi debẽt, vt infrà dicetur latius. Cum igitur ſaliũ virtus laxatiua proueniat ex Archeo, vnum purgat ventriculum, quum ex Archei ventriculo fuerit: aliud ſplenem, ſi fuerit ex Archei ſplene: ſic de cerebro, iecinore, & pulmone cæteriſq; mẽbris, atq; partibus intelligendum erit: Archei membra ſcilicet, microcoſmi mẽbrorum eſſe regimina. Alcalium etiam varia ſunt genera ſalium: vnum eſt dulce veluti caſſia, hoc eſt ſal ſeparatum, quod in mineralibus antimonium dicitur. Acidum eſt aliud, ſicut ſal gemmæ. Aliquod aſperũ, vt zingiber. Reliquum eſt amarũ, vti reperitur in Reubarbaro, coloquintida, & cęteris. Alcalium etiam quædam naſcuntur, vt Harmel: alia quidem extrahuntur, vt ſcamonea: multa coagulantur vt abſinthiaca, quorũ intellectus omniũ ex rerum in eſſentia ſalina cognitione depẽdet. Similiter nonnulla per ſudorem purgant, alia per cõſuntionẽ vel alio quouis modo: nã pro ſaporis veritate ſalium, eſt eorum etiam operatio diuerſa nempe rei, & extincta.

Caput III.

SVlphuris operatio, eſt exſiccatio, & conſuntio ſuperflui in ſeipſo, vel in alio modo ſuperfluitas huiuſmodi ſub iecta ſalibus non fuerit. Vt in Hydropiſi requiritur medicina saliũ ex Archei iecinore tracta, qua putrefactũ & corruptum expelli queat: vt morbus tamẽ auferatur, neceſſariũ eſt ſulphur, cui morbus hic in origine ſua ſubijcitur: licet vnũquodq; ſulphur idipſum præſtare non valet. Ex elementorum natura productum eſt, vt omnis morbus ex natura corporis ortus, ex oppoſito ſibi correſpondentem ex elementali natura partem habeat: quod vniuerſaliter & particulariter id accidere ſolet. Quapropter morborum genera quæuis, ex elementorum generibus cognoſci debent: alterum enim alterius eſt indicium.

Caput IIII.

MErcurius, omne quod à ſale ſulphureque recedit ad ſe recipit, vt in morbis ligamentorum, arteriarum, iuncturarum, articulorum, &c. Quamobrem

rem in huiuſmodi morbis vnicè curandum eſt, vt Mercurij liquor auferatur, & quæuis ægritudo per ſuum appropriatum, vt à ſpecialitate rerum in ipſa natura demonſtratur, & in Philoſophia de re & natura: quòd breuitati ſtudentes hoc loco non recenſemus.

Caput V.

EX pręcedentibus colligi debet, morborum tria genera cuius medico præſupponenda, ſcilicet vnum ex ſale, ſecundum ex ſulphure, tertium ex mercurio. Ex ſale quidem hoc modo: Quilibet morbus laxus à ſale regitur, vt fluxus ventris, dyſenteria, diarrhœa, lienteria, &c. & eſt illud ſal quod ſuo loco poſitum, & à quo, ſiue ſana, ſiue corrupta quæuis egeſtio profluit. Vnum eſt ſal naturæ: corruptum eſt alterum, & reſolutum: inde ſequitur eius curam per ſalia fiendam, id eſt, ſal vnum, alterum ſal rectificare, ſeparareq; hoc quod reſolutum eſt ab integro debere.

Poſtmodum ſequitur cura ſulphurea, tãquam ſalium operationum cõfirmatio, cuius poteſtatem habet, eſtque ſul-

phur ſpeciatum ex vi Archei.

Ex Mercurio proueniunt arteriarũ, ligamentorum, oſſium, neruorum & ſimilium ægritudines, quia in alijs partibus corporis non prædominatur ſubſtantia mercurij corporalis, quàm in exterioribus membris.

Sulphur quidem interiora membra lædit, vti cor, hæpar, cerebrũ, renes, &c. qui ſulphurei morbi nominari propriè debẽt, quia in ipſis eſt ſubſtãtia ſulphurea. Exẽpli gratia: colicam aſſumamus, cuius origo ſal eſt, ob inteſtina quibus ſal prædominatur, & in eis varia genera colicæ producit: vnum quum reſoluitur: alterum, vbi nimium induratur, & ſuum temperamentum excedẽs, ad humidum vel ſiccum præter æquitatem exceſſerit. Quapropter in cura colicæ ſalia elementata ſal humaum rectificare debent: & cum demùm aliud additum fuerit, vti ſulphur, curam hanc exiſtimabis colicæ veram.

In morbis mercurialibus, & ſulphureis, eorũ appropriata ſunt aſſumenda, nõ contraria per contraria, ſed propria solùm ad ſuum innatũ: frigiditas caliditatem

tatem non vincit, nec è contrà. Cura ſumenda eſt ex eo, quod morbum auxit (aliàs) produxit, & eius loco.

CAP. VI.

SVbdiuiduntur iterum genera morborum in varios ramos, locuſtas, & folia, nihilominus cura diuerſa non eſt, quia morbus mercurialis eſt exemplar, ex quo mercurij liquoris etiam ramorum, locuſtarum, & foliorū (correſpondentium tamen) varietas cognoſcitur, vt in puſtulis, quarum genera ſub mercurio cōtinentur omnia, quòd morbis hic mercurialis exiſtat. Nōnulli Gallici morbi ſub mercurio vulgi concludun tur, puſtulę quędam ſub mercurio metallino, alij ſub mercurio xilohebani, multi ſub mercurio antimonij, cuius cauſa eſt, quòd mercurius ad ſuas proprias locuſtas ex ordine ſuæ naturę, nō pręter ordinem tendit ad improprias. Qua de re liquores mercurij neceſſario ſunt cognoſcendi, cùm ipſe mercu rius idipſum curet, quòd ſale ſuo proprio corrumpitur, & alio: nam in eo vis cōſolidatiua & incarnatiua (ſicuti pro

natura mercurij) sita est. Mercurialis iste liquor varius in rebus esse reperitur, vt in metallis, veluti metallũ: in Iunipero & Hebeno sicuti lignũ: in margaritis, talcis & cachimia, sicuti minerale quid: in brassatella, persicaria & serpentina velut herbę: est tamen idem, & vnicus mercurius, qui se diuersimodè cernendũ prębet. Quod iam de pustulis dictum est, hoc ipsum de suis vlceribus intelligendum erit, quædã ex mercurio de persicaria curam expetunt, alia ex mercurio de arsenico, nonulla ex mercurio de xiloguaiacano. Qua de causa morborũ, & rerũ arbores cognoscere medico necessarium foret, quarũ triplicitatis pars vna salis est, quę dupla ta reb:s, & alimenti reperitur. idẽ in arbore sulphuris & mercurij iudicari debet. Maximopere cauendũ est medico ne duas arbores in vna cura permisceat, sed methodũ hanc obseruare conetur, quæ mercurialibus morbis mercuriũ, sal salinis, & sulphureis sulphur, ac vnicuiq; morbo suum appropriatũ adhibendũ esse docet naturaliter. Medicamentorum igitur tria genera, totidem

dem & morborum esse comperiuntur: inde vaniloquiorũ & cauillationũ prolixitates Auicennę, Mesue, necnon aliorum fugiendas esse cõstat apertissimè.

CAP. VII.

VT medicus animi sui conceptum breuibus, & leuiter extricare valeat morbos omnes, & quẽlibet sub suæ curę nomen, vti suprà narratũ est, concludere debet, non dicere, morbus hic est Icteritia, quoniã experti nõ est medici, quod & quiuis rustici famulus, hoc ipsum effutire nouit: sed ita loqui, morbus est leseoli, verè medicorũ est: nã vnico vocabulo morbi cura, proprietas, nomẽ, qualitas, dispositio, ars & sciẽtia simul includũtur. Leseolus.n. Ictericiã, & non aliũ curat morbũ. Huius morbi talis diffinitio caret errorib. & eius cura probatur ex eo, quòd in leseolo diaphanitas salis maxima, quæ magis quã fusus topazius tingit & fixat, reperitur. Est etiã Icteritia sal in flauo colore diaphanũ, quòd suo simili pelli debet. Non aliàs Ansenata, & sal producens ictericiã, illud est mater Ansenonę & leseoli,

ſed ex bina matre, ſcilicet animali,& elementali ſumens originē. Sunt igitur ex hoc libello tres arbores iſtę peroptimè diſcendę, quia quicunq; ſemen earum ignorauerit, erroribus talem ſcatere neceſſum eſt. Latius dicendum erit, hic eſt morbus Auri(non lepra nec ſpecies eius) ſic loquitur verus medicus, eo ſermone demonſtrans, curam ſe veram habere lepræ: nouit & cuſtos in pagis dicere,hęc eſt lepra. Hæc tu loquere, morbus hic eſt tincturæ: colliget inde medicus expertus cognitionem tincturarum habere te, earumq́; regenerationis,& ætatis reſtaurationis, ignarum non iudicabit. Cùm dixeris, morbus eſt vitrioli, ſapiens mox intelliget,ſpecies Epilepſiæ curaſſe te per oleum vitrioli, vel ſpiritum eius: hæc & ſimilia docent antiquorum ſcripta.

Sed quāuis ad huius inſtituti mei theorica non pertineant, volui tamen his indicare, qua ratione medicinę theorica finienda ſit, ac ad ſuam practicam deducenda: quòd etiam theoricæ tantùm id fecerim,cauſam eſſe putes,quia ſpecialis illorum natura, de trium antedictorum

tedictorum fontibus, naturæq́; mysteria per antiquiſſimos authores illis inclusa peti debent: per quos etiam theoricam, quoad amborum originem, elementorum ſcilicet in ſuis productionibus, & animalium ſuis in generationibus firmiſſimè probare poſſum, & ex ipſis theoricæ fundamentum immotiſſimum ponere.

CAP. VIII.

VT clarius ex theorica pateat vnde ſint incarnatiua, dicimus, ea ſolū ex mercurio fore, qui non tardè, ſed expeditiſſimè, ſicuti per mercuriū in reſina, citius mercurio mumiæ, mercurióque tartari citiſſimè vulnera, nec non vlcera, Cancrum, Eſtiomenam, & Heriſipilam curat. Plurimæ ſunt huiuſmodi vires mercuriales in elementis, & in annualibus circuitibus, quæ quidem omnes prodeunt in lucem, his qui locum, in quo mercurius, & aliæ partes exiſtunt, ac mercurium ipſum vnum in topazinum, alium in crocum ſandalinum, & alium in ſpiritum, quemlibet in exaltatione ſua, qua magis delecta-

tur, esseq; debet, præparare norunt. Est enim ad vsus necessitatem peculiariter extrahendus, ad vires incarnatiuas, & cōsolidatiuas, quas etiam in mercurio duntaxat, in quo post separationē, sulphur nullum, neq; sal remanserit, sed qui purus sit omnino, hoc loco dicimus existere. Non secus est de sulphure, quorū vsus & exaltationes cognoscenda sunt illi, qui medicus aliàs nominari, nec non ægros artificiosè curare cupit. Miraretur Porphyrius, hominemq; delirum efficeret audire, Saphirum & Iaspidem, lapidesq; preciosos fore mercurium, quòd non oculis id cerneret, manibusq; tractaret: quid mirum, cùm nullam experientiam habuerit vnquam, nec eam discendi cupidus extiterit? nihilominus vitulos allatrat.

CAP. IX.

QVòd zingiber diaphanum existat salis est de cuius corpore constat occasio. Huiusmodi virtus est ignis, per quem generationes ebulliūt (vt in philosophia) tum per suam bullitionem deoppilat, humoresq; sulphuris, salis & mercurij,

mercurij, in secundum, tertium & quartum ebullitorũ gradus cogit, ac secundum istam salis igneitatem, gradũ ascendit, ex quo destillant humiditates per poros, & guttas ocularitter. Sic etiã de mundificatiuis, ex sola mundificationis virtute salis id efficiũt, sicut mel, & alia: sequitur inde, quòd in melle balsami sal habeatur, quod corruptionem vitat, hoc idem & in balsamo sal (quod omniũ, quæ natura produxit, nobilissimum est) efficit. Attractiua virtus est ex natura sulphuris, vt gũmi quæuis ex vi suæ sulphureitatis attrahunt: & mastix sulphur est ita productũ, sic & oppopanacum, galbanũ, & alia multa. Eorum opinio non est obseruanda, qui dicunt, Caliditatis est attrahere, sed ita loquere tu veritatẽ, Sulphuris est attrahere. Nam calida solùm trahunt à locis, quibus adiacent, & in quibus aduruntur: causa hęc est, id quod vritur est sulphur non fixum, ideo recedit: gummi verò laxatiua quoq; & similia sunt etiã attractiua de locis, in quibus non existunt, sicut Magnes. Quòd autem salia etiam attrahãt, efficit hoc sal, quod impressũ

est sulphuri, eiusq; spiritu coagulatum, quare longius, vel à loco distantiori trahit, quàm situm est.

Pariter & repercussiua sunt sulphurea siue calida, frigida, viridia, vel cœrulea fuerint. Repercussiui sulphuris est, ad centrum se recipere, deq; mobilibus quicquid arripit ante se pellere. Non est, vti loquuntur frigidi repercutere: boni viri qui hoc dicunt, opinantur cauda se tenere vulpem, cùm tamẽ in anum illi manum impegerint. Subtilissimum, & maximè cautelosum Albertistam oportet esse talem, qui regulam hanc defendere vellet, quanuis etiam ex Græcorum consilio prodiret: latius de his in Philosophia.

CAP. X.

QVicquid sciri cognosciq; de confortatiuis potest, hoc ipsum docet explanatio Archei, qui homini persimilis, in quatuor elementis positus est, Archeus verus in quatuor partibus. De quo sic loquere, magnus est Cosmus, homo verò paruus, vnus alteri similis, ex ipso vis confortationis oritur,

ritur, vt quicquid ex Archei corde natum est, cordis confortatiuum existat velut Aurum, Smaradgus, Coralium, & pleraq; alia. Quod ex epate fuerit, elementi cosmi confortat hepar, & sic de reliquis. Huiusmodi vires confortatiuas non dant mercurius sulphur, neque sal, sed cor solum elementorum, ex quo virtus illa procedit in elementis: qua fit etiam arbor ex semine stans, manens & in altum exurgens, fœnum atq; stipulæ segetum. Ocularis est & externa vis, quæ in animalibus stabilitatem atq; motum, vt in productis operatur. Est & alia quæ sensibus aut oculis non subijcitur: hæc est virtutis in seipsa fortitudo, qua conseruatur, sanumq; manet omne cui inest: spiritus est naturæ, de quo res omnes à natura productæ participant, aliàs destruerentur. Manet spiritus hic in suo corpore fixus, & ipse est qui hominem pro cognitionis ratione corroborat. Archei virtus igitur cum suis membris in minorem Cosmum ingreditur medio vegetabilium, aliarumq; mundi partium.

FINIS.

AVREOLI THEOPHRASTI PARACELSI,

summi philosophi ac medici.

De natura rerum libri septem, id est,

De generationibus
De crescentibus
De conseruatione
De vita } *rerum naturalium.*
De morte
De resuscitatione
De transmutatione

Item

De natura hominis, id est,

De spiritu vitæ.
De viribus Membrorum principalium.

HO-

HONESTO AC PRVDENTI VIRO IOHANNI VVINCKELSTEINER FRIburgensi amico suo intimo ac fratri charissimo, Theophrast. Paracelsus salutem.



E QVVM est amice intime, & charißime frater, vt amicis ac aßiduis precibus ac petitionibus tuis, quibus me crebris literis tuis aggressus es, satisfaciam: et quoniam in postremis literis tuis summoperè & humanißimè rogas, vt adhuc semel ad te veniam, si modò mihi sit commodum. non possum te profectò celare, quòd per multa impedimenta id fieri nequeat: sed quòd ad alterã petitionem tuam, quam à me petÿsti, vt tibi de illa bonam & claram instructionem dem, non volo, neque possum tibi repugnare, sed tibi in eo gratificari cogor. Optimè enim animũ tuum bonum noui: scio etiã, quòd libenter aliquid noui & mirabilis in hac arte audis & vides: scio quoque quòd in vita tua multũ in artes insumpseris, & maximam

partem tui curriculi in illis consumpseris, &c. Quoniam igitur mihi non solùm beneuolentiam, sed & fraternam fidelitatem præstitisti, meritò huius fidei & beneficiorum obliuisci non possum, sed gratus esse cogor, & tibi, si fortaßis te in persona mea non amplius videam, fraternum vale relinquere, tibi & tuis in mei monumentum. Nam hîc tibi non solùm ad illa puncta, de quibus me consuluisti, & vt frater rogasti, respondebo, & te clarè instituã: sed tibi propter illa puncta peculiarem librum dedicabo, quem nominabo, DE NATVRA RERVM, *& illum in septem libellos diuidam. In hoc libro omnibus petitionibus tuis satisfit, & amplius quàm à me petijsti: quanquam summopere de hoc miraberis, & fortaßè multum dubitabis, an hæc omnia se sic habeant, sicut hîc scribo: sed id ne facias, imò credas non esse speculationes & theorias, sed praxin & procedere ab experientia: & quamuis non omnia ipsemet expertus sim, tamen ab alijs & per alios habeo & probaui, & noui ea experientia, & ex luce naturæ. Si autem in quibusdam locis non satis quid dicam, intelligas, & in vno vel pluribus pro-*

Omnia probata hic scribit.

ceßibus

ceßibus ampliorem à me requiras explicationem, ſcribe ad me ſecretò, & clarius tibi rem proponam, & ſufficientem inſtructionem & intellectum dabo: quanquam credam non opus futurum, & te aliàs benè intellecturum, cùm ſciam te à Deo artibus & bono ſenſu tam egregiè dotatum: prӕtereà noſti animum & ſenſum meum, quare me citò & facilè intelliges. Omnino autem ſpero, nec dubito, te prӕſens opus reſpecturum, & vt decet commendatum tibi habiturum, & prorſus non euulgaturum, ſed ſolummodo pro te & tuis in magno ſecreto retenturum, ſicut profectò occultus & magnus theſaurus, & nobilis gemma, & res precioſa eſt, quӕ non obijcienda eſt ſuibus, hoc eſt ſophiſtis, & contemptoribus omnium bonarum naturalium artium & ſecretorum, qui neque digni ſunt vt legant, multò minus vt habeant, ſciant & intelligant. Et quanquam iſte libellus, valdè paruus ſit, & pauca & breuia verba habeat, plenus tamen eſt multis & magnis arcanis: nam hîc non ſcribam ex ſpeculatione vel theoria, ſed practicè, ex luce naturӕ & experientia ipſa, nec te onerabo & tӕdioſum reddam.

multis verbis, &c. Quapropter charissime amice & intime frater, quoniam tibi soli ex amore hunc libellum scripsi, & nulli alij præterea, rogo te, velis eum, vt rem charam & secretam conseruare, & vsque ad mortem tuam à te non remouere, & ante mortem tuam simili modo tuis liberis vel hæredibus mandare, vt ipsi secretò hunc librum retineant, quod & ego singulariter ab ipsis peto, vt tantummodò in tua familia maneat, & nullo tempore tam vulgaris fiat, vt in manus sophistarum & derisorum peruiniat, qui omnia, quæ ipsis non consonant, contemnunt, & ad summum calumniantur: quibus & tantum illud quod suum est, placet, sicut omnes stulti solent, quibus tantummodò sua claua, & sua tintinnabula placent, alterius autem non, qui & omnem sapientiam oderunt: quapropter omnem sapientiam parui æstimant, imò pro stultitia reputant, maiori quàm sua est, in suo scilicet capite: quia nihil ipsis prodest, nec sciunt vsum: sicut vnus opifex alterius instrumenta tractare nescit, ita stultus nullus armis melius vti potest, quàm sua claua, nec vllus suauior sonus est auribus eius,

Commendatio.

eius, tinnitu suarum campanularum. Quare charissime frater, fideliter esto monitus, sicut te rogaui, & fac id, quod de te spero, ita facies rectè & benè. Vale in tutela Dei. Datum Villaci, anno 1537.

DE NATVRA RERVM LIber primus.

GEOR. FORBERGIO INTERPRETE.

De Generationibus rerum naturalium.



GEneratio omnium rerum naturalium est duplex, vna quæ natura fit sine arte: altera, quæ fit arte, nempe per Alchymiam: quanquam in genere dici posset natura omnia ex terra generari auxilio putrefactionis: nam putrefactio est supremus gradus & primum initium ad generationem. Putrefactio autem initium suum sumit ex humido calore: nam perpetuns humidus calor parit putrefactionē, & trans-

Omnia putrefactione nasci.

mutat omnes res naturales à prima sua forma & essentia, similiter & viribus & efficacia, in aliud. Nam sicut putrefactio in ventriculo omnes cibos in stercus transmutat & redigit, ita etiam extra ventriculum putrefactio in vitro, omnes res transmutat ab vna forma in aliã, ab vna essentia in aliam, ab vno colore in alium, ab vno odore in alium, ab vna virtute in aliam, ab vna vi in aliam, ab vna proprietate in aliam, & prorsus ab vna qualitate in aliam. Nam euidens est & quotidiana experientia probatur, multas bonas res, quæ sunt salubres & medicina, post putrefactionem malas, insalubres & merum venenum fieri. Ita contrà multæ sunt malæ, insalubres, venenosæ, & nociuæ res, quæ post putrefactionem suam fiunt bonæ, perdunt omnem suam malitiam, & fiunt nobiles medicinæ. Quia putrefactio res magnas parit, sicut huius rei pulchrum exemplum in sacro Euangelio habemus, vbi Christus dicit: Nisi granum tritici in agrum proijciatur, & putrefiat, non potest centuplum fructum ferre.

ferre. Ex hoc ſciendum eſt, multas res in putrefactione multiplicari, ita vt nobilem fructum pariant. Putrefactio enim eſt mutatio & mors omnium rerum, & deſtructio primæ eſſentiæ omnium rerum naturalium, vnde nobis prodit regeneratio & noua generatio millies melior &c.

Cùm igitur putrefactio ſit primus gradus & initium ad generationem, ſummè neceſſarium eſt, vt putrefactionem bene cognoſcamus. ſunt autem multiplices putrefactiones & vna generationem ſuam aliter quàm altera profert, vna quoque citius quàm altera. Diximus etiam humidum & calidũ eſſe primum gradum, & initium ad putrefactionem, quę omnes res procreat, vt gallina ſua oua. Quapropter per & in putrefactione omne mucilaginoſũ phlegma & materia viua fit, quidcunq; tandem id ſit: exemplũ videtis in ouis, in quibus eſt humiditas mucilaginoſa, quę quolibet perpetuo calore putrefit & animatur in pullum viuum, non ſolùm calore gallinæ, ſed quolibet tali calore. Nam in tali generatione,

Artificialis generatio pullorum gallinaceorum.

ignis possunt oua in vitro & cineribus maturari,& viua auicula fieri:etiã quilibet homo sub sua axilla ouũ maturare potest,& pullũ procreare tã bene ac gallina. Et hîc notandũ est aliquid maius, nẽpe,si ista auis viua in sigillata cucurbita in puluerẽ vel cinerẽ comburatur tertio gradu ignis,postea ita clausa putrificetur putrefactione summa vẽtris equini in phlegma mucilaginosũ, tunc iterũ illud phlegma maturari potest, atque ita renouata & restaurata auis fieri: nempe si illud phlegma rursum in priorem suam testam vel receptaculũ includatur,hoc est mortuos reuiuificare per regenerationem & clarificationem,quod quidem magnum &profundum miraculum naturę est. Hoc processu possunt omnes aues occidi, & iterũ viuificari, renouari & restaurari, & hoc est summum & maximum miraculum & mysterium Dei, quod Deus mortali homini patefecit. Sciendum etiam est hoc modo posse generari homines sine naturali patre & matre, hoc est, non ex muliere naturali modo, sed per artem, & industriam periti Spagyrici

Resuscitatio mortuæ auis.

potest

poteſt homo naſci & creſcere, ſicut poſtea dicetur.

Poſſibile etiam eſt naturæ, homines naſci ex animalibus: & hoc habet cauſas naturales, ſed tamen ſine impietate & hæreſi id fieri nequit: nempe ſi homo commiſceatur animali, & illud animal vt fœmina ſperma viri cum appetitu & libidine in ſuam matricem receperit, conceperit, & concluſerit: tunc ſperma neceſſariò putreſcit, & per continuum calorem corporis rurſum homo & non animal inde naſcitur: nam ſemper quale eſt ſemen ſeminatum, talis etiam fructus inde naſcitur: & niſi hoc fieret, contra naturalem lucem, & contra philoſophiam fieret: quare quale ſemen eſt talis herba naſcitur inde. Ita ex ſemine cepæ rurſum gignitur cepa, non roſa, non nux, non lactuca &c. Ita ex farre naſcitur far, ex hordeo hordeum, ex auena auena: ita fit & cum omnibus alijs fructibus, qui ſemen habent & ſeminantur, &c.

Similiter etiam eſt poſſibile, & non contra naturam, ex muliere & viro naſci animal irrationale: neque eſt hic de

Imaginatio mulicbris quid poßit.

muliere iudicandum vt de viro, hoc est non propterea debet haberi pro hæretica, quasi contra naturam egisset, sed imaginationi ipsius id est tribuendum: nam imaginatio ipsius est sæpissime in causa. Nam prægnantis mulieris imaginatio est tam efficax, vt in concipiendo semen in corpus suum, fœtũ varijs vijs transmutare possit: quoniam astra ipsius interiora tam fortiter diriguntur in fœtum ipsius, vt pariant impressionem & influentiam. Quare infans in vtero materno in formatione sua positus est in manu & voluntate matris suæ, sicut argilla in manu figuli, qui inde format & facit quod vult & ipsi libet: ita mulier prægnans format fructum in corpore suo iuxta suam imaginationem, prout astra ipsius sunt: ergo sæpe accidit vt ex semine virili pecudes aut alia horrēda monstra gignantur, prout imaginatio matris fortiter in embryonem dirigitur, &c.

Sicut autem iam audiuistis per putrefactionem multas & varias res generari & viuificari, ita etiam sciendum est quod ex multis herbis per putrefactionem

nem varia naſcantur animalia, quod harum rerum periti ſciunt. Hîc quoq; ſciendum eſt, quòd talia animalia quæ in & ex putrefactione naſcũtur & fiunt, omnia aliquid veneni contineant, & venenoſa ſint, attamen vnum longè plus & efficacius altero, & vnum in alia forma quàm alterum, vt videtis in ſerpentibus, viperis, bufonibus, ranis, ſcorpionibus, baſiliſcis, araneis, apibus ſyluestribus, formicis, multiplicibus vermibus, vt erucis, muſcis, bruchis, &c. quæ omnia in & ex putrefactione naſcuntur.
Naſcuntur etiam multa monſtra inter animalia. ſunt autem moſtra ipſorum illa, quæ non per ſe ex putrefactione naſcuntur, ſed per artem fiunt in vitro, vt dictum eſt: quia illa ſæpiſſime in valde mirabili ſpecie & horrenda aſpectu forma apparent, vt ſæpe cum multis capitibus, multis pedibus, multis caudis, multis coloribus: ſæpe vermes caudis piſcium, vel pennis præditi, & alia inuſitata forma, ita vt ſimiles viſi non ſint. Propterea non ſolùm omnia animalia quę parentes non habent & ex ſibi ſimilib. non naſcuntur monſtra ſunt, ſed etiam

Basilisci generatio artificialis.

quæ ex aliis rebus naſcuntur: Ita videtis de baſiliſco, qui etiam eſt mõſtrum, & quidem monſtrum ſuper omnia mõſtra, & quo nullũ eſt magis metuendũ, propterea quòd quemuis hominẽ ſolo aſpectu & viſu occidere poſſit: quia habet venenum ſuper omnia venena, cui in toto mundo nihil cõparari poteſt: & hoc venenũ occulto modo gerit in ſuis oculis, & eſt imaginatũ venenũ, non valde abſimile mulieri menſtruoſæ, quæ etiam occultũ venenum gerit in oculis, ita vt tantum aſpectu ipſius ſpeculum maculas acquirat & inficiatur: ita etiã ſi vulnus vel vlcus inſpiciat, inficit illud ſimili modo, & curam eius prohibet: ita etiam ſuo afflatu vt viſu multas res inficit, corrumpit & inualidas reddit, & ſic tactu. Nam videtis ſi tractet vinum tempore menſtrui, quod illud cito mutetur & pendulum fiat: acetum quod tractat, perit & nihil valet: ita etiam vinum ardens ſuam vim amittit: ſimiliter zibetta, ambra, muſcus, & ſimilia beneolentia ab ipſarum mulierum geſtatione & attactu ſuum odorẽ amittunt: ita etiam aurum, & coralli ſuum colorem,

rem,etiam multę gemmæ,vt ſpecula,in de maculantur,&c. Vt autem ad propoſitum meum redeam ſcribendi de baſiliſco,qua ratione & quo modo venenū in ſuo aſpectu & oculis gerat,ſciendum eſt,quòd iſtam proprietatem &iſtud venenum habeat ab impuris mulieribus, vt ſupra dictum eſt. baſiliſcus enim naſcitur & creſcit ex maxima impuritate muliebri,nempe ex menſtruo, & ex ſanguine ſpermatis,ſi illud in cucurbita vitrea ponatur,& in ventre equino putre fiat,in qua putrefactione baſiliſcus naſcitur. Quis autem eſt tam alacer & audax qui velit eum facere,vel eximere, vel rurſum interficere,qui non prius ſe ſpeculis veſtiat & muniat? Nemini ſuaſerim, imò omnes hîc monitos velim vt ſibi caueant.

Sed vt in tractatione de monſtris pergā, ſciatis quòd mōſtra inter animalia quę ex aliis rebus & nō ex ſibi ſimilibus naſcūtur,rarò diu viuāt,pręſertim ſi iuxta vel inter alia animalia viuere velint: quoniā ex ingenita natura & diuina ordinatione omnia mōſtra odioſa ſunt ſibi ſimilib.rectè natis animalibus,&c. I- *Monſtra non diu viuunt.*

ta etiam monſtra hominum quæ ex hominibus naſcuntur, raro diu viuunt: & quo ſunt mirabiliora & honorabiliora, eò citius mors ea inſequitur, ita vt ferè nullum excedat tertium diem inter homines, niſi ſtatim in loca ſecreta portetur, & ab omnibus hominibus ſegregetur. Porro ſciẽdum eſt, Deum abhorrere ab eiuſmodi monſtris, & ipſi ea diſplicere, & quod nullum ex iſtis ſaluari poſſit, cùm non gerant ſimilitudinẽ Dei: vnde nihil aliud conĳci poteſt, niſi quod à diabolo ita ſint formata, & q̃d in diaboli potius ſeruitium, quàm Dei ſint nata: quoniam ex nullo vnquam monſtro opus bonum fluxit, imo potius omne malum, omne peccatum, omnes aſtutiæ diabolicæ. Nam ſicut carnifex notat ſuos filios, eo quod ipſis abſcindit aures, oculos expungit, buccas exurit, digitos, manus, & caput abſcindit: ita & diabolus ſuos notat filios per imaginationem matrum, quam ex malis cupiditatibus, libidinibus & cogitationibus in conceptione hauriunt. Propterea omnes homines fugiendi ſunt qui membro vno abundant, vel eo carent

rent

rent, aut aliàs duplum membrum aliquod habent: eſt enim id præſegium diaboli, & certiſſimum ſignum occultę nequitiæ & aſtutiæ quæ ex ipſis ſequetur: quare & rarò abſque carnifice vel ſaltem nota à carnifice, moriuntur.

Sed nec generationis Homunculorum vllo modo obliuiſcendum eſt: eſt enim huius rei aliqua veritas, quãquam diu in magna occultatione & ſecreto hoc habitum ſit, & non parua dubitatio & quæſtio inter aliquos ex antiquis philoſophis fuerit, an naturę & arti poſſibile eſſet, hominem gigni extra corpus muliebre & matricem naturalem. Ad hoc reſpondeo, quod id arti Spagiricę & naturę nullo modo repugnet, imo bene poſſibile ſit, vt autem id fiat hoc modo procedendum eſt: Sperma viri per ſe in cucurbita ſigillata putrefiat ſumma putrefactioue ventris equini per quadraginta dies, aut tandiu donec incipiat viuere & moueri ac agitari, quòd facile videri poteſt: poſt hoc tempus aliquo modo homini ſimile erit, at tamen pellucidum & ſine corpore. Si iam poſthac quotidie arcano ſangui-

Generatio artificialis homunculi

nis humani caute & prudentur nutriatur & paſcatur, & per quadraginta ſeptimanas in perpetuo & æquabili calore ventris equini conſeruetur, fit inde verus, & viuus infans, habens omnia mẽbra infantis, qui ex muliere natus eſt, ſed longe minor. Hunc nos homunculũ vocamus, & is poſtea eo modo quo alius infans ſumma diligentia & ſtudio educandus eſt, donec adoleſcat & ſapere & intelligere incipiat. Hoc iam eſt vnum ex maximis ſecretis, quæ Deus mortali & peccatis obnoxio homini patefecit: eſt enim miraculum & magnale Dei, & arcanum ſuper omnia arcana, & merito in ſecretis ſeruari debet vſque ad extrema tempora, quando nihil erit reconditi, ſed omnia manifeſtabuntur, &c. Et quanquam hoc vſque huc hominibus notum non fuerit, fuit tamen ſylueſtribus & nymphis & gigantibus ante multa tempora cognitum, quia inde etiam orti ſunt. Quoniam ex talibus homunculis cùm ad ętatem virilem perueniunt, fiunt gigantes, pygmæi, & alij homines magni miraculoſi, qui inſtrumenta ſunt magnarum

rum rerum, qui magnas victorias contra suos hostes obtinent, & omnia secreta & abscondita nouerũt: quoniam arte acquirunt suam vitam: arte acquirunt corpus, carnem, ossa & sanguinem: arte nascuntur, quare etiam ars ipsis incorporatur & connascitur, & à nullo opus est ipsis discere, sed alij coguntur ab ipsis discere, quoniam ab arte orti sunt & extiterunt, vt rosa aut flos in horto, & vocantur syluestrium & nympharum liberi, ob id quod vi & virtute sua non hominibus, sed spiritibus similes sint, &c.

Hic quoq; opus esset dicere de generatione metallorum, sed quoniã in libello de generatione metallorum satis de ea scripsimus, breuissime hîc rẽ tractabimus, & tantũmodo quę in dicto libello omisimus, hîc breuiter indicabimus. Hoc modo sciatis quòd omnia septem metalla nascantur ex triplici materia, nẽpe ex ☿, sulphure & sale, attamẽ distinctis & peculiaribus coloribus. Ob id Hermes non male dixit, ex tribus substantijs omnia septem metalla nasci & cõponi, similiter & tincturas & lapidẽ

De tribus principijs
☿ *Spiritus.*
Sulphur, Anima
Sal, Corpus.

philoſophorũ. illas tres ſubſtantias no minat, ſpiritum, animam & corpus: ſed non indicauit quomodo hoc intelligẽdum ſit, aut quid per hoc velit, quanquam fortaſſis etiam tria principia potuit ſciuiſſe, ſed non facit eorum mentionem, quare non dico eum hîc erraſſe, ſed tantùm reticuiſſe. Vt autem iſtę tres ſubſtantiæ diſtinctæ rectè intelligãtur, nempe ſpiritus, anima, corpus, ſciendum eſt, quòd nihil aliud ſignificent niſi tria principia, hoc eſt, Mercurium, ſulphurem, ſalem, ex quibus omnia ſeptẽ metalla generantur: nam Mercurius eſt ſpiritus, ſulphur eſt anima, ſal eſt corpus, metallum verò inter ſpiritum & corpus, de quo & Hermes dicit, eſt anima quæ quidem eſt ſulphur, quod iſta duo contraria corpus & ſpiritum vnit & in vnam eſſentiam mutat &c. Hoc autem non ita intelligendum eſt, quod ex quolibet ☿, quolibet ſulphure, & quolibet ſale ſeptem metalla illa generentur, aut ſimiliter tinctura aut lapis philoſophorum per Alchymiſtæ artem & induſtriam in igni poſſit, ſed in montibus per Archeum terræ oportet generari

rari omnia ſeptem metalla: Nam Alchymiſta facilius metalla tranſmutabit quàm generabit aut faciet. Nihilo minus ☿ viuus mater eſt omnium ſeptẽ metallorum, & meritò mater metallorum dici debet: eſt enim metallũ apertum. & ſicut in ſe continet omnes colores, quos in igni ex ſe reddit, ita etiã occultè in ſe omnia metalla continet, quę extra ignem ex ſe nõ præbet &c. Sed regeneratio & renouatio metallorum fit ita: ſicut homo in matris ſuæ vterum redire poteſt, hoc eſt in terram ex qua primus homo fuit, & ita denuo naſci in vltimo die: ita etiam omnia metalla in ☿ viuum redire poſſunt & ☿ fieri, & per ignem regenerari & clarificari, ſi per quadraginta ſeptimanas in perpetuo calore vt infans in vtero materno permaneant. Ita iam naſcuntur, non cõmunia metalla, ſed tingentia metalla: nam ſi ☽ vt dictum eſt, regeneretur, tinget poſtea omnia alia metalla in ☽, ita aurum reliqua metalla in ☉, & ſimiliter de omnibus alijs metallis intelligendum eſt. Quod autem Hermes dixit, ꝙ ſola anima ſit illud metallum quod cõ

Regeneratio metallorum in tincturas.

iungat ſpiritum corpori,nō inepte ſen-ſit.cum enim ſulphur ſit illa anima,& ſicut ignis omnes res maturet & excoquat, poterit etiam ſpiritum ligare cũ corpore & vnà incorporare & vnire,ita vt inde valde nobile corpus gignatur.

Rubinum ſulphuris.

Quanquam non vulgare ſulphur pro anima metallorum habendum eſt, ſed anima eſt & aliud eſt corpus incōbuſtibile &incorruptibile,quare à nullo igni comburi poteſt,cùm ſit tota ignis: & re uera nihil aliud eſt quàm quinta eſſentia ſulphuris,quę ex reuerberato ſulphure per ſpiritum vini extrahitur, & coloris rubei & pellucida exiſtit ſicut rubinus:quod quidem magnum & præſtãs arcanum eſt ad tranſmutandum metalla alba,& ad coagulandum ☿ viuum in fixum & probatum ☉:hoc tibi pro theſauro diteſcendi cōmendatum habeas, & merito hoc vnico arcano in trãſmutatione metallorum contentus eſſe debes. De generatione minerarum & ſemimetallorum nihil aliud ſciatur, quã quòd initio de metallis dictum eſt, nẽpe quod ſimili modo ex tribus illis principijs,nempe ☿,ſulphure,& ſale naſcantur

tur, quanquam non vt metalla ex perfectis, sed ex imperfectioribus & tenuioribus Mercurio, sulphure & sale, & tamē cum suis distinctis coloribus.

Generatio gemmarum fit & fluit ex subtilitate terrę, ex pellucido & christallino Mercurio, sulphure & sale, etiam iuxta suos distinctos colores. Sed generatio vulgarium lapidum est ex subtilitate aquæ, ex mucilaginoso Mercurio sulphure, sale: nam ex mucilagine aquæ nascuntur omnes lapides. quin & calculi & arenæ inde in lapides coagulantur, quod oculis patet: nam quiuis lapis in aqua positus cito ad se mucilaginem trahit. Si iam ista mucilaginosa materia à talibus lapidibus accipiatur, & in cucurbita coaguletur, fit inde lapis talis qualis in ista aqua, sed longo tempore per se nasceretur & coagularetur, &c. *Generatio artificialis lapidis.*

FINIS LIBRI PRIMI.

DE NATVRA RERVM LIBER SECVNDVS.

De crescentibus rerum naturalium.



SAtis manifestum est, & cuilibet notum, quod per caliditatem & humiditatem omnes res naturales crescant & maturentur, quod satis demonstratur ex pluuia & sole cõsequente; nemo enim negare potest pluuiam terram fæcundare, & fatendũ est omnibus à sole omnes fructus maturari. Cum igitur iuxta ordinationem diuinã hoc naturæ possibile sit, quis repugnabit vel non credet etiam hominem hoc posse per prudẽtem & solertẽ suã industriam artis Alchymisticæ, ita vt infrugiferũ frugiferum, immaturum maturum reddat, & omnia crescere & augeri faciat. Dicit enim scriptura, Deum homini omnia creata subiecisse, & tanquam rem propriam in manus eius tradidisse, vt illis ad suã necessitatẽ vteretur, vt dominaretur piscibus maris,

Artificiosa rerum maturatio.

ris, volucribus cœli & omnibus rebus in terris, nulla re excepta. Quare homo meritò gaudere debet, quòd Deus ipsum in luce naturæ adeò illustrarit & donarit, vt omnes creaturæ Dei ipsi obedire & subditæ esse cogantur, & prȩcipuè tota terra, & omnia quæ in ea & super ea nascuntur, viuunt & mouentur. Quandoquidem igitur oculariter videmus, & quotidiana experientia docemur, quod quò sæpius & copiosius pluuia terram humectet, & illã sol suo calore & feruore iterum exiccet, eò citius fructus terræ prodeant, & maturentur, etiam omnes fructus ita crescant & augeantur, quodcunq; sit tempus anni: nemo miretur, quòd Alchymista quoq; multiplicibus imbibitionibus & distillationibus idẽ facere possit: quid enim aliud est pluuia quàm imbibitio terrȩ? & calor & ȩstus solis quid est aliud quàm distillatio solis, qui tales humiditates rursus attrahit? Propterea dico possibile esse per talem cooptationem in media hyeme pulchras virẽtes herbas, flores & alios fructus producere, per terram & aquam, *Generatio artificialis fructuum.*

& ex ſemine & radice. Si iam hoc fit in herbis omnibus & floribus, fiet etiam in multis ſimilibus rebus, nempe in omnibus mineris, quarum imperfecta metalla per aquam mineralem maturari poſſunt per Alchymiſtæ ſolertis induſtriam & artem. Similiter poſſunt omnes marcaſitæ, granati, zinci, arſenica, talk, cachimia Vuiſmut, antimonium, &c. quæ omnia immaturum ☉ & ☽ ſecum vehunt, ita maturari vt ditiſſimis auri & argenti venis æquari poſſint, tantùm per talem cooptationem, &c. Ita etiam elixir & tincturæ metallorum maturantur & perficiuntur.

Maturatio minerarũ.

Cùm igitur vt dictum eſt, humiditas & caliditas omnia maturent & creſcere faciant, nemo miretur, quòd homini malefico in patibulo, aut rota poſt longum tempus, barba, capilli, & vngues naſcantur, neque pro ſigno innocentiæ ipſius habeatur, vt imperiti iudicant, hoc enim naturale eſt, & ex naturalibus cauſis fluit: nam dum humiditas in homine eſt, creſcunt ipſi vngues, barba & capilli: & quod maius eſt,

Barba creſcens in mortuis.

eſt, homini ſepulto in terra ipſa naſcuntur vngues, barba & capilli, vſque in ſecundum annum vel putrefactionem ipſius, &c.

Sciendum etiam eſt multas res in perpetuum creſcere & augeri in magnitudine, pondere & virtute, in aqua & terra, in quibus & bona & efficacia permanent, vt ſunt metalla, marcaſitæ, cachymiæ, talck, granati, antimonium, vuiſmut, gemmæ, perlæ, coralli, omnes lapides & argillę. Ita etiam effici poteſt, vt ☉ creſcat & augeatur in pondere & corpore, tantummodò in terra Orientem ſpectante ſepelietur, & ſemper recenti vrina hominis & ſtercore columbino fœcundetur. ☉ augmẽtatio.

Poſſibile etiam eſt aurum per induſtriam & ſolertiam periti Alchymiſtæ eò impelli, vt in cucurbita more arboris creſcat, cum multis mirabilibus ramuſculis & frondibus, quod quidem iucundum aſpectu & valde admirabile eſt. proceditur autem ſic: Aurum calcinetur per aquam regis, vt fiat calx cretacea, quam impone in cucurbitam, & infunde bonam & recẽtem aquam re- *Quomodo fiat arbor philoſophorum.*

gis & aquam gradationis, ita vt quatuor digitos trãsuersos supereminent, & iterum abstrahe in tertio gradu ignis, donec nihil amplius ascendat. aquam distillatam, iterum superfunde, & iterum distillando abstrahe vt anteà. hoc tamdiu fac, donec videas ☉ surgere in vitro, & crescere in forma arboris habentis multos ramos & frondes: atq; ita fit ex ☉ mirabilis & iucundus frutex, quem Alchymistæ herbam auream & arborem philosophorum appellant. Ita etiam proceditur cum ☽ & aliјs metallis, sic tamen vt calcinatio aliter fiat, & alia aqua fortis accipiatur, quod quidem tuæ experientiæ relinquo: si Alchimiæ peritus es rectè te in his geres.

Formatio lapidis artificialis.

Sciatis quoq; quemlibet silicẽ sumptum ex aqua fluuiatili & positũ in cucurbita, & superfusum sua aqua fluuiatili, vt impleatur cucurbita, quę iterum inde distillando abstrahatur dum aliqua gutta ascendit vsq; dum lapis arefiat, & hac aqua cucurbita iterum impleatur, & rursum abstrahatur, & hoc tandiu fiat, donec cucurbita sit plena

illo

illo lapide, Alchymisticè in paucis diebus valdè magnum fieri posse, quod Archeus aquarum in multis annis vix faceret. Si postea vitrum in saxo frangas habebis silicem in forma cucurbitæ, quasi in vitrum fuisset infusus: & quanquam hoc tibi nil prosit, sit tibi tamen pro re mira.

FINIS LIBRI SECVNDI.

DE NATVRA RERVM LIBER tertius.

De conseruatione rerum naturalium.



Vt res conseruari & à nocumento defendi possit, necesse est primùm omnium benè ipsius hostē cognoscere, vt ab illo præseruari possit, ne ab illo lædatur & corrumpatur in sua substātia, virtute, vi, aut quomodocunq; damnum illud nominari possit. Multum igitur in hoc situm est, vt hostis omnium rerum naturalium

Hostes rerum cognoscendi.

cognoſcatur: quis enim ſibi à damno & aduerſo caſu cauere poteſt, qui ignoret ſuum hoſtem? nemo certè: quare neceſſarium eſt, vt is bene ſit cognitus: ſunt enim multiplices hoſtes. Præterea tam neceſſarium eſt noſſe mala, quàm noſſe bona: quis enim bonum abſque cognitione mali cognoſcere poteſt? nemo profectò: ita nemo ſcire poteſt, quantus theſaurus ſit ſanitas, qui nunquam ægrotauit: quis ſcit quid gaudium ſit, qui nunquam mœſtus vel triſtis fuit? & quis rectè ſciret, quid Deus eſſet, qui nihil ſciret de diabolo? Quare cùm Deus nobis notum fecerit hoſtem animæ noſtræ, nempe diabolum, etiam nobis ſignificat hoſtem vitæ noſtræ, nempe mortem, quæ eſt hoſtis noſtri corporis, noſtræ ſanitatis, hoſtis medicinæ & omnium rerum naturalium: notum etiã nobis facit, quomodo & per quid fugari debeat. Nam ſicut nullus morbus eſt contra quem non etiam ſit creata & inuenta medicina, quæ illum curet & expellat, ita etiam ſemper vna res eſt cõtra aliam poſita, vna aqua contra alteram, vnus lapis

pis

pis contra alterum, vna minera contra alteram, vnum venenum contra alterum, vnum metallum contra alterum: ita in pluribus rebus, quas non opus est omnes hîc recensere.

Quomodo autem & per quid quælibet res præseruetur, & à damno custodiatur, sciendum est, multas res in terra conseruari oportere, & præcipuè omnes radices in terra longo tempore efficaces & incorruptæ manent: similiter & herbę & flores & omnes fructus in aqua incorrupti & virides manent: ita etiam multi alij fructus & poma in aqua conseruari possunt, & præseruari ab omni putredine, donec noua nascantur poma.

Conseruatio fructuũ

Ita etiam caro & sanguis, quæ quidem citissimè putrescunt & rancida fiunt in frigida fontana aqua conseruari possunt, & non solùm hoc, sed & cooptatione renouatæ & recẽtis aquę fontanæ in quintam essentiam transmutari, atque in perpetuum à putredine & malo odore sine omni balsamo conseruari. Non solùm autem ista caro & sanguis se conseruat, sed & alias car-

Arcanum sanguinis humani.

nes & ſanguinem conſeruant; & pręterea corpus hominis ab omni putredine & multis morbis, qui ex putredine oriuntur, melius quàm vulgaris mummia. Vt autem ſanguis per ſe à putredine & odore graui conſeruetur, & non vt quinta eſſentia, & ita vt etiam alium ſanguinem ſicut iam dictũ, conſeruet, hoc proceſſu vtaris: Separetur ſanguis à ſuo phlegmate, quod per ſe ſemouet, & in ſuperiorem partem expellit, hanc aquam ſubtili inclinatione vaſis abſtrahe, & tantundem aquæ ſalis ſanguini adijce, quam quidem aquã in noſtra chirurgia docemus conficere: illa aqua ſtatim miſcetur ſanguini, & ita conſeruat ſanguinem, vt in perpetuum non putreſcat vel ranceſcat, ſed ſemper recens & egregiè rubens maneat poſt multos annos tam bene vt prima die, quod quidem magnum miraculum eſt. Quòd ſi aquam ſatis non ſcias conficere, vel non habeas in promptu, tantundem optimi & præſtantiſſimi balſami ſuperfunde, qui idem præſtat. Talis iam ſanguis eſt balſamus balſamorum, & vocatur ar-

canum

canum ſanguinis, & eſt tam mirabilis & tantæ virtutis, vt incredibile ſit dictu: quare pro magno ſecreto in medicina occultabis.

In conſeruatione metallorum primùm cognoſcendi ſunt hoſtes ipſorũ, vt eò melius à damno conſeruari poſſint: ſunt igitur præcipui hoſtes metallorũ, omnes aquæ fortes, omnes aquæ regis, omnia corroſiua, omnia ſalia, ſulphur crudum, antimonium & mercurius. Vt autem ſpecialiter ſciamus quomodo iſta omnia ſuam inimicitiã exerant, dico, quòd aquæ fortes, aquæ regis, corroſiua, & ſalia ſuam inimicitiam oſtendunt in eo, quòd omnia metalla mortificant, diſſoluunt, calcinant, corrumpunt & in nihilum redigunt. Sulphur crudum ſuam inimicitiam oſtendit ſuo fumo: nam ſuo fumo adimit Veneri ſuum colorem & rubedinem, & albam reddit. Metallis albis vt Lunæ, Ioui, Saturno & Marti aufert ſuam albedinem, & rubefacit ea, vel colorem ruffum ipſis inducit. Auro detrahit pulchram & amabilem ſuam flauedinem & aureum colorem & nigrum reddit, *Sulphur.*

& planè deforme, vt deformius esse non possit.

Antimoniū Antimonium suam inimicitiam in hoc ostēdit, quòd omnia metalla cum quibus in igne liquefit, & cum quibus miscetur, spoliat, aufert & prædatur: & præterea non absimiliter sulphuri, suo fumo metallis genuinū & naturalem colorem furatur & alium substituit.

Argentum viuum. Argentum viuum verò suam hostilem vim erga metalla in eo exercet, quòd metalla cum quibus coniungitur, inuadit & soluit, ita vt amalgama ex illis faciat: præterea fumus ipsius, quem nos Mercurium vulgi nominamus, omnia metalla immalleabilia, fragilia reddit & calcinat, & omnia rubra & aurei coloris metalla albat. Ferri autem & chalybis summus hostis est: nam si ☿ vulgi perticam ferream attingat, vel illa oleo Mercuriali vngatur, illa pertica postea vt vitrum frangetur & decurtabitur, quod quidem magnum secretum, & valde occultandum est. *Magnes vt perdatur.* Similiter & magnes à ☿ custodiri debet & seruari: nam cum eo similiter vt cum ♂ inimicitiam exercet:

cet: nam quilibet magnes, quem ☿ vulgi attingit, aut qui oleo Mercuriali vngitur, aut solũmodo in mercurio ponitur, postea nullum ferrum attrahit in perpetuum. De hoc autem nemo miretur, habet enim hæc res causas naturales, nempe tales, quòd mercurius extrahat spiritum ferri, quem magnes in se latentem continet: quare & spiritus ferri in magnete corpus ♂ ad se trahit: & hoc nõ solùm cum magnete fit, sed in omnibus aliјs rebus naturalibus, ita vt semper peregrinus spiritus, qui in alieno est corpore, quod non est naturę, suæ naturę corpus attrahat: & hoc non solùm de magnete sciendum est, sed & de omnibus rebus naturalibus, vt mineris, lapidibus, herbis, radicibus, hominibus & animalibus.

Post hæc sciendum est etiam, quòd metalla inter se inimicitias exerceant, & se inuicem oderint ex ingenita natura, vt videtis in ♄, qui solis summus hostis est, ex ingenita natura: nam omnia auri membra disrũpit, reddit illud deforme, inualidũ, & perdit & corrumpit illud ad summum vsq; ad mortem,

plusquàm vllum aliud metallum. Stannum etiam odit, & hostis est omnium metallorum: nam reddit ea degenera, immalleabilia, dura, inepta, si misceatur illis in igne & fluxu.

Quoniam igitur iam audiuistis de hostibus metallorum, cognoscite porrò ipsorum præseruatiua & conseruatiua, quæ metalla ab omni damno & corruptione custodiunt, & præterea in ipsorum natura & virtute confortant, & in colore altius graduant. *☉ præseruatio.* Primùm igitur de auro sciendum est, quòd non possit illud melius & pulchrius conseruari, quàm in vrina puerorum, in qua dissolutum sit sal armoniacum, aut in sola aqua salis armoniaci, in istis cum tempore tam altum gradũ coloris acquirit, vt altius peruenire nequeat. ☾ Argentum non melius præseruari & conseruari potest, quàm si coquatur in aqua vulgari vel aceto, in quo tartarus & sal sint resoluta: ita quodlibet argentum vetus, denigratum & maculatum renouatur, si in his excoquatur. ♂ Ferri & chalybis conseruatiua & præseruatiua optima & vtilissima sunt recens lar-

dum

dum non ſalſum ex ſue caſtrata, quod quidem omne ferrum & chalybem à rubigine cuſtodit, ſi ſingulis menſibus eo ſemel inungantur. Similiter ſi ferrū cum arſenico fixo liquefiat, & aliquoties fluat, ita renouari & fixari poteſt, vt in perpetuum non contrahat rubiginem, ſicut argentum. Cuprum verò ♀ præſeruari & cōſeruari poteſt, ſi ſolummodò cum ☿ ſublimato miſceatur, aut oleo ſalis inungatur, ita vt in æternum nullum vitriolum vel viride æris ex ſe præbeat aut vireſcat.

Plumbum melius conſeruari non ♄ poteſt, quàm in terra frigida & in loco humido, qualis eſt ipſius natura. In conſeruatione autē magnetis nihil eſt melius limatura ferri vel chalybis : nam nullius magnetis vis, ſi in hac ponatur, infirmatur, imò quotidie augetur in virtute ſua.

De conſeruatione verò ſalium & omnium eorum quæ ſalſæ naturæ ſunt. *Salium conſeruatio.* & ſub nomine ſalis comprehendi poſſunt, quorum quidem plus quàm centum ſunt, ſciendum eſt, quòd in calido & ſicco loco conſeruanda ſint, & qui-

dem in ligneis thecis, & bene ab aere custodiri, & neq; in vitris, lapidibus, neque in metallis reponi debeant: nam in illis resoluuntur & fiunt aqua & amalgama, quod in ligno non fieri potest.

Liquorum et oleorum cōseruatio

Porrò etiam cognoscenda est conseruatio quarundam aquarum & liquorum ex herbis, radicibus, & omnibus alijs fructibus & crescentibus expressorum, quæ facilè situm & mucorem contrahunt, ita vt quasi pelles ipsis inducantur. Istæ igitur aquæ vel liquores reponantur in vitro superius angusto, inferius amplo, & impleatur vitrum vsque ad summum, demùm aliquot guttæ olei oliuæ addantur, ita vt aqua vel liquor totus contegatur: ita oleum supernatabit, & liquorem vel aquam longum tempus à situ vel mucore conseruabit: nulla enim aqua vel liquor, si oleo tegatur, vnquam potest mucida vel maleolens fieri. Possunt hac ratione etiam duæ aquę, duo liquores, duo vina in vno vitro separatim conseruari, ita vt non misceantur, & non solùm duplicia, sed & triplicia, quadruplicia, quintuplicia, & adhuc plura,

plura, si tantummodo oleum intersit: nam ab oleo discriminantur, vt à muro, qui non sinit ea coniungi & vniri: nam oleum & aqua sunt duo contraria, & neutrum alteri misceri potest. Sicut verò oleum aquas vniri non permittit, ita contrà aqua olea nō misceri sinit.

Conseruatio autem & præseruatio panni & vestiū ne arrodantur à tineis, néue in illis habitent, nulla est melior, quàm mastix, camphora, ambra, muscus: optima verò est zibetta, quæ non solùm à tineis conseruat, sed & tineas vnà cum alijs vermibus, pulicibus, pediculis & cimicibus expellit & fugat. *Vestes.*

Possunt & omnia ligna, vt in ædificijs, pontibus, nauibus, & vbicunque sint, conseruari, ita vt in æternum non putrescant, siue sint in aquis, sub aquis, vel extra aquam, etiam in terra, sub terra vel extra terram, siue sint posita in pluuia vel vento, aere, niue vel glacie, æstatis vel hyemis tempore: præterea ne cariosa fiant, néue vlli vermes in illis generentur, quandocunque etiam sint cæsa. Conseruatiuum autem istud

est magnum arcanum contra omnes putrefactiones, imò tam insigne secretum, vt nullum ei comparari possit: est autem nihil aliud, quàm oleum sulphuris, cuius processus talis est: Puluerizetur vulgare flauum sulphur, & ponatur in cucurbita, cui superfundatur fortissimæ aquæ fortis tantũ vt quatuor trãsuersos digitos supereminеat, hanc abstrahe per distillationẽ ter vel quater, vltimò vsq; ad siccitatem. Sulphur quod in fundo remanet nigri & ruffi coloris, ponatur in marmore vel in vitro, & facile in oleum soluetur: quod magnum secretum est in conseruatione ligni, vt in perpetuum non putrescat, & à vermibus præseruetur. Nam si sulphur eo modo quo dictum est, præparetur, & in oleum vertatur, tingit postea lignum eo perunctum, ita vt non possit ex illo elui. Possunt & multò plura in hoc oleo sulphuris conseruari & præseruari à putredine, & præcipuè restes & funes in nauibus & malis nauiũ, in curribus, retibus piscatorijs, aucupum & venatorum, & omnia similia, quæ sæpe in aquis & pluuijs vsurpantur, &

Oleum sulphuris fixum.

tur,& alias facilè corrumpuntur & frãguntur,ita & linteamina & alia multa similia.

Est & notanda conseruatio potabilium sub quibus intelligimus vinum,cereuisiam,hydromeli, acetum & lac: si iam ista quinque sine noxa & in sua virtute conseruare volumus, summè necessarium est bene nosse ipsorum summum hostem:qui quidem non est alius quàm impuræ mulieres tempore menstrui fluentis:nam illæ dictas res, si eas tractent,circa eas versentur,eas inspiciant & anhelitu tangant,corrumpunt:vinum enim mutatur & fit pendulũ,cereuisia & hydromeli acescunt,acetum infirmatur & acredinem suam amittit: lac etiam acescit & coagulatur. *Mẽstruosæ mulieres.*

Hoc igitur bene sciendum est priusquam specialiter de vniuscuiusque illorum conseruatione dicatur. Porrò vini summum conseruatiuum & præseruatiuum est sulphur & oleum sulphuris, per quod omne vinum diutissimè conseruari potest, ita vt nec fiat pendulum nec alio modo alteretur. *Vinum.*

Cereuisiæ conseruatio est oleum *Cereuisia.*

chariophyllorum,si aliquot eius guttæ inijciantur ita vt vna mensura tres aut duas guttas habeat: melius tamen est oleum benedictæ chariophyllatę,quod cereuisiam ab acetositate præseruat.

Hydromeli

Hydromeli conseruatiuum est oleũ tartari,quo vtendum est vt oleo chariophyllorum vel benedictæ.

Acetum & lac.

Aceti conseruatiuum est oleum zinziberis:lactis conseruatiuum est oleum amygdalarum expressum:ista duo vt dictum est vsurpari debent.

Casei.

Caseorum conseruatiuum est herba hypericon vel perforata,quæ omnes caseos à vermibus tuetur & custodit:nam si iuxta caseum ponatur & illum attingat,nullus vermis in illo nascitur & si iam aliqui ibi nati sunt & habitant,omnes emoriuntur & ex caseo cadunt.

Mel.

Mel verò nullum peculiare conseruatiuum habet, nisi quod à suo hoste præseruandum est, est autem summus ipsius hostis panis:nam si panis ex farre parum tantum inijciatur vel cadat, mel totum vertit in formicas & totum perdit.

FINIS LIBRI TERTII.

DE

DE NATVRA RERVM LIBER QVARTVS.

De vita rerum naturalium.


NEmo negare poteſt aerem omnibus rebus corporibus & ſubſtantialibus quę ex terra naſcuntur & generantur vitam dare: quid autem & qualis ſit vita vniuſcuiuſque rei ſpecialiter, ſciendum eſt, vitam rerum nihil eſſe aliud quàm eſſentiam ſpiritualem, inuiſibilem & impalpibilem rem, ſpiritum & ſpiritualem rem. Propterea nihil corporale eſt quin habeat in ſe latentem ſpiritum, & vitam, quæ vt dictum eſt, nihil eſt aliud quàm res ſpiritualis. Non autem ſolum viuit id quod mouetur & agitatur vt homines, animalia, vermes terræ, aues ſub cœlo, piſces in mari, ſed & omnes res corporales & ſubſtantiales. Nam hîc ſcire debemus, quòd Deus in principio creationis omnium rerum, nullum omnino

De ſpiritu & uita rerum.

corpus absque suo spiritu creauerit, quem occultè in se gerit. quid enim esset corpus absque spiritu? nihil prorsus. Propterea spiritus continet in se occultè rei virtutem & potentiam & nō corpus, nam in corpore est mors, & corpus est subiectum mortis, neque aliud in corpore quæri debet, quàm mors: potest enim varijs modis perdi & corrumpi, spiritus verò non. nam semper manet spiritus viuus, & est quoque vitæ subiectum: viuum quoque suum corpus conseruat, sed in euersione corporis ab illo separatur & mortuum corpus relinquit, & redit in suum locum vnde venerat, nempe in chaos & aerem superioris & inferioris firmamenti. Ex his patet varios esse spiritus, sicut varia sunt corpora: sunt enim spiritus cœlestes, infernales, humani, metallici, mineraliū, salium, gemmarum, marcasitarum, arsenicales, potabilium, radicum, liquorum, carnium, sanguinis, ossium, &c. quapropter & sciatis spiritum esse verissimè vitam & balsamum omnium rerum corporalium. Iam verò pergemus ad species, & peculiariter cuiusque rei

naturalis

naturalis vitam vobis hîc quàm breuissimè describemus.

Vita igitur omnium hominum nihil aliud est quàm balsamus quidam astralis, balsamica impressio, & cœlestis ac inuisibilis ignis, inclusus aer, & tingens spiritus salis: euidentius appellare non possum, quanquam multis & pluribus nominibus proponi posset, cùm verò præcipua & optima à nobis hîc indicata sint, reliqua minora reticebimus. *Vita hominum.*

Vita metallorum est latens pinguedo, quam à sulphure acceperunt: quod ostenditur ex fluxu ipsorum, quia omne quod in igni fluit ob occultam suam pinguedinem fluit: nisi ea esset, nullum metallum in fluxum redigi posset, sicut videmus in ferro & chalybe, quæ minimum sulphuris habent & pinguedinis inter omnia metalla, quare siccioris naturæ sunt quàm alia metalla omnia. *Metalla.*

Vita Mercurij nihil aliud est quàm interior calor & exterior frigiditas, hoc est interius sui corporis calefacit, exterius frigefacit, & meritò vesti pelliceæ *Mercurij uita.*

comparari poteſt,quæ etiam vt mercu
rius calefacit & frigefacit: nam ſi talis
ab homine ea induto geſtetur,calefacit
eum & cuſtodit eum à frigore,ſi autem
pars calua nudo corpori applicata ge-
ſtetur, frigefacit & valet contra nimiū
calorem, quare vetuſtiſſimis tempori-
bus vſitatū fuit & adhuc in multis lo-
cis vſitatum eſt,vt tales veſtes pelliceæ
æſtatis ſimul & hyemis tēpore geſten-
tur,tam contra frigus quàm contra ca-
lorem,in ęſtate partē glabram interius,
piloſam verò exterius vertunt, tēpore
verò frigoris in hyeme,partem piloſam
interius & glabram exterius gerunt. Si
cut igitur iam de veſte pellicea audiui-
ſtis,ita & de Mercurio vſurpari poteſt.

Sulphur. Sulphuris vita eſt combuſtibilis ma-
leolens pinguedo: nam dum flagrat &
maleolet,poteſt viuum dici.

Salia. Vita verò omnium ſalium nihil aliud
eſt quàm ſpiritus aquæ fortis:nam ab-
ſtracta ab ipſis aqua,quod in fundo re-
manet terra mortua dicitur.

Gemmæ. Vita gemmarum & corallorum eſt
ſolus color qui ipſis per ſpiritum vini
extrhai poteſt:perlarum vita nihil eſt a-
liud

ſiud quàm ſplendor earum, quem in ſua calcinatione amittunt. Vita magnetis eſt ſpiritus ferri, qui ipſi vino ardenti rectificato vel ſpiritu vini extrahi & auferri poteſt.

Vita verò ſilicum eſt materia mucilaginoſa: vita marcaſitarum, cachymiarum, talci, Kobolti, zinci, granatorum, zuuittet, vuiſmat, antimonij eſt tingens metallicus ſpiritus. *Marcaſitarum nita.*

Arſenicalium, auripigmenti, operme nti, realgaris & ſimilium materiarum vita eſt minerale & coagulatum venenum. *Realgar.*

Vita vndoſorum hoc eſt omnis ſtercoris hominum & animalium, eſt ipſorum grauis & fętens odor: nam hoc amiſſo mortua ſunt. *Stercus.*

Rerum aromaticarum vita, quales ſunt muſcus, ambra, zibetta, & quicquid fortem odorem, bonum & ſuauem prębet, eſt nihil aliud quàm odor ipſe gratus: nam ſi hunc amittant ſunt res mortuæ & inutiles. *Aromata.*

Vita rerum dulcedinoſarum vt Sacchari, mellis, mannæ, fiſtulæ, caſſiæ & ſimilium, eſt tingens & ſubtilis dulce- *Dulcia.*

do: nam si ipsis ista dulcedo distillando vel sublimando adimatur, sunt res mortuæ & fatuæ, quæ nihil amplius valent.

Resinæ. Vita verò resinarum vt carabæ, terebinthinæ, gummi, est mucilaginosa, nitens pinguedo, quæ omnia egregium virnisum dant; cùm autē virnisum non amplius præbent & nitorem suum amittunt, mortuæ sunt.

Herbæ. Herbarum, radicum, pomorum, & aliorum eiusmodi fructuum vita nihil aliud est quàm liquor terræ, quem spōte amittunt, si tantùm carent aqua & terra.

Ligna. Ligni vita est resina quædam: nam quoduis lignum si resina careat nō amplius virere potest.

Oßa. Ossium vita est liquor mummię: carnis & sanguinis: vita nihil aliud est quā spiritus salis, qui ea à fœtore & putredine conseruat, & sponte vt aqua ab ipsis separatur.

Aqua. De vita verò elementorum sciendū est, vitam aquæ esse cursum suum, nam cùm per frigus firmamenti coagulatur, & in glaciem congelatur, tum est mortua

mortua,& malitia ei omnis adempta est, cùm nemo amplius in ea suffocari possit.

Ita ignis vita est aer quidam: nam aer ignem vehementius & maiori cum æstu flagrare facit: procedit etiam ab omni igni aer quidam, ita vt candelam extinguat, vel leuem plumam sursum agat, vt oculis patet, quare omnem viuum ignem hoc est ignem flãmarum, si obturetur vel aerem suum emittendi facultate priuetur, suffocari necesse est. *Ignis.*

Aer per se & ex se viuit, & omnibus alijs rebus vitam dat. Terra autem per se est mortua, sed elementum ipsius est inuisibilis & occulta vita. *Aer & terra.*

FINIS LIBRI QVARTI.

DE NATVRA RERVM LIBER QVINTVS.

De morte rerum naturalium.

Mors quid.



MOrs omnium rerum naturalium nihil aliud est quã alteratio & euersio virium & virtutum, prædominatio malitię & bonitatis, oppressio & deletio prioris naturæ, & generatio nouæ & alterius naturæ. Nam sciendum est multas res in vita sua bonas esse & habere suas virtutes: mortuas verò, nihil aut parum virtutis suæ retinere, sed planè fatuas & inualidas apparere: ita ecõtrà multa in vita sua sunt mala, sed in morte vel postquam mortificata sunt multiplicem vim & efficaciam ostendunt, & multum prosunt: exempla multa hic recensere possemus sed id planè non est nostri propositi.

Vt autem videatis me hîc non ex verisimili opinione mea scribere, sed ex mea experientia, oportet me afferre vnum exemplum, quo sedabo & mutos

faciam

faciam Sophistas qui dicunt, quòd ex rebus mortuis prorsus nihil accipi possit, nec aliquid in ipsis quærendum esse vel reperiri: causa verò est, quòd Alchymistarum præparationes nihil ęstimēt, per quas multa eiusmodi magna secreta reperiũtur. Nam inspicite Mercuriũ, sulphur viuum & crudum, & antimonium crudum, ita vt ex fodinis afferuntur, hoc est dum viuunt, quàm parua sit ipsorum virtus, quàm leuiter & tarde efficaciam suam exerceant, imò plus mali quàm boni afferant, & potius venenum sint quàm medicina. Si verò per solertis Alchymistæ industriam in prima sua substantia corrumpantur, & prudenter præparentur (nempe ☿ coaguletur, præcipitetur, sublimetur, resoluatur & in oleum vertatur: sulphur sublimetur, calcinetur, reuerberetur, & in oleum vertatur: similiter ♀ sublimetur, calcinetur, reuerberetur, & in oleũ vertatur) videte quantam vtilitatem, quantam vim & virtutem, & quàm celerem efficaciam pręstent & ostendant, nemo satis eloqui aut scribere potest. Nam ipsorum multiplices virtutes sunt im-

☿, sulphuris ♀ & præparationes.

peruestigabiles,nemo omnes indagare potest. quare quilibet Alchymista & fidelis medicus, in his tribus rebus per totam vitam suam quærere debet,& vsque ad mortem suam in his ludere & tempus terere: nam certissimè omnes ipsius labores,studium & sumptus egregiè compensabunt.

Sed vt ad specialia veniamus & specialiter scribamus,mortem & mortificationem vniuscuiusque rei naturalis, quid sit mors eius & qua ratione mortificetur. Sciendum est igitur primum de morte hominis,quod sine dubio nihil aliud sit nisi finis operis diurni, ablatio aeris, euanescentia balsami, extinctio lucis naturalis & magna separatio trium substantiarum,corporis, animæ, & spiritus,& reditus in vterum maternum. Nam quoniam naturalis terrenus homo ex terra est,terra quoq; mater eius erit,in quā redire eum oportet, & inibi terrenā naturalem carnē amittere,& ita in vltimo die in noua cœlesti & clarificata carne regenerari, vt Christus Nicodemo dicit,cùm noctu ad ipsum veniret:nam ita vt dictū est hęc verba

Mors hominis quid.

ba

ba ſunt intelligenda de regeneratione.

Mors autem & mortificatio metallorum eſt ablatio compaginis corporis ipſorum, & ſulphureæ pinguedinis, quę ipſis multis modis adimi poteſt, vt per calcinationem, reuerberationem, reſolutionem, comentationem, & ſublimationem. Calcinatio verò metallorum non eſt vniuſmodi: vna enim fit per ſal, vna per ſulphurem, vna per aquas fortes, vna per Mercuriũ vulgi & Mercuriũ viuum. Calcinatio per ſal eſt, vt metallum tenuiſſimè laminetur, & cum ſale ſtratificetur & cementetur. Calcinatio verò per ſulphurem eſt, vt metallum laminetur, cum ſulphure ſtratificetur & reuerberetur. Calcinatio per aquas fortes eſt, vt metallum granuletur & in aqua forti reſoluatur & præcipitetur in ea. Calcinatio per Mercurio vulgi eſt talis, vt etiam laminetur metallum: Mercurius verò ponatur in terreo vaſe ſuperius anguſto inferius amplo, & poſtea in ignẽ mediocrem carbonum qui parum ſufflетur, donec ☿ incipiat fumare & alba nebula ex ore vaſis egrediatur tũ laminatũ metallũ ori vaſis impona-

Calcinatio uaria metallorum.

tur,ita Mercurius vulgi penetrat metal lum & fragile reddit ſicut lapidem car bonarium. Calcinatio verò per Mer curium viuum eſt vt metallum in parvas particulas ſcindatur, laminetur vel granuletur,& cum Mercurio amalgametur,poſtea per pellem Mercurius ex primatur,& remanebit in pelle metallum in forma calcis vel arenæ. Vltra has autem mortificationes metallorũ, deſtructiones & albationes vitæ ipſorum,ſciatis etiam alias plures eſſe mortificationes metallorum: nam prætérquam quòd ferrugo omnis ferri & cha lybis mors eſt,aliæ ſunt quæ pluris ſunt facienda. Sciendum enim eſt quodlibet vitriolum, aut etiam æs vſtum,eſſe cuprum mortificatum: quemlibet præ cipitatum,ſublimatum,calcinatum,cin nabarim,Mercurium mortificatum eſſe:quamlibet ceruſſam, quodlibet minium vel flauum plumbi, mortificatũ plumbum: quemlibet lazurium mortificatum argentum: ita etiam quodlibet ☉ cui tinctura ſua, quinta eſſentia, reſina vel crocus,vitriolum vel ſulphur detractum eſt,mortuum eſt, quia non amplius

Aliæ mortificationes metallorũ.

amplius, formam habet auri, sed est metallum altum simile ☽ fixæ.

Sed pergamus vobis proponere qua ratione mortificatio metallorum fiat: primum igitur de ferro sciendum, quòd hoc modo mortificetur & in crocum redigatur: lamina tenuissimè chalybem, has laminas candefac & extingue in optimo aceto ex vino, hoc fac toties donec videas acetum insignem rubedinem contraxisse: cùm verò satis aceti rubri habes, omne confunde & distilla inde humiditatem aceti, residuū coagula in puluerem siccum, hoc est valde nobilis crocus martis. Est autem & alia ratio crocum martis faciendi, quæ partim priorem superat, & longe minori sumptu & labore fit, nempe ita: Stratifica tenuissimas laminas chalybis cum sulphure & tartaro ana, postea reuerbera, hoc parit pulcherrimū crocum, qui ex laminis demi debet. Similiter sciatis quamlibet laminam ferri vel chalybis, si aqua forti illinatur, etiam pulchrum crocum reddere: ita etiam fit cū oleo vitrioli, aqua salis, aqua aluminis, aqua salis armoniaci,

Crocus ♂ duplex.

aqua ſalis nitri, Mercurio ſublimato, quę omnia ferrũ mortificant & in crocũ redigunt, ſed nullus ex iſtis modis, ſuperiorib. duobus eſt comparãdus: nam ſolummodo in Alchimia vſurpari poſſunt, & prorſus non in medicina, quare vtaris duobus primis modis, & reliquos omitte & fuge.

Mortificatio verò cupri, vt illud ſcilicet redigatur in vitriolum, viride æris, vel æs vſtum, etiam varijs modis fieri poteſt: & ſunt varij proceſſus in hoc, attamen vnus longè melior altero, vnus vtilior altero: quare opus erit optimos & vtiliſſimos hîc annotare, & reliquos reticere. Optimus igitur, facilimus & iuſtiſſimus modus cuprum in vitriolum redigendi eſt iſte: Illinantur laminę cupri aqua ſalis aut ſalis petrę & ſuſpendantur vel ponantur in aere, donec laminæ incipiant vireſcere, quod quidem cito fit, hanc viriditatem elue aqua clara fontana, laminas ſicca panno aliquo, & iterum inunge aqua ſalis, vel ſalis petræ & iterum fac vt anteà, tandiu donec aqua planè viridis fiat vel multum vitrioli in ſupremitatem emittat: tunc

Vitriolum cupri duobus modis.

aquam

aquam inclinando remoue vel exhalando, & habebis nobile vitriolum ad medicinam. In Alchymia non eſt pulchrius, nobilius vel melius vitriolum, quàm quod fit per aquam fortem, aut aquam regis, aut aquam ſalis armoniaci. proceditur autem ita: Inungantur laminę cupri vna ex dictis aquis, & quàm primùm viriditas extracta fuerit, & laminæ ſiccę fuerint, viriditas pede leporino, aut alia ratione pro libitu dematur, vt ceruſſa de laminis plumbi roditur: iterum inungantur vt anteà, donec laminæ prorſus conſumantur, indè fit vitriolum pulchrrrimum, vt non poſſis non mirari.

Aqua verò ſaliſpetræ fit ita: Purifica ſalpetræ, liquefac & pulueriza, poſtea in veſica in aqua bulliente per ſe reſolue: ita habes aquam ſalispetræ. Aqua ſalis armoniaci fit ita: Calcina ſal armoniacum, & ſuper marmore in cella reſolue, hæc eſt aqua ſalis armoniaci. *Aqua ſalis petræ & ſalis armoniaci.*

Vt autem ex cupro fiat viride æris, ſunt variæ quoq; vię, quas non opus eſt hîc recenſere, tantùm igitur duas deſcribemus, attamen duplici prǽpara- *Viride æris*

tione, vnam ſcilicet ad medicinam, alteram al alchymiam. Viride igitur ęris, quod in medicina vſurpandum eſt, talem habet proceſſum: Accipe laminas cupri, quas inunge ſequenti materia: Recipe mellis & aceti ana, & ſalis tantum, vt ex his tribus pultem craſſiorem facere poſſis, bene miſcendo: poſtea pone in reuerberatorio aut furno figulino, tandiu donec figulus vaſa ſua torruerit, & videbis materiā adhęrentem laminis nigram eſſe, ſed hoc ne tibi pariat ſollicitudinem, nec te teneat: nam ſi ad aerem ſuſpendas vel ponas laminas illas, tota materia nigra in paucis diebus viridis fiet, & fiet pulcherrimum viride æris, quòd balſamus cupri appellari poſſit, & ſummè laudandum eſt ab omnibus medicis. Sed neque hoc mirari debes, quòd iſtud viride æris in aere primùm viride fit, & quòd aer colorem nigrum in tam pulchrum viridē tranſmutare poſſit: nam hîc ſciendum eſt, quòd & quotidiana experientia in Alchymia demonſtrat, quòd quælibet terra mortua vel caput mortuum quamprimùm ex igne in aerem

Sal.

Aer mutat colores rerum vſtarū

rem venit, citissimè alium colorem acquirat, & suum colorem, quem in igne assumpserat, relinquat. Mutationes autem istorum colorũ sunt variæ: prout enim materia est, fiunt quoq; colores, quanquam plerunq; ex nigredine terræ mortuæ fluant: nam vos qui Alchymiæ periti estis, videtis quòd quælibet terra mortua pulueris fluxus vel aquæ fortis, nigra ex igne veniat, & quò plura sunt ingredientia, eò magis variè ostendunt se colores in aere: interdum videntur rubri tantùm, sicut quidem vitriolum facit, interdnm solùm flaui, albi, virides, cœrulei: interdum mixtum, vt in iride vel cauda pauonis. Isti colores omnes post mortem se ostendunt & ex morte: nam in omnium rerum naturalium morte videntur alij colores & à primo colore in alium mutantur, quilibet iuxta suam naturam & proprietatem. Porrò dicemus & de viridi ęris, quod Alchymię dedicauimus; eius autem præparatio & processus talis est: Lamina tenuissimè cuprum, quod cum sale, sulphure & tartaro ana tritis & mixtis stratifica in tigillo ma-

gno: poſtea reuerbera vigintiquatuor horas forti igni, ita tamen ne fluant laminæ cupri, poſtea exime, tigillum frange, laminas cum adhærente materia ad aerem pone aliquot dies, & conuertetur materia in laminis in pulcherrimũ viride æris, quod in omnibus aquis fortibus, aquis gradationum, & in cementis & auri colorationibus aurum & argentum alto colore tingit.

æs vſtũ vel crocus ♀. Vt verò cuprum ęs vſtum fiat, quod & crocus cupri appellatur, tali modo procedendum eſt: Laminetur cuprum, & vngatur ſale, cum optimo aceto in pultem redacto: poſtea ponatur in magno tigillo, & collocetur in furno venti & per quadrantem horæ forti igni vratur, ita tamen ne fluant laminæ: hæ laminæ ita candentes in aceto reſtinguantur, in quo ſal armoniacum ſit reſolutum, in libra aceti ſemper vna ſemuncia: iterum candefiant laminæ, & in aceto reſtinguantur vt anteà: ſemper autẽ ſquamas, quæ poſt reſtinctionem adhærent laminis in acetum radito, vel pulſando deĳcito, aut vt potes: Hoc tandiu fiat, donec laminæ cupri

pri bona ex parte inde absumãtûr:iam verò distillando abstrahatur acerũ, vel aperto vase exhalet, & in durissimum lapidẽ coaguletur: ita habes summum crocum cupri, cuius vsus est in Alchymia: Multi quidem communiter æs vstum vel crocum Veneris ex ♀ per extractionem alcoolis vini (alij aceti) vt crocum Martis faciant: ego verò laudo hunc modum longè magis.

Sublimatio mercurij. Mortificatio verò ☿ vt sublimetur fit per vitriolum & sal,cum his duobus misceatur, & inde sublimetur, ita durescit vt cristallus, & albescit vt nix. Vt autem in præcipitatum redigatur mercurius, non alio modo procedendum est,quàm vt in optima aqua forti calcinetur,postea graduata aqua fortis ab eo abstrahatur quinquies, plus minúsue, donec præcipitatus pulchrum colorem rubeum acquirat. Hunc præcipitatum dulcifica quantũ potes:vltimò quoq; rectificatum vinum ardens ab eo distilla septies vel nouies,vel toties,donec in igne candescat & non aufugiat:tunc habes mercuriũ præcipitatum diaphoreticum. Porrò hîc notan-

Præcipitatus diaphor ticus fiexus.

dum eſt magnum ſecretum de Mercurio præcipitato, ſi poſt colorationem ſuam cum aqua ſalis tartari dulcificetur, diſtillando eam inde, ſemper recentem, toties quidem, donec aqua non amplius acris à præcipitato aſcendat, ſed planè dulcis ſit. Tum habebis præcipitatum dulce vt ſaccarum vel mel, qui in omnibus vulneribus, vlceribus, & morbo Gallico ſummum arcanum eſt, vt melius ſibi medicus optare non debeat: præterea exhilarat Alchymiſtas perditos: eſt enim augmentum ☉, & ingreditur ☉, & cum ipſo aurum conſtans & bonum fit. Quanquam autem multum laboris & ſudoris requiratur ad hunc præcipitatum, ſatis tamen ea recompenſat, & ſumptus tuos tibi reddit: & præterea ſatis lucri inde habes, plus quidem quàm optimo artificio aliquo aſſequi poſſes: meritò autem de hoc lætari debes, & Deo & mihi ob id gratias agere. Vt autem Mercurius coaguletur, dixi iam in acri aqua forti oportere id fieri, quę diſtilando abſtrahatur, & præcipitatio fiat. Vt verò Mercurius in cinnabarim redigatur,

tur, oportet eum prius cum sale & sulphure flauo mortificare & liquefacere, & in puluerẽ album redigere, postea in cucurbita ponere, & superponere aludel & sublimare in maximo fluxu, vt moris est, ita ascendit cinnabaris in aludel, & adhæret durus vt hæmatites.

Mortificatio plumbi vt redigatur in cerussam, est duplex, vna ad medicinam, altera ad Alchymiam: præparatio verò cærussæ in medicina est talis: Laminas plumbi suspende in olla deuitreata super acetum forte ex vino, olla optimè obturata, ne spiritus exhalent: hanc ollam pone in cineribus calidis, vel in hyeme post fornacem, tunc semper post decem vel quatuordecim dies inuenies optimam cerussam adhærentem laminis, quam pede leporis abradito: laminam verò reponito super acetum tandiu, donec satis cerussæ habes. Altera autem præparatio cerussæ ad Alchymiam est similis superiori, nisi quòd in aceto multum optimi & pulcherrimi salis armoniaci solui oportet, hac ratione pulcherrimam & subtilissimam ce- *Cerussa duplex.*

russam habebis ad purgandū stannum & plumbum & cuprum dealbandum.

Si verò ex plumbo minium conficere volumus, oportet prius sale calcinari in cinerem, & postea in vitreata olla lateraliter aduri, semper agitando filo ferreo, donec rubescat: hoc miniū est optimum & carissimum, & in medicina simul ac Alchymia vsurpari debet: alterum autem quod mercatores vendunt in tabernis, non debet: fit enim tantùm ex cineribus, qui in minerarum liquefactione de ♄ remanent, quod & figuli ad incrustandum vasa emunt, tale minium tantùm ad picturas, & neq; ad medicinam neq; ad Alchymiam valet.

Crocus ♄ Vt autem plumbū redigatur in flauedinem, fit præparatio eius non absimilis præparationi minij: nam plumbum hîc quoq; sale calcinari, & in cinerem redigi debet, & postea cōtinuò ferro agitari in lata patina probantiū mineras, in mediocri igne carbonum, diligenter animaduertēdo, ne nimium caloris sentiat, néue agitatio sit negligens, aliàs enim flueret & fieret vitrum flauum:

flauum: atque ita habebis pulchrum flauum ex ♄.

Mortificatio argenti vt ex eo fiat lazurium, vel illi ſimile aliquid, ita fit: Laminetur ☾, & cum Mercurio miſceatur, & in vitreata olla ſuſpendatur ſuper acetum præſtans, in quo prius auratæ coctæ ſint, & poſtea in eo ſoluta ſal armoniacum & tartarum calcinatum: in reliquis omnibus age, vt de ceruſſa dictum eſt, tunc ſemper poſt quatuordecim dies habebis nobiliſſimũ & pulcherrimũ lazurium adhærens laminis argenti, quod pede leporino deterges. *Lazurius color.*

Mortificationem auri vt redigatur in ſua arcana, vt in tincturam, quintam eſſentiam, reſinam, crocum, vitriolum & ſulphur, & cætera præſtantia arcana, quorum quidem præparationes multiplices ſunt: quia maxima ex parte talia arcana in alijs libris iam ſatis tradidimus, vt extractionem tincturæ ☉, quintæ eſſentiȩ ☉, Mercurij ☉, olei ☉, ☉ potabilis, reſinæ ☉, croci ☉, & in Archidoxis & alibi, hîc non opus eſſe cenſemus repetere: quæ autem arcana illic omiſſa ſunt, hîc indicabimus, vt vi- *Nat. rer.*

triolum ☉, ſulphur ☉, quæ quidem non ſunt minima, & quemlibet medicum ſummopere exhilarare debent.

Auri ſulphur et vitriolum.

Vt autem vitriolum ex ☉ extrahatur, ita procedendum eſt: Recipe auri purgati duas vel tres marcas, quas lamina, & ſuſpende ſuper vrina puerorũ mixta cum ſiliquis vini, in ampla cucurbita vitrea ſuperius bene ſigillata, quam in feruentem cumulum ſiliquarum vini, vt ex torculari veniũt, infodias, vbi ſtet quatuordecim dies, vel tres ſeptimanas: poſtea aperi & reperies ſubtiliſſimum colorẽ, qui eſt vitriolum ☉, adhærentem laminis ☉, quem pede leporino demes, vt de aliĳs metallis audiuiſti, vt de ferri laminis crocum ♂, de cupri laminis vitriolum ♀ & viride æris, de ♄ laminis ceruſſam, de ☽ laminis lazuriũ, &c. ſub vno proceſſu comprehenſis, ſed non tamen vniuſmodi præparatioue. Quando igitur ſatis habes huius vitrioli ☉, coque ipſum bene in aqua pluuiali diſtillata, ſemper agitando ſpatula aliqua, tunc ſulphur auri tollitur in ſuperficiem aquę vt ſeuum, quod cochleari demito: ita etiam cum

alio

alio vitriolo agendum eſt. Poſtquam autem iam ablatũ eſt ſulphur, aquam illam pluuialem euapora vſque ad ſiccitatem & remanebit vitriolum ☉ in fundo, quòd facilè per ſe in marmore in humido reſoluere potes. In his duobus arcanis nempe in vitriolo auri & ſulphure auri latet virtus diaphoretica: virtutes autem eorum hîc non deſcribimus: nam in libro de Morbis metallicis, & in aliĳs libris eas ſatis indicauimus.

Mortificatio & fixatio ſulphuris.

Mortificatio autem ſulphuris eſt, vt ipſi combuſtibilis & fœtens pinguedo adimatur, & in fixam ſubſtantiam redigatur, quod hac ratione fit: Recipe vulgare flauum ſulphur in tenuem puluerem redactum, & abſtrahe ab ipſo diſtillando aquam fortem valde acrem tertia vice: poſtea ſulphur, quod in fundo eſt nigri coloris dulcifica dulci aqua, toties ab eo diſtillando, donec aqua prorſus dulcis ab eo abſcedat, & non amplius ſulphuris fœtorem habeat. Hoc iam ſulphur reuerbera in reuerberatiuo clauſo ſicut antimonium, tum fiet primò album: poſtea flauum:

tertiò rubrum vt cinnabaris: quando ipſum iam tale habes, gaudere debes: eſt enim initium diuitiarum tuarum. Hoc reuerberatum ſulphur tingit altiſſimæ quamlibet lunam in præſtantiſſimum aurum, & corpus humanum in ſuam ſummã ſanitatem, plus quàm ſcribere licet, tantæ virtutis eſt hoc reuerberatum & fixatum ſulphur.

Salia. Mortificatio omniũ ſalium, & quicquid eſt naturæ ſalſę, eſt ablatio & diſtillatio aquoſitatis & oleitatis ipſorum, & prętereа ſpiritus ſalis: nam ſi hæc auferantur, vocãtur poſtea terra mortua vel caput mortuum.

Gemmæ. Mortificatio gemmarum & corallorum eſt, vt calcinentur, ſublimentur, & in liquorem ſoluantur, vt chryſtallus: perlarum mortificatio eſt, vt calcinentur, & in acri aceto reſoluantur in forma lactis.

Mortificatio magnetis eſt, vt oleo Mercurij inungatur, vel ☿ vulgi tangatur: nam poſtea nullum ferrum attrahit.

Silices. Mortificatio ſilicum & lapidum eſt calcinatio.

Mor-

Mortificatio marcasitarum, cachymiarum, talci, Kobolti, zinzi, granatorum zvuitter, vuismut, antimonij est sublimatio, hoc est, vt cum sale & vitriolo sublimentur, tunc vita ipsorum, quæ est spiritus metallicus, vnà cum spiritu salis ascendit, quicquid autem in fundo sublimatorij remanet, lauetur, vt resoluatur ab eo sal, & habebis terrã mortuã, in qua nihil est virtutis. *Marcasitæ*

Mortificatio arsenicalium, auripigmenti, opermenti, realgaris, &c. est vt cum sale nitro fluant, & in marmore in oleum vel liquorem vertantur & fixentur. *Realgar.*

Mortificatio rerum vndosarum est coagulatio aeris. *Stercora.*

Mortificatio aromaticarum rerum est ablatio boni odoris.

Mortificatio dulcedinosarũ rerum est, vt cum corrosiuis sublimentur & distillentur. *Dulcia.*

Mortificatio carabarum, resinarum, terpentinæ & gummi est, vt in oleum vel virnisum redigantur. *Resinæ.*

Mortificatio herbarum, radicum, & similium est, vt ab ipsis oleum & a- *Fructus.*

qua eorum distilletur, & liquor exprimatur torculari, & præterea alcali extrahatur.

Ligna. Mortificatio lignorum est, vt in carbones vel cineres vertantur.

Ossa. Mortificatio ossium est ipsorum calcinatio.

Caro. Mortificatio carnis & sanguinis est ablatio spiritus salis.

Aqua & ignis. Mortificatio aquæ fit per ignẽ: nam calor ignis exiccat & consumit omnẽ aquam: ita mortificatio ignis fit per aquam: aqua enim extinguit ignem & aufert ipsi suam vim & efficaciam.

Ita iam satis instructi estis breuibus quidem verbis, quomodo mors in omnibus rebus naturalibus lateat, & quomodo mortificentur, & in aliam formam & naturam redigantur, & quæ virtutes ex ipsis fluant: quicquid præterea hîc dicendum erat, ponimus in libro sequenti de Resuscitatione rerum naturalium.

FINIS LIBRI QVINTI.

DE-

DE NATVRA RERVM LIber sextus.

De resuscitatione rerum naturalium.

Resuscitatio poßibilis.



Esuscitatio & reductio rerum naturalium non est minimum in rerum natura, sed profundum & magnum secretum, & potius diuinum & angelicum quid, quàm humanum & naturale. Volo autem hîc cum maximo discrimine intelligi, & non aliter, quàm mea est sententia, & quàm natura quotidie & manifestè ostendit, & experientia probat, ne mendacijs & obtrectationibus pseudomedicorum, meorum hostium, sim expositus, (qui aliàs omnia mea sinistrè interpretantur) quasi diuinam potentiam vsurpare velim, & naturæ hoc tribuere, quod nunquam potuerit. Quapropter hîc summa obseruatione opus est, quandoquidem mors est duplex, nempe violenta & spon-

tanea, vna poteſt reſuſcitari, altera non: quare ſophiſtis ne credatis qui dicunt, quòd ſemel mortuum ſit vel mortificatum nunquam poſſe reſuſcitari, & reſuſcitationem & reſtaurationem nihili faciunt, qui quidem error ipſorum non eſt minimus. Verum quidem eſt quicquid naturali ſua morte perit, & quicquid natura mortificat ex prædeſtinatione ſua, ſolus Deus reſuſcitare poteſt, aut ipſius iuſſu diuino hoc fieri neceſſe eſt: ita quicquid natura conſumit, homo reſtaurare non poteſt: quicquid autem homo deſtruit, reſtituere poteſt, & refectum frangere, vlterius homo nullam ex ſua cõditionẽ poteſtatem habet, & ſi quis amplius niteretur facere, is Dei potentiam ſibi arrogaret, & tamen fruſtrà laboraret & confunderetur, niſi Deus eſſet cum eo, vel haberet tantã fidem, quá montes tranſponere poſſet, tali etiam hoc poſſibile eſſet, & adhuc plura maiora: quia Scriptura ait, & Chriſtus hoc ipſe dixit: Si habeatis fidem vt granum ſinapi, & dicatis iſti monti abeas, & colloces te in illo loco, faciet & collocabit
ſe,

se,& omnia erunt vobis possibilia & nihil impossibile.

Sed vt ad nostrum propositum redeamus, quid tandem sit discriminis inter mori & mortificari,& vtrum ex his resuscitari possit, ita hæc intelligenda sunt. Quicquid ex natura sua moritur habet suum terminum ex prædestinatione,& ita fert Dei voluntas & ordinatio, accidit tamē hoc quoque ex varijs morbis & diuersis casibus, & hoc nunquam resuscitari potest, neque est vllū præseruatiuum contra prædestinationem & connatum terminum vitæ vsurpandum. Quod autem mortificatum est, etiam resuscitari & reuiuificari potest, quod multis argumentis probari posset, quæ quidem in fine huius libri ponemus. Quare maximum discrimen est inter mori & mortificare, neque pro re vna sub eodem nomine censeri debent: nam in ipsa proba longissimè distant. Nam videte de homine qui moritur morte naturali & prædestinata, quid amplius boni vel vtilis est in ipso? nihil, tantum in terram ad vermes: est enim putridum cadauer & debetur ter

Quæ resuscitari possint, quæ nō

ræ. De homine autem occiſo, qui gladio vel ſimili modo violento mortuus eſt, non ſimiliter intelligēdum eſt: nam totum ipſius corpus eſt vtile & bonum, & in pretioſiſſimam mummiam præparari poteſt: nam quamuis ſpiritus vitæ ex tali corpore exceſſerit, reſtat tamen balſamus, in quo adhuc vita latet, qui quidem vt balſamus alia corpora humana conſeruat. Ita etiam de metallis videtis, quādo metallum mori vult incipit rubigine confici: & quod confectum eſt, mortuum eſt: & quando totũ metallum rubigine abſumptum eſt, totum emortuum eſt, & talis rubigo nunquam in verum metallum reduci poteſt, ſed fit tantummodò ſcoria & non metallum: mortuum eſt enim, & mors eſt in ipſo, nec habet balſamũ vitæ amplius, ſed in ſeipſo periJt.

Differētia calcis & cineris metallorum.

Eſt & calx metallorum & cinis duplex, & eſt maxima differentia inter iſta duo: nam vnum reuiuificari poteſt & in metallum reduci, alterum verò minimè: vnũ eſt volatile, alterũ eſt fixum: vnum eſt mortuum, alterum mortificatum. Cinis eſt volatilis nec in metallũ reduci

reduci poteſt, tantùm in vitrum vel ſcotiam. Calx autem metallorū eſt fixa & in ſuum metallū reduci poteſt. Vt autē differentiam & cauſam intelligatis, ſcitote, quòd in cinere minus pinguedinis & plus ſiccitatis ſit quàm in calce, quæ quidem fluxū dant: calx verò pinguior eſt & humidior quàm cinis, & adhuc ſecum habet ſuam reſinā & fluxū & prçcipuè ſal, quod ex propria natura fluxibile eſt, & metalla fluere facit & reducit. Ex hoc iam ſequitur, cineribus metallorum, vt in metallum non reduci poſſunt, ſal extrahendum eſſe, tunc perfectè ſunt volatiles: & hoc quidem diſcrimen & caput eſt ſummopere notandum, & non parum in eo ſitum eſt.

Nam apud falſos medicos non paruus error extitit, qui loco ☉ potabilis, quintæ eſſentiæ auri, tincturæ ☉ &c. leproſam calcem ſolis dederunt hominibus, non cōſiderato diſcrimine & malo inde cōſequente: nam duo notabilia & neceſſaria hîc obſeruāda ſunt, nēpe quòd aut calcinatum vel puluerizatum ☉ ſi detur hominib. in ventriculo in vnum cumulum congeritur, aut in ſtercore i-

terum per anum prodit & ita frustra sumitur & inutiliter: aut quòd magno interiori calore in corpore humanò reducitur, & intestina & ventriculũ incrustat & deaurat, qua re concoctio in vẽtriculo impeditur, vnde multæ variæ ægritudines consequuntur, & tandem etiam mors. Sicut autem de sole audiuistis, ita etiam de reliquis metallis septem intelligatis, nempe ne vllum metallicũ arcanum vel medicamentum intra corpus accipiatis, nisi prius sit redditum volatile, & in nullum metallum reduci possit. Quare primus gradus & initium præparandi aurum potabile est hoc, ita postea tale volatile per spiritũ vini solui potest, vt ambo simul ascendant & volatilia & inseparabilia fiant. Sicut autem præparatis aurum, ita potestis etiam præparare ☽ ♀ ♂ ♃ ♄ & ☿ potabile.

Quomodo fiant metalla potabilia irreducibilia.

Sed vt ad nostrum propositum redeamus, & exemplis & sufficientibus rationibus probemus, quod res mortificatæ non mortuæ sint, & in morte cogantur manere, sed reduci & resuscitari ac

ri ac viuificari poſſint, & hoc quidē per hominem ex ductu naturæ & formulæ: videtis de leonibus qui omnes mortui naſcuntur, & primum ab horribili clamore ſuorum parentum viuificantur, quaſi aliquis dormiens qui clamore aliquo ſuſcitatur, ita etiam leones excitātur, non quòd ſic dormiant: nam qui dormit ſomnum naturalem, eum neceſſe eſt reſurgere, ſed leones non ita: nam niſi excitatio per clamorem illum fieret, mortui manerent, nec vnquam in illis vita reperiretur. Quare ex hoc ſatis intelligitur, quòd per clamorem vitam ſuam acquirant & viuificentur. *Leonum uiuificatio.*
Similiter etiam videtis in omnibus animalibus quæ non naſcuntur, ſed ex putredine oriuntur vt muſcæ, quæ ſi in aquis ſuffocentur ita vt nulla amplius vita in ipſis reperiatur vel videatur, & ſi ita relinquerentur, mortuæ manerent, neq; ex ſeipſis vnquam reuiuiſcerent: quòd ſi ſale inſpergantur & in ſole calido vel poſt fornacem calentem collocentur, priorem vitam recuperant, & hæc quidem eſt ipſarum reſuſcitatio: nam ſi hoc non fieret mortuę remane-

Generatio multorum ſerpentum ex uno.

rent. Ita etiam videtis in ſerpente, ſi in fruſtra ſecetur & hæc in cucurbita ponantur, & in ventre equino putrefiant, totus ſerpens reuiuiſcet in vitro in forma paruorum vermiũ vel vt ſemen piſcium, quod ſi iſti vermiculi, vt decet, in putrefactione educentur & enutriantur, multoties cẽtum ſerpentes ex vno ſerpente naſcentur, quorum quilibet tam grandis eſt vt primus, quod quidẽ ſola putrefactio poteſt. Atque vt de ſerpente dictum eſt, ſic multa animalia reſuſcitari, reuocari & reſtaurari poſſunt. Iuxta hunc proceſſum conati ſunt, adiuuante nigromãtia, Hermes & Virgilius ſeipſos poſt mortem renouare & reſuſcitare, & denuò vt infantes naſci, ſed non iuxta propoſitum ipſorum res cecidit, ſed malè ceſſit.

Sed vt exempla omittamus & praxim reſuſcitationis & reſtaurationis aggrediamur, neceſſe eſt & decet à metallis incipere: quandoquidem metallica corpora humanis corporibus ſæpius aſſimulantur. Sciendum igitur, reſuſcitationem & reſtaurationem metallorum duplicem eſſe. Vnam quæ metalla calcinata

cinata per reductionem in ſuum primum metallicum corpus redigat. Alteram quæ metalla in ſuam primam materiam reducat, hoc eſt in argentũ viuum: & ita quidem in poſteriori proceditur. Calcina metallum per Mercuriũ vulgi: hanc calcem & tantundem argenti viui pone in ſublimatorio, ſtẽt aliquandiu, donec ambo in amalgama coagulẽtur: poſtea eleua Mercuriũ per ſublimationem à calce, eleuatum iterum tere cum calce metallica, & ſublima vt antea: hoc toties fac donec calx metallica tandem ſuper candela vt cera vel glacies liqueſcat, tunc probè factum eſt. Hoc metallum ponatur in digeſtione ad ſuum tempus, & mutabitur totum in Mercuriũ viuum, hoc eſt in primam ſuam materiam, quæ quidẽ Mercurius metallorũ & Mercurius philoſophorum appellatur, quem plurimi Alchymiſtæ quæſiuerunt, ſed pauci inuenerunt. Ita iam paratur Mercurius viuus ex omnibus metallis, nempe ☿ auri ☽ ♀ ♂ ♃ ♄.

Reductio metallorũ in Mercurium uiuũ.

Reſuſcitatio autem vel reſtauratio Mercurij coagulati fit per retortarum

distillationes: nam solus Mercurius viuus ascendit in aquam frigidam & relinquitur cinis ♄, ♀, vel sulphuris. Resuscitatio autem & restauratio Mercurij sublimati fit in aqua feruenti: attamen oportet eum prius minutissimè teri, ita aqua feruens ab ipso resoluet spiritum salis & vitrioli, quem in sublimatione secum attollit, & Mercurius concurrit rursum viuus in fundo aquę. Si iam talis Mercurius denuò cum nouo sale & vitriolo sublimetur, & in aqua feruenti resuscitetur, & hoc septies vel nouies fiat, melius purgari & renouari nequit. Et hoc pro magno secreto retine in Alchymia & medicina, & de eo gaude summopere: nam hoc modo aufertur à Mercurio omnis impuritas & nigredo ac venenositas. Resuscitatio & restauratio Mercurij calcinati etiam sine sublimatione fieri non potest: nam nisi post calcinationem sublimetur, nunquam reuiuificabitur, quare eum sublimabis, & postea vt alium sublimatum reduces.

Mercurij sublimati reductio & purgatio summa.

Calcinati & præcipitati.

Resuscitatio lazurij, auri musici etiam pręcipitati, vt viuificentur iterum

in

in Mercuriũ viuum,est talis: Recipe horum quoduis,minutissimè tere in marmore,& impasta albumine ouorum & smegmate, postea fac pilulas magnitudine auellanæ, quas pone in firma cucurbita terrea: ad orificiũ eius pone laminam ferream quæ multa parua foramina habeat, sitque luto agglutinata, atque ita distilla per descẽsum igni forti,ita vt cadat in aquam frigidam,& habebis iterum Mercurium viuum.

Resuscitatio autem & restauratio ligni est difficilis & ardua, attamen naturæ possibilis, sed sine insigni solertia & industria fieri nequit: vt autem reuiuificetur,tali maxime modo fit: Recipe lignum quod primum fuerit carbo, postea cinis,& pone in cucurbita,vnà cum resina,liquore & oleitate illius arboris, omnium sit idem pondus, misceantur, & in leni calore liquefiant,& fiet mucilaginosa materia, atque ita habes tria principia simul,ex quibus scilicet omnia nascuntur & generãtur,nẽpe phlegma,pinguedinem & cinerem: phlegma est mercurius,pinguedo est sulphur, cinis est sal: nam omne quod in igni fu- *Instauratio ligni combusti.*

mat & euaporat, eſt Mercurius: quod flagrat & comburitur, eſt ſulphur, & omnis cinis eſt ſal. Cũ iam iſta tria principia ſimul habes, pona ea in ventre equino & putrefac ad ſuum tempus: ſi poſtea illa materia in pingue ſolum ſepeliatur vel infundatur, videbis eam reuiuiſcere & arborem vel lignum paruum inde naſci, quod quidem in ſua virtute multo eſt nobilius priore. Hoc verò lignum eſt & vocatur reſuſcitatum lignum, & renouatum, & reſtauratum, quod ab initio quoque lignum fuit, ſed mortificatum, deſtructum, & in carbones & cineres & in nihilum redactum fuit, & tamen ex illo nihilo aliquid factum & renatum eſt. Hoc ſanè in luce naturæ magnum eſt myſterium, nempe quòd res, quæ formam ſuam planè amiſerat & in nihilum redacta fuerat, eam recuperet, & ex nihilo aliquid fiat, quod poſtea multo nobilius ſit in ſua virtute & efficacia quàm primò fuerat.

Generalis ratio reſuſcitandi. Vt autem generaliter de reſuſcitatione & reſtauratione rerum naturalium loquamur, ſciendum eſt, præcipuum

puum hîc fundamentum esse, vt cuilibet rei reddatur cumque ea concordetur iterum id quod ei in mortificatione ademptum fuerat & ab eo separatum, quod difficulter hîc specificè explicari potest. Quare hunc libellum cõcludemus,& in libro sequenti de transmutationibus rerũ naturalium latiùs hæc declarabimus.

FINIS LIBRI SEXTI.

DE NATVRA RERVM LIBER SEPTIMVS.

De transmutationibus rerum naturalium.



SI nobis de transmutatione omnium rerum naturalium scribendum est,ęquũ & necessarium est,vt ante omnia ostendamus primùm quid sit transmutatio: secundò qui sint gra-

dus ad illam: tertiò per quæ media & quomodo ea fiat. Eſt igitur tranſmutatio cùm res ſuam formam amittit, & ita alteratur vt prorſus priori ſubſtantiæ & formæ ſuæ non ſit ſimilis, ſed aliã formam aſſumat, aliam eſſentiam, alium colorem, aliam virtutem, aliam naturam vel proprietatem: vt ſi metallum fiat vitrum vel lapis: ſi lapis fiat carbo, ſi lignum fiat carbo: argilla lapis fiat & later: pellis gluten: pannus papyrus & talia multa ſimilia, hæc omnia ſunt tranſmutationes rerum naturalium. Poſt hoc ſummopere quoque neceſſarium eſt ſcire gradus ad traſmutationem, quot nam ſint: ſunt autem non plures quàm ſeptem: nam qumuis aliqui plures numerent, plures tamen quam ſeptem præcipui non ſunt, reliqui verò qui etiam inter gradus recenſeri poſſunt, ſub iſtis ſeptem comprehenduntur: ſunt autem iſti:

Quid ſit tranſmutatio.

Septẽ gradus tranſmutationis principales.

CAL-

1 *CALCINATIO.*

2 *SVBLIMATIO.*

3 *SOLVTIO.*

4 *PVTREFACTIO.*

5 *DISTILLATIO.*

6 *COAGVLATIO.*

7 *TINCTVRA.*

Si quis iam iſtam ſcalam aſcendat, is in tam mirabilem locum peruenit, vt multa ſecreta videat & experiatur in trã ſmutatione rerum naturalium.

Primus igitur gradus eſt Calcinatio, ſub qua & comprehenduntur reuerberatio & cementatio: nam inter hæc tria parua eſt differentia quantum ad calcinationem attinet: quare calcinatio hîc præcipuus eſt gradus: nam per reuerberationem & cementationem etiã multæ res corporales calcinantur & in cine 1 *Calcinatio.*

rem reducuntur & præcipuè metalla: quod autem calcinatum eſt non propterea eſt reuerberatum vel cementatatum. Per calcinationem igitur omnia metalla, mineralia, lapides, vitra &c. & omnes res corporales fiunt carbo & cinis, & hoc fit nudo, forti & acrẽ habẽte igni, per quem omnis tenax, mollis, & pinguis terra in lapidem induratur: omnes verò lapides in calcem rediguntur, ſicut videmus in furno figulorum, calcis & laterum.

2 *Sublimatio*

Sublimatio eſt ſecundus gradus etiam valde principalis ad tranſmutationem multarum rerum naturalium: ſub quo intelligitur, exaltatio, eleuatio, & fixatio, eſtque non adeo diſſimilis diſtillationi: nã ſicut ab omnibus phlegmaticis & aqueis rebus aqua in diſtillatione aſcendit, & à ſuo corpore ſeparatur, ita in ſublimatione ſpirituale à corporali, volatile à fixo, & in rebus ſiccis, vt ſunt omnia mineralia, attollitur & ſubtiliatur, & purum ab impuro ſeparatur. Per ſublimationem enim multæ bonæ virtutes & mirabiles res reperiuntur in mineralibus, multæque

res

res fixantur & constantes fiunt, ita vt in igni permaneant hoc modo: sublimatum cum suis fecibus iterum teratur & misceatur, & vt antea sublimetur, quod toties fiat donec non amplius sublimetur, sed omnia simul in fundo maneāt & fixa sint: ita postea fiet lapis & oleum quando & quoties velis, nempe si infrigidatum in aere vel vitro ponas, ibi enim resoluitur statim in oleum; si autem iterum in igni ponas, iterum coagulatur in lapidem, qui mirabilis & magnæ virtutis est. Hoc autem habeas pro magno secreto & mysterio naturæ, nec sophistis manifestes. Porrò in sublimatione multa corrosiua dulcia fiunt in coniunctione duarum materiarum, ita contrà multa dulcia corrosiua fiunt: multa dulcia fiunt acerba & austera vel amara, & contrà multa amara dulcia vt saccharum. Notandum quoque hîc est, quòd quodlibet metallum quod per sal armoniacum in sublimationem perducitur, postea in frigore vel in aere soluatur in oleum, & contrà, in igni coaguletur in lapidem. Quæ

Fixatio mineralium in lapidem.

quidem vna eſt ex maximis & ſummis tranſmutationibus in omnibus rebus naturalibus, nempe metallum in lapidem tranſmutare.

3. Solutio. Tertius gradus eſt ſolutio, ſub qua ſubintelligũtur diſſolutio & reſolutio, qui quidem gradus ſępius poſt ſublimationem & diſtillationem ſequitur, nempe vt ſoluat materiam quæ in fundo remanet: eſt autem ſolutio duplex. Vna ſcilicet frigoris, altera caloris: vna fit extra ignẽ, altera in igne. Solutio frigida ſoluit omnia ſalia, omnia corroſiua, omnia calcinata: quicquid eſt ſaltæ & corroſiuæ qualitatis, id reſoluit in oleum, in liquorem, in aquam: & hoc fit in humida & frigida cella, aut aliâs tantum in aere, in marmore vel vitro. Nam omne quod in frigore ſoluitur continet acrem ſpiritum ſalis, quem ſæpe in ſublimatione vel deſtillatione acquirit & aſſumit. Et omne quod in frigore vel aere ſoluitur, iterum calore igni, coagulatur in puluerem vel lapidem. Solutio verò caloris, ſoluit omnia pinguia & omnia ſulphurea: Et quicquid calor ignis ſoluit, hoc coagulat frigus

in

in massam, & quicquid calor coagulat, hoc soluit rursus aer & frigus. Hîc quoque sciendum est, quicquid aer vel cella resoluit, id est magnæ siccitatis, & in se absconditum habet ignem corrosiuum: ita quicquid in igne & eius calore soluitur, habet in se dulcedinosam frigiditatem extra ignem: ita & non aliter solutio intelligenda est. *Duplex solutio caloris et frigoris.*

Putrefactio est quartus gradus, sub qua & comprehenduntur digestio & circulatio. Est autem putrefactio valde principalis gradus, qui & meritò primus esse debebat, nisi contra iustum ordinem, & contra mysterium, quod hîc latet, & paucissimis patet, id fieret: isti enim gradus ita se inuicem, vt dictum est, sequi debent, sicut articuli in catena aut gradus in schala: nam si vnus articulorum tolleretur, catena esset interrupta, & captiuus liberatus aufugeret: ita & de schala, si vllus gradus ex medio tolleretur, & in supremo vel infimo loco poneretur, schala quoque fracta esset, & multi in capite per eam descenderent, non sine corporis ac vitæ suę damno & periculo. Ita *4 Putrefactio.* *In tincturis faciẽdus seruandus dictus ordo graduum.*

etiam hîc intelligatis, quòd isti gradus iusto ordine se sequantur, aliàs totum opus nostri mysterij esset peruersum, & omnis labor & opera frustanea & inanis. Putrefactio autem tantæ est efficaciæ, vt veterem naturam aboleat, & transmutet omnes res in aliam nouam naturam, & alium nouum fructum afferat: omnia viua in ea moriuntur, omnia mortua putrefiunt in ea, & omnia mortua in ea recuperant vitam: putrefactio omnibus corrosiuis spiritibus salis acredinem adimit, & lenes ac dulces facit, transmutat colores, separat purũ ab impuro, purum superiùs, impurum inferiùs, vtrunque segregatim locat.

Distillatio. Distillatio est quintus gradus ad trãsmutationem omnium rerum naturalium: sub ea autem subintelligũtur ascensio, lauatio, & fixatio. Per distillationem omnes aquæ, liquores & olea subtiliantur, ex omnibus pinguibus oleum extrahitur, ex omnibus liquoribus aqua, & ex omnibus phlegmaticis rebus oleum & aqua separatur. Præterea multæ res in distillatione fixantur

xantur

xantur per cooptationem, & præsertim si res fixandæ aquam in se contineant, vt vitriolum: quod si fixetur, Colchotar vocatur: alumen si propria aqua fixetur, vocatur alumen saccari, quod & in liquorem resoluitur, qui si putrefiat per mensem, aquam parit dulcedine saccari, quæ quidem magnæ virtutis est, & præstans arcanum in medicina ad restinguendum ignem microcosmicum hominibus metallicis, sicut in libris de Morbis metallicis latiùs scribimus. Et sicut audiuistis de vitriolo & alumine, ita etiam salnitrum, & alia aquosa mineralia fixari possunt per cooptationem: cooptatio autem est, vt caput mortuum sæpius sua propria aqua imbibatur, eaque per distillationem iterum inde abstrahatur. Porrò in distillatione multa amara, acerba & acria dulcissima vt mel, saccarum vel manna fiunt, & contrà multa dulcia, vt saccarū, mel vel manna, austera fiunt vt oleum vitrioli vel acetum, aut amara vt fel, aut gentiana, acria vt corrosiuum. Multæ res vndosæ suum nimium fœtorem in distilla-

Fixatio per distillationem.

tione amittunt, qui quidem in aqua egreditur: multa aromatica perdunt bonum suum odorem. Et sicut sublimatio res in sua qualitate & natura alterat, ita etiam distillatio facit.

Coagulatio quadruplex.

Coagulatio est sextus gradus: est autem duplex coagulatio, vna per frigus, altera per calorem, hoc est, vna aeris, altera ignis: & harum quælibet iterum est duplex, ita vt sint quadruplices coagulationes, duæ frigoris, & duæ ignis. Ignis quidem coagulationes fixæ sunt: reliquæ frigoris non: vna quidem solummodò à communi aere fit vel extra ignem: altera fit à superiori firmamento stellarum hyemalium, quæ omnes aquas in niues & glacies coagulant. Ignis verò coagulatio, quæ hîc sola notanda est, fit per artificiosum & gradatum ignem Alchymistæ, estq; fixa & permanens: nam quicquid talis ignis coagulat, ita permanet. Altera coagulatio fit ab Aetnæo & minerali igne in montibus, quem quidem Archeus terræ regit & gradat haud absimiliter Alchymistæ, & quicquid per talem ignem coagulatur, etiam fixum est

&

& constans, vt videtis in mineralibus & metallis, quæ quidem initio mucilaginosa materia sunt, & ab Aetnæo igne in montibus per Archeum terræ & laboratorem naturæ coagulantur in metalla, lapides, silices, salia, & alia corpora. Sciendũ verò etiam est, ignẽ nullam aquam neq; humiditatem coagulare, sed solùm liquores & succos omnium rerum naturalium: propterea etiam nullum phlegma coagulari potest, nisi in principio fuerit materia corporea, in quam quidem industria periti Alchymistæ redire potest. Ita quælibet mucilaginosa materia, vel spermaticus lentor per calorem ignis in corpus & corporalem materiã coagulari, sed nequaquam in aquam iterum resolui potest. Et sicut de coagulatione audiuistis, ita etiam sciatis de solutione, nempe quòd nulla corporalis materia in aquam resolui possit, nisi ab initio fuerit aqua, ita se res habet in omnibus rebus mineralibus.

Tinctura est septimus gradus & vltimus, qui totum opus nostri mysterij ad transmutationem concludit, & o- 7 Tinctura.

mnia imperfecta perfecta facit, & in nobilissimam essentiam transmutat,& in summam suam sanitatem, ac in alium colorem alterat. Tinctura igitur est materia nobilissima,qua tingun tur corpora metallica & humana,& in meliorem essentiam, & longè nobiliorem transferũtur, & in summam suam sanitatem & puritatem: tinctura enim colorat omnes res iuxta suam naturam & colorem suum. Sunt autem multæ & variæ tincturæ, & non solùm ad metallica & humana corpora:quoniam omne,quod aliam materiam penetrat, vel tingit alio colore vel essentia,ita vt priori non amplius similis sit, tinctura vocari potest: quare multiplices sunt tincturæ, nempe metallorum, mineralium, humanorum corporum, aquarum, liquorum, oleorum,salium, omnium pinguium, & in summa omnium, quæ extra vel intra ignem ad fluxum perduci & reduci possunt:nam si tinctura tingere debet, necesse est, corpus vel materiã, quæ tingenda est, apertam esse, & in fluxu stare, & nisi hoc fieret,tinctura operari non posset: nam

Tingenda metalla fluere oportet.

nam fieret, ſicut ſi quis crocum vel alium colorem in aquam coagulatam, vel glaciem proijceret: ita enim non tam citò glaciem ſuo colore tingeret, ac ſi in aliam aquam proijceretur, & quãuis tingeret, ſimul tamen glaciem in aquam reſolueret. Quare etiam metalla, quæ tingere volumus, in igne liquefieri oportet, & à ſua coagulatione liberari. & hîc ſciendum eſt, quòd quò calidius liqueſcunt, eò celerius ea tinctura tranſcurrit, ſicut fermentum penetrat, & totam maſſam acetoſitate inficit, & quò melius obuelatur, & quò calidius cuſtoditur maſſa, eò melius fermentat, & eò meliorem panem dat: eſt enim fermentum tinctura maſſæ farinaceæ & panis.

Feces dant fixiorem aquam.

Notandum quoque quaſlibet feces fixioris eſſe ſubſtantiæ, quàm ſuus potus, acrioris quoque & penetrantioris naturæ: ſicut de vino ardenti videtis, quod fit ex fecibus vini, de cereuiſia ardenti, quæ ex cereuiſiæ fecibus diſtillatur, & ſicut vinum ardens flagrat, & ſicut ſulphur incenditur. Similiter ſi de fecibus aceti aliud acetum

distilletur, sicut vulgò vinum ardens distillatur, fiet inde acetum tam igneæ & acerrimæ naturæ, vt omnia metalla, lapides, & alia, quasi aqua fortis consumat.

Quomodo fiunt tinctu ræ metallorum.

Porrò tincturas metallorum necesse est esse naturæ fixæ fluxibilis & incombustibilis, ita vt si parum eius laminæ metallicæ ignitæ iniiciatur, mox sicut cera fluat, idq; sine omni fumo, metallumq; penetret, vt oleum papyrum, vel aqua spongiam, omniaq; metalla in album & rubrum tingant, hoc est in ☾ & ☉. Hæ iam sunt tincturæ metallorum, quæ necesse est per gradum calcinationis primùm in alcool verti, postea per secundum gradum sublimationis suum facilem & leuem fluxum nancisci: deniq; per gradum putrefactionis & distillationis tinctura fit fixa & incombustibilis, colorisq; immutabilis.

Tinctura hominum.

Tincturæ verò humanorum corporum, vt ea tingantur in summam suam sanitatem, & expellantur ab ipsis omnes morbi: vires autem & colores amissi reddantur, vtq; ea instaurentur

&

& renouentur, sunt istæ, aurum, perlæ, antimonium, sulphur, vitriolum, &c. & similia, quarum præparationes in aliis libris multipliciter docemus: quare nobis non necessarium videtur, hîc ea repetere.

De tincturis verò nihil amplius scribendum est, cùm quilibet extractus color tinctura dici possit, qui quidem permanenti colore res tingat, quę nõn ingrediuntur ignem, vel in igne colores fixos seruant: istà omnia sunt in manu & potestate tinctoris vel pictoris, qui eas iuxta suum placitum pręparat. *Tincturæ opificum.*

Summopere quoque in hoc libro necessarium est scire gradus ignis, qui sanè multis modis graduari & intendi potest, & quilibet gradus peculiarem habet operationem, & nullus vt alter effectum dat, quod quilibet peritus Alchymista ex quotidiana experientia & exercitatione artis nouit. Alius est enim ignis viuus vel flammeus, qui reuerberat & calcinat omnia corpora. Alius iugis ignis candelæ & lychni, qui fixat omnia corpora volatilia. Alius ignis carbonum, qui cementat, colorat, *Gradus ignis Alchymistici.*

& purgat metalla à suis scorijs, ☉ & ☾ altius graduat, ♀ dealbat, & in summa, omnia metalla renouat. Alius est ignis laminæ ferreę ignitæ, in qua tincturæ metallorum probãtur, quæq; ad alia vtilis est. Aliter calefacit scobs ferri, aliter arena, aliter cinis, aliter balneũ maris, quo multiplices distillationes sublimationes & coagulationes fiunt. Aliter balneum roris, in quo multæ solutiones rerũ corporalium fiunt. Aliter venter equinus, in quo præcipuæ putrefactiones & digestiones fiunt. Aliter quoque operatur ignis inuisibilis, per quem radios solares intelligimus, quique per speculum ex chalybe, vel per chrystallum manifestatur, & suam operationem & effectum ostendit, de quo igni veteres prorsus nihil scripserũt: & hoc quidem igne tria principia ex qualibet corporali re in mensa separari possunt, tam mirabilis virtutis est hic ignis, vt per eum metalla liquefiant, & omnia pinguia & fluxibilia in mensa absq; igne, & omnia facilè combustilia in carbones & cineres redigantur.

Ignis cœlestis.

Postquam igitur vobis proposui & aperui

aperui gradus artis Alchymisticæ, & gradus Alchymistici ignis, porrò vobis indicabo & describam in genere varias rerum naturalium transmutationes. Ante omnia verò de metallis loqui decet: secundò de lapidibus: tertiò de varijs rebus in genere. Transmutatio igitur metallorum magnum secretū est in natura, & difficulter fieri potest multorum impedimentorum, & aduersitatum causa: attamen non est contra naturam, neq; contra Dei ordinationem, vt multi falsò loquuntur. *Transmutatio in ☾ vel ☉.* Vt verò minora & impuriora metalla, vt ♀ ♃ ♄ ♂ & ☿, in maiora & purissima, perfectaq; metalla, vtpote in ☉ & ☽ transmutentur, absq; tinctura vel lapide philosophorū fieri nequit. Cùm autem iam anteà in septem gradibus satis tincturarum secreta detexerimus & descripserimus, non est opus, vt amplius in hoc laboremus, quin potius in his, quæ in alijs libris de transmutationibus metallorum scripsimus, acquiescimus.

Sunt autem aliæ transmutationes imperfectorum & impurorum metal-

Ex ferro cuprum.

lorum, vt transmutatio ♂ in ♀, quæ varijs modis fieri potest, primùm si limatura ferri in aqua vittioli coquatur, aut laminæ ferreæ cum vitriolo calcinato cementententur: tertiò si candentes laminæ ferreæ oleo vitrioli extinguantur. His tribus vijs ferrum in optimum & naturale ponderosumq; cuprum transmutatur, quod quidem optimè fluit, & suum pondus habet tam bene ac vllum natiuum cuprum. Potest quoque limatura ferri quasi in plumbum reduci & transmutari, ita vt prorsus mollefiat vt natiuum plumbum, sed non facilè fluit, nempe ita: Recipe limaturæ ♂ & tantundem optimi pulueris liquefactitij, misceantur, ponantur in tigillo & in furno venti, fiat ignis fortis talis, tamen ne ♂ fluat, sed quasi in cemento stet integram horam: postea fortifica ignem strenuè, vt candescat & fluat: deniq; tigillum per se frigefieri sinito, & inuenies regulum plumbi in tigillo, mollem & ductilem, vt natiuum plumbum esse potest.

Ex ferro plumbum.

Vt autem ♀ in ♄ transmutetur, ita procedendum est: Primò omnium cuprum

prum ☿ sublimato & arsenico fixo in album redige, candidum vt ☾, postea granulato: huius & boni pulueris reductitij recipe ana, & primò quidem cementa, postremò in regulum funde, & habebis verũ plumbum regulũ. *Ex cupro plumbum.*

Contrà verò vt plumbum in cuprum transmutetur facilè fit, neque opus est singulari industria, nempe sic: laminas plumbi vitriolo calcinato, vel croco martis stratifica, cementa, & postremò liquefac; & videbis quodlibet natiuum plumbum in bonum, ponderosum & ductile cuprum transmutatum. *Ex plumbo cuprum.*

Si iam tale cuprum vel quoduis aliud cuprum ita laminetur, & cum tutia & calaminari stratificetur, cementetur, & postremò fundatur, in egregium electrum ad rubrum transmutatur, simile auro. *Electrum simile auro*

Si velis ♄ in ♃ transmutare, lamina ♄ & stratifica cum sale armoniaco, cementa, & postremò funde, vt suprà dictũ est: ita plũbo oneris sua nigredo & obscuritas tollitur, & in albedine pulcherrimo Anglico stanno similis fit. *Ex plumbo stannũ Anglicum facere.*

Sicut autem audiuiſtis in breui ſumma aliquot tranſmutationes metallorum: ita porrò ſciatis de tranſmutationibus gemmarum, quæ quidem etiam variæ ſunt & neutiquam ſimiles. Videtis enim quanta tranſmutatio gemmarum in oleo ſulphuris lateat: quilibet enim chryſtallus in eo tingi & tranſmutari poteſt, & cum tempore diſtinctis coloribus graduari, vt hyacintho, granato, vel rubino ſimilis fiat.

Oleum ſulphuris trãſmutat gemmas.

Similiter ſciatis de magnete, qui in decuplam potentiam & virtutem trãſmutari poteſt, nempe hoc modo: Recipe magnetem, & in carbonibus candefac, ita quidem, vt caleſcat valde, ſed tamen non ſit ignitus, quem ſtatim in oleo croci martis, qui ex optimo Carinthio chalybe ſit factus, extingue, vt imbibat quantũ capere poſſit. Ita magnetem tam efficacem reddes, vt per eum claues ex pariete euellas, & ſimilia mirabilia operari queas, quæ alius communis magnes nunquam facere poteſt.

Mira confortatio magnetis.

Porrò in tranſmutationibus gemmarum ſciendum eſt, multum ſitum

esse in duobus gradibus tincturæ & coagulationis. Nam sicut albumen oui croco tingi, & postea coagulari potest in pulchrum flauum succinum: fuligine pini in nigrum succinum: viridi æris in viride succinum, simile lapidi cyaneo vel Turcico: viridi succo in simile smaragdo: lazurio in succinum cœruleum, simile sapphiro: ligno presiliæ in rubrum succinũ, granato vel rubino simile: purpureo colore amethysto simile: cerussa alabastro simile. Ita alij quoq; liquores omnes & præcipuè metalla & mineralia fixis coloribus tingi, & postmodum coagulari, & in gemmas transmutari possunt.

Falsæ perlæ quomodo fiant.

Similiter & perlæ fieri possunt veris in forma prorsus similes, ita vt splendoris & speciei ratione non bene à veris discerni possint, nempe ita: Purga albumen ouorũ per spongiam quàm purissimè, in quod insperge & misce pulcherrimi albi talci vel conchæ perlatæ, aut ☿ per ♃ coagulati, & in alcool redacti, & simul in marmore optimè tere, ita vt fiat densum amalgama, quod in sole vel post fornacem cali-

dam ſiccetur eò vſque dum fiat vt caſeus vel epar. Poſtremò ex hac maſſa forma perlas quantaſcunq; vis, quas ſetis ſuillis affige, & ita perforatas ſicca ſicut ſuccinum, & paraſti eas. Si verò non ſatis ſplendeant, exterius albumine ouorum inunge, & iterum ſicca: ita fient pulcherrimæ perlæ in forma & ſplendore ſimiles veris, ſed non in virtute.

Falſi coralli. Simili ferè modo & coralli fiunt ab his, qui homines, vt & cum dictis perlis, fallere ſtudent, nempe ita: Cinnabarim cum albumine ouorum in marmore tere per horam, póſtea vt terram figulinam ſicca: denique finge inde pilulas vel ramulos, pro vt vis: poſtremò ad ſummum ſicca, & vt perlas exterius albumine ouorum inunge, & iterum per ſe ſicca. Ita fiunt coralli natiuis in ſpecie ſimiles, ſed neque ipſi in virtute.

Virniſium aureum et argenteũ. Sciendum quoq; eſt, albumen ouorum per ſe in pulcherrimũ virniſium coagulari poſſe, in cuius coagulatione Luna vel Sol inſpergi poteſt.

Sunt & aliæ multæ & variæ tranſ-
mutationes

mutationes rerum naturalium, quas autem ſcio, & ipſe expertus ſum vobis, breuiter proponam. Primùm ſciatis, quodlibet lignum ſi ad certum tempus in aqua ſalis gemmæ ponatur, in lapidem tranſmutari, quod ſummopere mirandum eſt. Ita lapides igni Aetnæo in carbones traſmutantur, qui carbones lapidum vocantur: ſimiliter ex pellibus gluten coquitur: ex panno lineo papyrus fit: linum in acerrimo lixiuio ex calce & cinere iſatidis herbæ coctum fit ſericum, ita ſi pennis detrahantur plumeæ partes, & in tali lixiuio coquantur, neri & texi poſſunt vt goſſipium. Quodlibet oleum vel ſpermatica mucilago poteſtque coagulari in virniſium: quilibet liquor in gummi, &c. Hæc omnia ſunt tranſmutationes rerum naturalium, de quibus ſatis hîc dictum, neque plus dicēdum eſt &c.

Ex ligno lapidē facere

Sericum factitium.

FINIS LIBRI SEPTIMI *de Natura rerum Aureoli Paracelſi.*

AVREOLI THEOPHRASTI PARACELSI, philosophi ac medici summi.

De Natura homini libri duo.

I. De spiritu vitæ.
II. De viribus & confortatione septem membrorum principalium.

Ex Germanico in Latinum translati.

Per M. Georgium Villanum, philosophiæ & medicinæ studiosum.

Liber primus de spiritu vitæ.

CAPVT PRIMVM.

Spiritus uitæ per se unus & idē sed ratione loci aliter se exhibet.



Piritus vitæ est spiritus qui versatur in omnibus partibus corporis quomodocunque vocentur, & in omnibus ipsis est vnus & idem, estque summa vis vitę, vnde omnia membra viuunt: quod autem ad ip

sius

ſius dilatationem attinet ratione loci varius eſt: in corde enim cor eum iubet cordiali robore vti, quod in aliјs locis non facit: in epate ſimiliter epatis vi vtitur, quod & ipſum in aliјs membris nõ facit: in medullis ſimiliter. Quomodocunque autem ſe exhibeant iſtæ vires, ſimilis tamen & vnica vis eſt in omnibus membris, idque ſic intelligendum eſt, quod hæc vis diuiditur ratione cerebri & oſſium, & tamen eſt eadem vis: nam quod oſſa conſeruat in ſuo robore, itidem forte eſſe oportet ac id quod cordis robur ſuſtinet: tantum enim ſitum eſt in oſſibus quantum in corde: ſimiliter ſpiritus vitæ cerebri non eſt maior quàm vis medullarum, etiamſi videatur eſſe fortior. Quare in cerebro non debet eſſe plus ſpiritus vitæ quàm in medullis, eſtque tantundem in medulla ac in cerebro, eſtque vna & eadem vis. Ita de aliјs membris ſiue ſint nobilia ſiue non, vnicum habent ſpiritum vitæ, cuius eſt eadem in omnibus virtus, vis & operatio.

CAPVT II.

Sp. uitæ na scitur secundariè, nō originaliter.

ORtus ſpiritus vitæ eſt ab externis generationibus & non à naturalibus iuxta carnem: nam cùm generatio ſit duplex, ſpiritus vitæ eſt generatio ſimplex, qui quidem corpori & mẽbris eius coniungitur ea ratione vt dictum eſt. Quare non aliter roborari poteſt, niſi vt membra roborentur, & quò firmius eſt membrũ & ſanius viuidiuſque in ſua natura, eò fortior quoque eſt ſpiritus vitę in eo: idcirco nequaquã nobis conandum eſt vt ſpiritum vitæ conſeruemus, augeamus & confortemus, ſed tantùm vt membra, quæ ex natura deſcendunt, recta inueniamus & in recta ſua eſſentia conſeruemus, tum enim ſpiritus vitæ ſponte confortatur. Vnum tamen eſt quod omni ſpiritui conuenit, nempe vt liber ſit in ſuis meatibus, & deoppilatus, de qua deoppilatione, ſi oppilatus eſſet, ego hîc peculiarem libellum ſcribam: deinde de mẽbris quæ ſeipſa rectificare oportet, aliũ libellum, vt ſequitur.

Diuiſio huius libri de natura hominis.

Sci-

Sciendum igitur eſt ſpiritum vitæ obturari poſſe, ita vt ſuffocetur, ſi viæ ipſius non ſint apertæ, poriq; meatuum ipſius clauſi: nam ſecunda eius generatio nihil aliud eſt niſi fumus, & in forma fumi viuit in nobis ſpiritus vitæ, ratione ſecundæ generationis quæ fit poſt primam naturam. Quare ante omnia pori aperti conſeruandi ſunt in medullis, carne, venis, membris principalioribus, oſſibus, ligamentis, neruis, iuncturis, veſica, diaphragmate, matrice, & in omnibus alijs membris, nullo excepto. Nam tam eſt poſitus in cerebro quàm in carne, & pertranſit cerebrum hinc inde tenuis & craſſus per piam & duram matrem: perambulat quoque cor per expreſſiones ingrediens & egrediens: ſimiliter ciſtam fellis, regiones renum, cẽtrum veſicæ: in ſumma poſſidet vacua & plena loca. *Sp. uitæ eſt fumus.*

CAPVT III.

POſtmodum notate, quò ſpiritus vitæ peruenire non poteſt, ibi generatur morbus aliquis, nempe ſi obturetur *Obſtructio meatuum. Sp. uitæ patit morbos*

vel oppiletur, tunc enim fit putrefactio in exulcerationem: moritur enim inibi: quod autem mortuum est putrefit & parit vlcus iuxta naturam sui membri: in principalibus membris parit mortem. Nam ex oppilatione spiritus vitæ oriuntur febres, apostemata, pleureses, icteritia, vlcera & similia, quæ cum paroxysmo febrili incipiunt vt pestis & apolexia: quia quando spiritus vitæ suffocandus est & iam iam moriturus in illo loco vbi id fit, totum corpus concutit frigore primùm: nam initiò congelatur, deinde calore, quando resoluitur, exceptis solis febribus, quæ sæpius quàm semel paroxysmus habent, vt quotidiana, tertiana, quartana, &c. Ita quando paroxysmus fit in cerebro, parit phreneses, maniam & similia, item paralysin: in corde generat morbum S. Viti: vulnerat enim venas lætitiæ. Atque ita sæpe accidit vt paroxysmus fiat iuxta certũ tempus, horam, diem & annum, quod quidem indicat paroxysmi conuenientia. Ex quibus causis verò id fiat & præcipuè in febribus & peste, hoc modo intelligite, Spiritus vitæ est obnoxius influentiæ

Sp. uitæ obnoxius astris.

influentiæ vt corpus terræ. & ſicut corpus terram comedit & hæc eſt cibus eius (nam ex terra conſeruatur) ita ſpiritus vitæ nutritur à ſuperiori influentia & ab elemento ignis, in quo quatuor elementa refulgent. ſicut terra cum ſuo fructu in quatuor elementis refulget, ita hic quoque influentia refulget. Quare porrò hîc duæ practicæ aggrediendæ ſunt. Prima vt influentia conſeruetur, in quãtum ſpiritui vitæ grata eſt & conueniens. Altèra vt corpus conſeruetur in ſubiectione ſpiritus vitæ: hinc ſequitur ſanitas corporis quo ad ſpiritum

CAPVT IIII.

IN omnibus aſtris & influentijs totius cœli quam latè patet firmamentum, poſita eſt virtus ſpiritus vitæ, eſtque ſimilis vapori cœleſti inuiſibili cui & vnitur ac ſi ex frigido & calido fiat temperatura. Iam verò ſi fortè ſtellæ membrorum errent, corrumpant, paroxyſmũ cieant, tunc & vitiatur correſpõdens membrum in corpore & oppilat

ſpiritum vitæ, vel corrumpit eum in illo loco. Huic autem rei obſiſti aliter nō poteſt, quàm vt ab illa influentia recedamus ſub aliam. Falſò enim imperiti Aſtronomi de natiuitatibus & aſcendentibus docēt: Vt natus ſum ſub Scorpione, ſed ſi veniam ſub Arietem, tum ſum Arietinus, & Scorpio nihil amplius rei mecum habet: quare non diutius meum aſcendens manet quàm ego me ipſi ſubijcio, ſicut latius de natiuitatibus ſcripſi.

Quomodo influentiæ reſiſtatur.

Quare hîc cedendum eſt loco iuxta influentiæ conditionem, nam quilibet ſe alteri aſcendenti vel coniunctioni ſubijcere poteſt: exempli gratia: Natus ſim vt ſuſpendar, & ſit talis ſpiritus firmamenti in me influens (ſicut & de ſpiritibus humanis ſcripſimus) ſi iam volo vt hoc infringatur, ſub alium planetam migro & priorem relinquo, tunc eſt impeditus: & quamuis remaneat in me ignem, effectus tamen non ſequitur. Ita ſæpe probus vir fur fit ſub maligna influentia, vt latiùs de externis ſpiritibus hominum ſcripſimus.

CAP.

CAPVT V.

VT autem in genere deoppiletur ſpiritus vitæ, neceſſe eſt vt in calore conſeruetur & fortificetur, quod fit, ſi diaphoreticus fiat, & in ſua ſubſtantia continuò ardeat, & in feruido calore viuat: quod quidem fit per hanc formulam.

Quomodo ſp. uitæ liber & inoppilatus cõſeruetur.

Recipe croci
zinziberis
theriacæ

Alij tartari ſulphuris, fiat electuarium.

Ex his extrahe eſſentiam vel elementum, & vtere.

Finis libri primi de naturæ hominis.

DE NATNRA HOMINIS

LIBER SECVNDVS.

De viribus & confortatione septem membrorum principalium.

CAPVT PRIMVM.

De Corde.



OR nihil aliud cupit quã vt confortetur,& quidem per id vt sibi contrarium tollatur quo oneratũ est, nam ex seipso nimis infirmum est ad resistendum illis,quæ ipsi quotidie accidunt,quare medicina cõfortari necesse est. Cor enim datum est corpori & positum est in eo ideo, vt id conseruet in suo statu, quod si quid ei accidat aduersi, destructio est status ipsius,& tunc cordi non demandatum est vt prohibeat, sed auxilio medicinæ id expelli debet, quare medicina alterum

cor eſt: & quilibet medicus potius in hoc intentus ſit vt exterius cor recte regat quàm interius; nam interius prorſus non eſt ſubiectum medico, ſed ſolũ exterius: igitur ſi interiori cordi ſit opus exteriori, exterius imponatur. Notandum quoque eſt multas ob cauſas non vnã ſolam medicinã ad cor accipi debere: nam vna cõfortat cõtra elemẽtaria accidẽtia, alia cõtra putrefactionẽ, alia cõtra externa accidẽtia, quare multæ & variæ addiſci & adhiberi debent. *Exterius cor.*

Vt igitur confortetur cor, ne quid ipſi ab vllo accidenti mali eueniat ſummum arcanum eſt aurum potabile vel liquor auri: item materia perlarum in forma olei vel balſami: poſtea eſſentia croci, macis: item eſſentia corallorum. Deſcriptio auri eſt: Cementetur ☉ vſq; in colorem fuſcum per cementum regale ex Hal & Malg. poſtea purgetur à ſua impuritate: dein aqua vitę circulata miſceatur & mediocri igni digeratur 24. horas, aut tandiu donec pinguedo quædam in ſuperiora ſe attollat, in aqua natans ſicut oleum, quam collige, & da bibere in bona aqua vitæ: nihil eſt *Alij Hel & araldo.* *☉ potabile.*

enim ſuper aurum potabile.

Perlæ. Simili modo quoque procede cum perlis, niſi quòd accipias cementum de Chebe, & tandiu aceto radicato cohobes donec in liquorem redigantur. *alij chybur*

Coralli. Ita etiam agito cum corallis, quos in forti ardenti vino reſolue, quod quidem diſtillatum ſit à calcinato ſale, hoc poſt putrefactionem abſtrahe, & habes liquorem corallorum.

Porrò in alijs morbis, qui cordi ex elemētaribus rebus obueniunt, pro ſunt eſſentiæ croci, chelidoniæ, macis, coſti, meliſſæ &c. quæ ita præparari debent.

Aromatum præparatio. Primùm accipe optimum crocum, cohoba ipſum optima aqua vitæ, quæ ſpiritualis ſit & nullam aquoſitatem amplius in ſe habeat, in feruenti balneo ſigillatum Hermetice: hoc fac duodecies, ita fiet ex croco oleum præſtantiſſimi odoris. Doſis eius eſt gutta vna in optimo vino vitæ: hæc eſt ſumma lætitia cordis in ſenioribus, ægrotibus, melancolicis & triſtibus.

Macis. Cùm mace eodem modo agas, excepto eo quod cohobationem per 24. vices repetere oportet: tum in quibuſdam

dam rebus crocum ſuperabit.

De chelidonia verò, meliſſa & ſimilibus, ita age: cohoba in ſe ipſo 4. dies, tum ſepara purum ab impuro per colationem, poſtea aufer ab ipſo phlegma, & adde vinum vitæ, & cohoba vſque dum fiat liquor. Ita fac cum omnibus alijs herbis, quæ cor conſeruare, & ſpiritum vitæ confortare debent. *Chelidonia.*

Formula compoſitionis eſt talis:

℞ Recipe eſſentiarum auri
perlarum
croci
meliſſæ
corallorum
macis &c.

Atque hæc ſunt ipſa arcana conuenientia cordi.

CAPVT II.

De Cerebro.

ITa etiam eſt duplex cerebrum, exterius & interius: interiori verò ſua eſſentia alterari non poteſt, ita nempe intelligendo, vt cerebrum ex ſe repellat

quod ipsi non conducit: semper enim cerebrum manet sicut creatum est. Quod si igitur obruatur aliqua re sibi minimè conuenienti, siue ex corpore siue ex spiritu vitæ sit materia peccans, illud per cerebrum exterius, quod deus ad illos morbos ordinauit, pelli debet. Nam membra per se nullum robur habent pugnandi & morbum expellendi, sed quiescunt: attamen cerebro exteriori reliquunt: quod si vincit saluatur, sin succumbit, interioris cerebri perditio inde consequitur, quare sciendum est contra omnia quæ interiori cerebro contraria sunt, exterius dirigi debere.

Exterius cerebrum.

Vt igitur cerebrum conseruetur in suo robore, ita vt nihil ei obsit, & vt sit cerebrum integrum, & etiamsi in se aliquid infirmitatis habet, vt illud per aliud cerebrum suppleatur, ne ipsi aliquid noceat, ad hoc conducit liquor argenti, qui quidem ita paratur.

Liquor ☽

Recipe Lunam calcinatam, quam cohoba per vinum vitæ septem dies, & resoluetur calx ☽. in tenacem liquorem, quem per mensem in balneo digere, &

resol-

resoluetur vt succus viridis. Hoc iam est summum arcanum ad confortandū cerebrum in suo statu, & peregrinum cerebrum imponendum.

Simile arcanum est quod ex vitriolo viridi grilla extrahitur, nempe ita: Distilla vitriolum vino vitæ ad æquum pō dus: postea circulato tandiu, donec nō amplius fundum petat. Postremo administra in bono oleo muscatæ, hoc ita confortat cerebrum, vt nulla vertigo, nulla apoplexia, nulla paralysis, nulla mania nocere ipsi possit. *Arcanum uitrioli.*

Simili modo quoque operantur liquor sapphyri & musci, nempe si sapphirus in adamantinam naturam reducatur, postea calcinetur per chybur in puluerem; huic pulueri addatur vinum vitæ, & cohobetur per sex dies, tunc fiet liquor potabilis, qui choream S. Viti tollit, & alias insanias cerebri, etiam malas phantasias, quando scilicet homines se ipsi suspendere volunt, aut alia morte interficere. *Liquor sapphir.*

Ita etiam ex musco talis medicina extrahi potest hoc modo: decoque muscum in vino vitæ vt fiat succus similis *Liquor musci.*

ſtoraci, qui quidem tollit vertiginem, ſcotomiam,&quicquid ſolet ſyncopen & ſimilia inducere,tollit quoque initia epilepſiæ,maniæ,& phreneſis.

Formula compoſitionis.

Recipe olei lunæ
liquoris ſapphiri
muſci
vitrioli.

CAPVT III.

De Epate.

EPar quoq; in ſua neceſſitate exterius epar deſiderat,quandoquidem nequaquam miles eſt qui ſe tueri ipſe queat,quare iſta mēbra , ſpiritualia vocantur,quia nullus ſpiritus pugnat , ſolum corpus pugnat: epar igitur tãtùm ſpiritus eſt, & caro,quæ nomen epatis habet, eſt tantùm membrum inutile corporis,in quo nihil eſt poſitum, quare ſi epati pugnandum eſt , aliquid aliud pro ipſo pugnare oportet , & id quidem erit corpus quod manus & pedes habeat ad reſiſtendum morbis

corporeis: nam quando corpus patitur, materialiter patitur, talem quoq; necesse est esse ipsius medicinam, & vt materia contra materiam pugnet, & simile agat in simile, quod ita fit: Recipe de rebus epaticis, vt essentiæ spodij, &c. si epar vitiatur ad hyposarcham, hæc est eius vis, si ad icteritiam, est hæc vis, si ad febres, ista est, si ad apostemata, ista.

Vt igitur epar in sua sanitate conseruetur, ita vt nihil contrahat labis, neque corrumpatur, nihil melius inueniri potest, quàm Cheyri, cuius processus talis est: Recipe Cheyri, & sublima eum à sua nigredine in albedinem, quę albedo cum vino vitæ bibatur: hoc epati omnem vim apostematicam & putrefactibilem aufert, & illud ab omni corruptione liberat, ita vt rectè digerat, & dispenset sanguinem, vt decet, non solùm vt sanguinem faciat, sed vt salubrem, ex quo nullus morbus oriatur: prætereà veterem sanguinem instaurat & renouat, & ita purgat, vt & lepra abeat.

Sublimatio cheyri in albedinē

Ita etiam operatur flauus Anthos,

Extractio Anthos.

ſi per ſpiritum aquæ vitæ reſoluatur & ſimiliter vſurpetur: nam epati omnia contraria aufert & illud conſeruat.

Præparatio Alchaheſt Mercurij, vide tabulã lib. iiij de gradib. cap. 7, qui locus totũ hunc libellũ illuſtrat.

Eſt & liquor Alchaheſt magnæ virtutis in epate ad cuſtodiendum illud ab hydrope & omnibus eius ſpeciebus, quæ ex epate veniunt: proceditur autem ſic: Alchaheſt poſt ſuam coagulationem reſoluatur, & poſtea coaguletur in formam tranſmutatam, vt proceſſus ipſius eſt per congelationem & reſolutionem: quod ſi ſui ſimile vincit, tum eſt medicina epatis ſuper omnes alias medicinas: & etiamſi epar iam eſſet fractũ, ipſe eſt loco epatis ac ſi nunquam fractum fuiſſet. Quare vobis medicis ſummopere opus eſt, vt hanc medicinam experientia diſcatis, & vt ſciatis præparationem Alchaheſt, propter multos morbos, qui ex epate deſcendunt, vt illos auertatis.

CAPVT IIII.

De ſplene.

Sequuntur ria mem-

SPlen ſimile eſt alijs membris, & propterea quòd & ipſi vt alijs dolus ille cor-

le corpus lædendi placet, ipsi similes aliquot res cognosci debent: malitia autem eius consistit in eo, quod constringit: postea quòd multiplices febres parit, putrefactionem & oppilationem, & similia plura.

bra superflua splen, ren, fel.

Debet igitur splen corporis tolli, & exterius splen imponi: vita enim sine splene longior est, quàm cum splene: & quanquam cum dictis membris propinquis non ita se res habeat, & ea necesse sit in corpore esse, attamen de splene non ita est: nam bene absque ipso viuere possumus. Sed vt praxin aggrediamur, sciendum est, nos ex splene exteriori viuere debere, & non ex interiori: imò cogitandum nobis est, vt interius radicitùs euertamus & consumamus.

Ars naturã corrigit industria, ita quòd natura per vasa excipit superflua, & in corpore cũ periculo retinet, ars remouet per medicamẽta.

Vt igitur tollatur & deleatur splen, vtendum est sintratar, ita vt separetur ab eo suus liquor, sine corrosiuo suo per retortam igne fortissimo: qui liquor quinquies abstrahatur, postea cohoba omnia vino vitæ, & rectifica cum eo & vtere. Hoc prorsus tollit splen, ita vt non inueniatur locus eius

Alij tartarum.

Liquor tartari.

amplius: tollit quoque id quod à ſplene digerendum erat, & purgat corpus ab omnibus ſuis affectibus.

Fex vini. Similiter & in fece, quando vinum vitæ ſeparatum eſt, iſta virtus quærenda eſt.

Alij tamarico. Eſt & Caſa talis vis, ſi maceretur in oleo oliuarum, poſtea cum oppopanace miſceatur, & per alembicum diſtilletur: hoc oleo vnge locum ſplenis, & ſplen radicitùs tolles: & ſi annuatim vſurpetur, auertit omnes dolores, qui ex ſplene veniunt: ſed ſi iuſta ratione adhibeatur, ſplen totum abſumit, ſimiliter & omnes ipſius dolores, damna, & morbos, & quicquid mali parit.

Oleum tamariſci.

CAPVT V.

De renibus.

Optima confortatio renum eſt, vt cognoſcantur res, quæ exteriores renes ſunt, & vt interiores renes deleantur & abſumātur ita vt ſplen: tum virtus renum eſt integra, quando operatio ipſorum emortua eſt. Nam per ſuam vim pariunt lithiaſin, iſchiadem, are-

Renes tollendi.

arenam, diabeticã, & alios plures morbos: quando autem mortui ſunt & eſſentia ipſorum in ipſis, nihil horum adeſt, ſed bona vis eſt in corpore, & ſana eſt hominis iuuentus & ſenectus, nullusque eorum morborum venit, qui aliàs, quando renes viuunt, & quando eos conſeruare nitimur, venire ſolent.

Sciendum eſt igitur tollendos eſſe renes, in quibus vera caſtitas latet, magis, quàm in teſticulis, & hoc quidem fieri abſque vllo damno aliorum meatuum, qui per renes tranſeunt, poteſt: nam materia & corpus ipſorum remanet in corpore, ſed eſſentia & operatio ipſorum tollitur, atq; hoc quidem fit per camphoram, ſi per digeſtionem in liquorem redigatur & bibatur: hoc tollit id quod renes mali afferunt. *Liquor cãphoræ.* *Alij Aroph*

CAPVT VI.

De felle.

SVmma virtus & ſummè neceſſaria fellis eſt, vt fel tollamus, ſicut materialiter in corpore iacet, & prorſus conſumamus, ita præcauentur ægritudi-

nes cholericæ, vt colica, iliaca, contractura, tremores ventriculi, & plures similes: quare bene felle carere possumus: sunt enim dicta tria membra ad nihil aliud vtilia, nisi vt corrumpant quicquid vtilia membra ædificant, propterea falsi physici hactenus malè scripserunt, imò nesciuerunt fel nihil prodesse, & quidam id valdè laudarunt, cùm tamen nulla laude dignũ sit: est enim membrum extraordinarium & monstrum naturæ: in causa est, quòd nihil soleat sincerum manere, sed semper zizanium & lolium interseratur rebus: ita fel aliorum membrorum lolium est, quod se insinuauit bonis herbis, non necessitatis, sed destructionis gratia: cura autem est consumptio.

Fel tantũ zizanium.

Vt autem consumetur fel, hoc est, vt auferatur omne id, quod in ipso non est necessarium, & vt omnes morbi, qui ex felle veniunt & oriuntur, recedant, ita vt non vltra ira vel morbus adsit, qui felli attribui possint, ita agendum est: Recipe Rhabarbari & florum Cheyri ana, fac, vt suprà dictum, nempe:

pe: extrahe liquorem Cheyri similiter & rhabarbari, vt ex anthos extraxisti: hæc duo compone cum tantundem vini vitæ. Quando autem vti vis, expecta donec præterierit ira, postea morbus, qui ex felle ortus est: vltimò venit sitis, in qua euanescit fel & perit: iam sequitur melior sanitas, quàm anteà aderat.

Fel tollendũ per rhabarbarum & Cheyri.

CAPVT SEPTIMUM & vltimum.

De pulmone.

OPtima confortatio pulmonis est, vt permaneat in sua virtute & materia, & nihil addatur, ita vt pulmo solus sit, & nihil ipsi adiungatur. Superat autem pulmo omnia alia membra, & hoc habet ex spiritu vitæ: propterea notandum est, quòd in eo præcipuè roborandus sit, quod fit, si in omnibus alijs membris sanitas sit: tunc enim & in pulmone est. Sed quia interdum superfluæ materiæ ipsi affluunt, sequitur ipsius medicina: attamen optimum est, vt reliqua membra sa-

Pulmonis præstãtia.

na conſeruentur, & non irritentur ad morbum.

Ad pulmonem igitur nihil melius valet, quàm Chybur hoc modo: Misceatur Chybur calcibus mineralibus, & inde ter ſublimetur: hoc Chybur da ægroto, quod auertit omnes defectus pulmonis, eumque integrum & abſque omnibus morbis conſeruat, eſtq; balſamus pulmonis & pectoris, neque ſimile arcanum in viribus rerum quærendum eſt: nam in nullo exterior pulmo eſt poſitus magis, maiusque arcanum ad pulmonem latet, niſi in ſolo Chybur.

Alij ſulphur.

Finis duorum librorum de Natura hominis.

EXPER-

EXPERTISSIMI, DO-
ctissimiq́; D. Theophrasti Paracelsi libellus de Tinctura Physicorum.

Theophrasti Paracelsi contra Sophistas medij seculi PRAEFATIO.



VM tu Sophista, me tam fatuis ac mendosis verbis vbiq; locorum vituperes, tanquam oriundus ex Heluetia rudi nihil intelligerem aut scirem: item ac si litera medico plus existens, ex vna in aliam regionem vagabundus oberrarem: hoc tractatulo nescios & inexpertos palàm facere mundo proposui, tum quid in primo seculo Dei bonarũ artium extiterit quid mea, quídque tua contra meam artem valeat, & existimanda sit, & quî me seculi gratiæ successores imitabuntur. Hermetem, Archelaum, ac alios in primo seculo quales extiterint, quantiq́; philosophi, hoc ipsum testantur etiam eorum aduersarij, qui tui sunt, ô Sophista, pa-

troni, sed idola potius hoc tempore. Quamuis etiam id per tuos patres auctenticos & sanctos falsò reputatos non foret attestatum: antiqua Smaragdina tabula plus artis indicat & experientiæ cùm in Philosophia, tum in Alchimia, Magia similibúsque, quàm vnquam à te cateruáque tua tota doceri poterit. Si nondum ex præcedentibus intelligas, qui thesauri quantíque sint isti, dic mihi, cur Potentatus nullus Aegyptios potuit subiugare? Tum quare Diocletianus Imperator (quotquot ad suas manus peruenire potuerunt) spagiricos libros comburi iusserit? Nisi quid continuissent eorum libri, dudum intolerabile iugum subire coacti fuissent, quale tibi Sophistæ collegíſq; tuis ad collũ quandoque pendebit.

Hoc medio seculo Monarchia cunctarum artium Theophrasto Paracelso Philosophiæ, Medicinæq; principi mihi contigit. Ad hoc enim à Deo sum electus, vt phantasias omnes excogitatorum & falsorum operum putaticiorum & præsumptuosorum verborum per ipsum extinguerem siue sint Aristotelis, Galeni, Auicennæ, Mesue, vel cuiuscunque fuerint etiam

tiam eis adhærentium. Theorica namque mea procedens ex luce naturæ nunquam labefactari potest ob sui constantiã, nec immutari: quinquagesimo post sesquimillesimum octauo virere primùm incipiet anno. Practica tandem sequens admirantis incredibilibúsque signis comprobabitur, sic vt mechanicis ac plebi communi palàm sit futurum, & isti penitùs intelligent, quàm contra Sophistarũ nugamenta constans immotaq́ stabit ars ista Paracelsica: licet illa Sophistica papisticis & imperialibus priuilegijs in suis ineptijs confirmetur ac tueatur, &c. Quòd autem à te Sophista mendicus & vegabundus habear, tibi Danubius atque Rhenus me tacente, respondebunt. Sæpius istæ perperam excogitatæ per te calumniæ contra me, Comitibus & Principibus multis, item ciuitatibus imperialibus, ac equestri dignitati, nobilitatiq́ displicuere. Habeo namque thesaurum in quadam Friulorum ciuitate Vueiden Germanicè dicta, in Xenodochio, quem tu Leo Romanus, & tu Carolus Germanus tota substãtia vestra persoluere nequiretis. Quanquã signata stella nominũ vestrorum occulta placet, quæ nulli, quàm

diuino spargirico soli cognita fuerunt. Quare cùm tu verminosè pediculoséque Sophista, Monarcham arcanorum vt ignarum, fatuum & prodigum decoctum existimes: medio iam seculo honorificam in prosecutionem, virtutes ac præparationem illius Tincturæ Physicorum hoc libello palàm facere volo, veritatis in amatorum etiam vtilitatem & honorem: item artium, qua verarum contemptores in mendicos euadere poßint. Hoc arcano postremum seculum, vt gratiæ dono veríque spiritus illustrabitur manifestò, compensabitúrque, sic vt ab exordio mundi simile germen intellectus & sapientiæ haud amplius auditum erit. Vitium supprimere probos non poterit, nec multorum istorum opes aut potestatem percipere valebit.

DE TINCTVRA PHYSICORUM Metaphysica D. P.B.A. Theophasti Paracelsi.

De varijs ad Physicorum Tincturam vijs, in vnum & eundem finem & scopum tendentibus.

CAPVT I.



Ico Philippus ego Theophrastus Paracelsus Bombast, iuxta postque huius gratiæ diuinæ manifestationem ad Physicorum Tincturā varias quæsitas esse vias, quæ finaliter omnes ad eundem scopum & finem pertigerunt. Hermes enim Trismegistus Aegyptius iuxta suam rationem opus hoc aggressus est. Orus Gręcus eundem seruauit processum. Hali quidem Arabs in ordine suo permansit. Albertus verò Magnus Germanus etiam prolixum est secutus processum. Quilibet istorum pro modo suo progressus est, nihilominus ad vnum eundemq; terminum peruenerũt omnes,

videlicet ad vitam longam, à Philosophis tantopere desideratã, & ad honestam eiusdem in hac miseriarũ valle sustentationem & conseruationem. Hac ergo tempestate peculiaribus à Deo donis Theophrastus Paracelsus Bombast, Monarcha arcanorũ, dotatus est: ad hunc nempe modũ, vt summi huius operis physici quiuis indagator imitari me cogetur ac sequi, siue sit Italus, Polonus, Gallus, Germanus, qualiscunq; fuerit & quis. Huc post me vos omnes Philosophi, nec non Astronomi, quantũuis alti nominis existatis, & cuiusuis, Henrici vel Conradi. Ego vobis Alchimistis atq; Doctoribus perpessis à me summis laboribus, regeneratione͂ illam corporale͂ ostendam, aperiamq;: docebo vos, docebo Tincturam, arcanũ vel quintũ esse, in quo mysteriorũ omniũ ac operum fundamenta latent. Etenim quisq; fide͂ alteri potest ac debet adhibere solũ in eis, quę expertus est: si quis prętér hanc experientiam quid attulerit in Spagirica vel Medicina, haud est quod credas, cùm in igne per experientiã verum separetur à falso. Lux naturæ

si-

siquidem ad hunc modũ creata est, vt per eam vniuscuiusq; rei proba vel examen appareat, his tamen qui ambulãt in eo lumine tantùm. Ex ea luce docebimus optimis demõstrationibus, eos omnes, qui proprijs phãtasijs, acutisq; speculationibus hãc prouinciam tam difficilem aggressi fuerunt vnquã ante me, suo damno fatuitatis suę periculũ fecisse. Quapropter ex meo fundamento multi rustici nobiles facti sunt: contrà per putaticiam & opinabilem illorum artem, rursum nobiles in rusticos transmutari, quũ aureos in capite montes portarent, antequã in carbones manus protrusissent. Discẽdæ primùm ergo digestiones, destillationes, sublimationes, reuerberationes, extractiones, solutiones, coagulationes, fermentationes, fixationes, & omne quod ad opus hoc instrumentum requiritur, cognoscendum est vsu, prout vitra, cucurbitæ, circulatoria, gallinarum oua, terrea vasa, balnea, furni ventales, reuerberatorij, similesq;, nec non carbones atque tenacula: sic in Alchimia medicinaque proficere poteris.

Aliàs donec in tua phantaſia, penes lagana tua putaticia manſeris, ad horũ nihilum aptus eſt, prædeſtinatus, nec electus.

De definitione ſubiecti materiaque Tincturæ Phyſicorum. *Cap. I I.*

PRiuſquã igitur ad proceſſum Tincturæ veniam, eius tibi ſubiectum eſt, quod patefaciam: hoc enim in peculiari ſemper hactenus occultatione ſeruatum eſt à veritatis amatoribus. Eſt itaque Tincturæ materia quædam res (vbi me tamen iuxta ſpargyricum ſenſum intellexeris) quę quidem ex tribus in eſſentiam vnam arte Vulcani tranſit, aut manere poteſt. Verùm vt eam intitulem tibi ſuo nomine iuxta veterum vſum, Leo rubeus à multis vocatus, paucis verò cognitus eſt. Hic per auxilium naturæ, nec non artem ipſius Artiſtæ poteſt in aquilam albam tranſmutari, ſic vt ex vno duo fiant, ſupra quod aureus ſplendor Spagiro non ita relucet: illa duo magis in vno ſeruata

lucent.

lucent. Iam ſi Cabaliſtarum & veterum Aſtronomorum vſum non intellixeris, à Deo minimè natus es ad Spagiricam artem, nec per naturam ad Vulcanicũ opus electus, neq; vt os in Alchimiſticis vix aperias artibus creatus exiſtis. Eſt itaq; Tincturæ materia Margarita maxima, pretioſiſſimusq; theſaurus, ac nobiliſſimum quod iuxta manifeſtationem Altiſſimi, necnon hominum conſiderationem omnium in terris fore poteſt, hoc eſt Lili Alchimiæ, & Medicinæ, quod Philoſophi tam acuratè quæſiuerunt: verùm ob defectũ integræ cognitionis, & perfectę pręparationis eius ad finẽ perfectum nõ perduxerunt. Per inueſtigationes eorum & experientias, tincturę tantùm initiũ datũ eſt nobis: at verũ fundamẽtum quod collegas imitari meos decet, mihi relictum fuit, ſic vt nemo ſuas laruas noſtris intentionibus immiſcere debeat. Egò meritò poſt lõgas meas experientias Spagiros corrigam, & falſum aut erroneum à vero ſeparabo, cùm longis inueſtigationibus repererim, quo iuſtè ſimilia reprehendere queam, & immutare. Veterũ ſi

tamen experimēta meis excellentiora cōperissem, tantos minimè labores assumpsissem, quos in gratiam, vtilitatē, & honorem proborum Alchimistarum omnium subij libenter, &c. Cùm ergo Tincturę subiectum satis declcratū sit, vt fratres inter duos vix fideliùs queat aut liceat, præparationem eius aggredi nunc volo, tum vltra quòd primi ſęculi ponam experientias, meas etiam inuentiones addere, quibus quidē postremò gratię tādem sæculum adhærebit: quicquid ex tua Philosophia Sophista tu feceris Patriarchas, aut omne quod voles.

De Processu veterum ad Physicorum Tincturam, & breuiori per Paracelsum inuentione. Caput III.

SPagiri veteres Lili putrefecerūt per mensem philosophicum, & postmodū spiritus humidos ab eo destillarunt quousq; sicci tandē eleuati sunt. Caput mortuū spiritibus humidis imbiberūt, & ab eo per destillationem sæpiùs abstraxerūt, idq; tam diu donec sicci prorsum eleuati fuerūt. Inde post abstractos humores

humores & ſiccos ſpiritus per pellicanum ter aut quater ſimul vniuerũt, donec Lili totum in fundo ſiccũ reſederit. Quamquam experientia prima proceſſum hunc ante fixationẽ dedit, nihilominus anteceſſores noſtri ſæpiùs eo votum perfectè ſuũ aſſecuti ſunt. Breuiorem tamen viã habuiſſent ad rubei Leonis theſaurum perueniendi, ſi concordantiam Aſtronomię cum Alchimia di dicicſſent, prout eam in Hermetis Apocalipſi demõſtraui. Cùm verò dies quilibet (vt Cſtríſtus loquitur in fideliũ cõſolationem) propriam ſuam eſſentiam habeat, Spagiris ante mea tẽpora labor fuit ingens & grauis, qui iam auxilio S. Spiritus affluẽtis poſtremò ſęculo, mea Theorica necnõ Practica ſubleuabitur atq; declarabitur, illis omnibus qui ſuis in operibus cũ patientia conſtãtes fuerint. Ego nãq; naturæ proprietatęs expertus ſum, eſſentias & conditiones, eiuſq; noui cõiunctionem, ęquè bene ac reſolutionẽ iterum: quod ſummum & maximum eſt in Phyſico, nunquam Sophiſtis cognitum hactenus.

Cùm ergo primum ſęculum Tinctu

ræ primam dederit experiẽtiam, ex vno simplici duo Spagiri fecerunt. Verùm quòd inuentum hoc medio sęculo periisset, eorum successores diligenti perscrutatione, postmodũ in eiusmodi nomina duo simpliciũ inciderunt, idq; nominarunt vnico vocabulo nempe Lili, tanquam tincturę subiectum. Tandem imitatores naturæ materiam hanc (nõ secus ac in terra semẽ) tempore suo putrefecerunt, cùm ante corruptionem hanc nihil ex eo nascatur, nec arcanũ aliquod erũpere potest. Posteà spiritus humidos abstraxerunt à materia, donec tandem ignis violentia sicci pariter sublimati sunt, vt hac via non aliter quàm rusticus ex anni tempore, peruenirent ad maturitatem, prout vnũ post aliud ascẽdere solet, ac decidere. Postremò veluti post Ver Aestas prodit, fructus illos & siccos spiritus incorporarunt, & Magisterium tincturæ perduxerunt eò, donec ad messem deuenerit, ac ad maturationem se disponere voluerit.

De

De Processu per Paracelsum ad Physicorum Tincturam abbreuiato.
Caput IIII.

TAm prolixo labore, tędiosaq; reite ratione Spagiri veteres non indiguissent, si ex Schola mea suum opus didicissent & fuissent aggressi: votum æquè bene suũ assecuti fuissent, impensis laboribusque longè minoribus. Hac tempestate verò qua Theophrastus Paracelsus arcanorum aduenit Monarcha, inuentionis tempus est præ manibus, quę Spagiris omnibus ante me fuit occulta. Quapropter dico: tantùm rosei coloris à Leone sanguinem accipite & ex aquila gluten: quæ postquam simul coniunxeritis, iuxta veterem coagulate processum. Tincturã habebitis Philosophorum, quam infiniti quæsiuerunt, inueneruntque paucissimi. Velis nolis tu Sophista, Magisterium hoc est in ipsa natura, magnaleq; Dei supra naturam, atque thesaurus in hac miseriarum valle pretiosissimus. Extrinsecùs aspectu vile quid, aliud in multò nobilius quàm fuerit antea trãsmutare, miracu-

lum à Spagiro productum, est quòd patiare necnon fateare: qui sua præparationis arte, vile corpus extrinsecùs visibile corrumpit, ex quo nobilissimam aliam & pretiosissimam essentiam excitat. Si tu pariter aliquid ex Aristotelico lumine didicisti vel nosti, aut ex Serapionis regulis, prodi huc, & in lucem idipsum profer experientia. Scholarum ius vt honoris amatorem atq; Doctorem decet, nunc serua. Si verò nihil scis aut efficere vales: cur tu me tamquam Helueticam vaccam irrationabilem contemnis, & vagabundũ circulatorem? Ars est altera natura, mundusque peculiaris, vt experientia cõtra te, necnon idola tua testatur atq; demonstrat. Quædam igitur simplicia componit Alchimista, quæ postquã iuxta suã corrũpit necessitatem, aliud inde præparat, (idq; toties, atq; varia sunt) quod postmodum vnum fit: hoc plus efficit, quàm ipsa natura per se posset, vt in Castey appertè satis patet, ex Saturno Venerem fieri: tum in Carinthia, ex Venere Lunam & in Hungaria, ex Luna Solẽ, vt interim taceã de trasmutationibus

alijs

aliјs rerum naturalium ſatis Magis cognitis, quæ mirabiliùs quàm Ouidius in ſua Metamorphoſi prodeunt in lucē. Rectè me vt intelligas: Leonem tuū in Oriente quæras, & Aquilam ad Meridiem in aſſumptum hoc opus noſtrū. Inſtrumenta meliora non reperies quā Hungaria, necnon Hiſtria producunt. At ſi cupias id ex Vnitate per Dualitatem, in Trinitate cum æquali permutatione cuiuſq; deducere: tum iter ad Meridiem dirigas oportet, ſic in Cypro votum conſequeris omne tuum, de quo latiùs minimè loquendum eſt, quàm in præſentia declaratum extitit. Arcanorum iſtorum, quæ tranſmntationes exhibent, adhuc plura ſunt, etſi paucis cognita: quæ licet alicui manifeſtentur à Domino Deo, non propterea ſtatim erumpit artis huius rumor, ſed Omnipotens cum ea dat intellectum hæc & alia celandi pariter, vſq; in aduentum Heliæ Artiſtæ, quo tempore nihil tam occultum, quod non reuelabitur. Videtis etiam oculariter (quamuis loqui de his minimè ſit opus, quod in irriſionē ab aliquibus aſſumi poſſet) in ſulphure

Iouis magnam tincturam esse gemmarum, quæ quidem eas altiùs adducit, quàm ipsa natura per se valeat. Verùm ista gradatio metallorum & gemmarum à me hoc loco relinquetur, cùm ea de satis in Arcanis arcanorum, in libro de Vexationibus Alchimistarum, & in alijs abundè scripserim. Antecessorum nostrorum processum de Tinctura Physicorum vt incœpi, iam perfectè concludam.

De conclusione Processus Veterum à Paracelso facta. Caput V.

POstremò Spagiri veteres Lili pellicanatum, ignis ordinata quadam augmentatione tam diu fixarunt, quousq; iuxta colorum omnium permutationem, rubeum instar sanguinis induerit, & cum eo Salamandræ conditionẽ. Rectè quidem ab eis processum fuit, ac ad eundem vnumquemque margaritam hanc ambientem procedere modum æquum est, ac decet. Hunc tibi clariùs declarare posse, mihi difficilimũ foret, nisi didiceris in Alchimistarũ Schola

la gradus ignis obſeruare, vaſa quoque tua mutare: tum demum videbis, mox atque Lili tuum in ouo phyſico fuerit excalefactum, admirandis apparens demonſtrationibus, coruo nigrius fieri: cygno poſtmodum ſucceſſu temporis albius: & poſtremò tranſiens per flauedinem, ſanguine quouis magis rubeũ. Quęrite quærite primus ait Spagirus, & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Impium indecorumque foret aui tam perfidæ cibum in os ponere, ac ipſam ad hunc volare non ſinere, prout ego cum cęteris ante me facere coactus fui. Veram igitur artem ſequere: hæc enim in perfectam eius cognitionem te ducet. Non eſt quòd amplius aut clarius hîc apponatur quidpiam quàm antea dixerim: doceant Phariſaicæ ſcholæ tuæ te quicquid volent ex inſtabili ſuo labilique fundamento, quod ſuum terminum aut ſcopum non attigit Vbi tandem Alchimiſticam induſtriam accuratiſſimè quàm fieri poteſt edoctus fueris: nihil tum demum in rerum natura tam difficile futurum eſt, quod nõ artis huius auxilio tibi manifeſtum eſſe

possit. Natura siquidem ipsa nihil in lucem edit, quod in summam sui perfectionem sit adductum, prout hoc loco videre licet ex vnitate vel vnione dualitatis nostræ: Verùm homo Spagiricis præparationibus eò perducere debet, quò per naturam ordinatum fuit. Hæc de processu veterum, & mea correctione Tincturæ Physicorum, quod ad præparationem eius attinet, à me satis dicta sint hactenus. Latius autem quòd nunc Aegyptiorum thesaurum istum in manibus habeamus, est quòd eum in vtilitatem nostram conuertamus: quæ dupliciter ex Spagirico magisterio nobis offertur. Priore modo, prout ad renouationem corporis applicari potest: posteriore verò corporum in transmutationem. Cùm igitur ego Theophrastus Paracelsus vtrumque diuersimodè sim expertus iuxta signa quidem operis, ac prout in experientia probaq; mihi melius ac perfectius apparuerunt, scribere volo proponereque.

De transmutatione metallorum per Medicinæ proiectionem. *Caput VI.*

SI Tinctura Physicorum in transmutationis vsum venire debeat, eius primò libra super Solis fusi libras mille proijcienda est. Medicina tum demum præparata fuerit, ad leprosum humorē metallorum transmutandum. Admirādum hoc opus in luce naturæ, videlicet Spagiri magisterio seu operatione metallum amittere quod prius erat, aliudque fieri; Aristotelem illum id cum sua malè fundata Philosophia fatuum reddidit. Rustici quidem in Hungaria, cùm ferrum suo tempore proijciunt in fontem quendam vulgari nomine Zipffer brunnen, in ferruginē consumitur, quę follibus & igne liquefacta, mos pura Venus existit, quæ nunquam in ferrum amplius redit. Similiter in monte Kuttenberg vulgariter nuncupato, capitellum aut lixiuium ex Marchasitis colant, in quo ferrum etiā in optimam Venerem transit altè gradatam, & malleo tractabiliorem altera naturali. Hęc & similia

plura ſimplicibus magis hominibus quàm ſophiſtis cognita ſunt, quæ metalli ſpeciem vnam in alteram transmutant. Ego quidem in Iſtria Venerem vltra 24. gradus & 28. ſæpius adduxi (ſic vt Solis color altius aſcendere nequeat) conſtantem in Venere vel in quartali, qua quidem vſus ſum in omnibus vt alio. Quanquam veteres artiſtæ fuerũt huius arcani percupidi, ſummaq́; diligentia quæſiuerunt illud, nihilominus pauciſſimi iuxta perfectam præparationem ad finem ſuum perducere potuerunt. Multas namq; difficultates & obſtacula metalli minoris in melius tranſmutatio ſecum adfert, prout Iouis in Lunam, aut Veneris in Solem. Magnalia naturæ multis hominibus occulta fore Deus voluit propter peccata, nec non pauciſſimis diligentibus atq; pijs manifeſta mirum in modũ. Accidit enim, vt ea tinctura pręparata fuerit ab Artiſtis, qui proiectionem in opus adducere non potuerunt, & ex eorum incuria cuſtodiaq́; mala factum eſt, vt à gallinis comeſta ſit, quibus plumæ deciderunt, ac vt ipſemet vidi rurſum cre

uerunt

uerunt. Hac via transmutatio per abusum ex negligentia Artistarum in Medicinam & Alchimiã venit. Cùm enim ea tinctura, nempe iuxta suum desideriũ, vti minimè potuerint, nec sciuerint, eãdem ad renouationem hominũ torserunt, vt suo capitulo nunc latius audietur.

De renouatione hominum *Caput VII.*

PHysicorum in Aegypto primorum aliquot, ac priscorum per hanc tincturam annos centum & quinquaginta vixerunt. Item vita multorum ad aliquot secula producta prolongataque fuit, prout habetur in diuersis historijs apertissimè, quòd nemini fermè credibile videtur. Eius namq; vis tam admirabilis existit, vt corpus altius adducat, quàm agnatæ naturæ possibile sit, ac in eo gradu firmiter conseruat, sic vt ab omnibus infirmitatibus tutum viuat: & licet senectam habeat, apparet nihilò minus vt in primeua iuuentute constitutum.

Est itaque Tinctura Physicorum vni-

uersalis Medicina, morbos omnes con sumens, vt lignum ignis omne. Dosis eius est exigua valde, sed operatio potē tissima. Per eam à me curata sanataq; sunt lepra, morbilli, hydropisis, caducᵘˢ, colica, gutta, similesq; morbi: lupus itē, cancer, noli me tangere, fistulæ, nec non genus omne morborum internorum vltrà quàm credibile sit: cuius etiam te stimonium exhibebunt Germania, Gal lia, Italia, Polonia, Bohemia, &c. satis am plum. Iam tu Sophista respice Theophrastum Paracelsum, & quî tuus Apol lo, Machaon & Hipocrates contra me stare valeant, & consistere. Hoc enim est Catholicum Physicorum propter quod vitam longam prosecuti sunt om nes ad resistendum morbis, & per hoc vniuersale maximè consecuti sunt & ef ficacissimè, iuxtaq; suum arbitriū Tinctura Physicorum nominarūt. Quid enim in tota Medicina maius esse potest, quàm eiusmodi corporis mūdatio per quam ab eo superfluitas omnis à radice prorsum tollitur, ac transmutatur? Sanato namque semine, perfecta sunt omnia. Quid prodest Sophistarum pessimè

ſimè fundata purgatio, cùm nihil eius tollat quod auferre debet? Quapropter excellentiſſimum veri medici fundamentum eſt, Regeneratio naturæ, iuuẽtutiſque reſtauratio: poſtmodum eſſentia noua ex Alchimia totum hoc quod inualidum eſt expellit. Ad iſtam regenerationem, vires atque virtutes Phyſicorum Tincturæ mirabiliter inuẽtæ ſunt, & vſq; ad tempus à Spagiris veris vſitatæ ſecretò, nec non ſeruatæ.

Finis libri Theophraſti Paracelſi de Tinctura Phyſicorum Metaphyſica,

D. PHILIPPI THEO-PHRASTI PARACELSI VEXATIONVM LIBER.

Præfatio D. Theophrasti Paracelsi quibusuis Alchimistis atque lectoribus præmissa.



Vos Alchimię periti, quot quot etiã vobis maximas pollicemini diuitias, aut ☉ atq; ☾ plurimum cupitis extruere: quod Alchimia diuersimodè pollicetur ac docet. Pariter & vos qui labores & vexationes libenter sustinetis, abstinere tamen ab ea minimè vultis, donec vobis eius præmia promissionesq; cognita sint: experientia docet indies, è millibus ne vnũ quidem votum assequi. Si naturæ defectus & artis existat? non dico, sed Fati potius, & operantis peritiæ.

Quapropter non vt solent alij vulgares Alchimistę communiter, libellũ hunc describere volui. Grauem admodum artem illi, processusq; docent erigere pro

lixissimos

lixiſſimos. R. Antim. hoc liquefieri permittas cum ſale nitro, & ♈, quorum vnciam ſemis accipe. ☉ tantundem, ♃ ʒ iij. quibus adde ſulphuris ʒ j. vitrioli ℥ j, & ☾ tantum, vt iſtius poſtremi liqueſiant in crucibulo ♋.

Cùm itaq; ſignorum, ſyderum, planetarum cœleſtium characteres vnà cum cæteris nominibus, receptis materialibus & inſtrumentis, in hac arte peritis notiſſimi ſint, hoc denuò recenſere libello ſuperfluum eſſet: quamuis huiuſcemodi ſignorum, nominum & characterum vſus tempore ſuo non ſit inutilis. Alius hîc Alchimiam, quam anteà tractandi modus per ſeptem canones ex metallorum ſeptem ſerie deductos obſeruatur: qui licet pompoſa verborum elegãtia non erumpant, nihilominus in eorum conſideratione, quicquid ex Alchimia ſperandum eſt, abundè ſatis, & aliarum rerum arcana plurima continentur: ex quibus etiam per ſpeculationẽ admiranda quædam & noua reſultant opera, quę multoties antiquorum operantiũ & naturalium Philoſophorum ſcriptis ac opinioni-

bus longè diuersa, probatione quidem & experimento reperta sunt.

Primò nihil in hac arte verius, quàm idipsum, quod minimè cognitum est, cuiq; minor fides adhibetur. Occasio, causaq; sola difficultatis omnis in Alchimia, propter quam ad paupertatē reducuntur plurimi, reliqui frustrà laborant, est operantium imperitia, materiarumque nimia, vel pauca nimis quantitas aut qualitas: ex quibus omnibus, res in operationibus vel destruuntur, vel rediguntur ad nihilum. At si verus processus fuerit inuentus, res ipsam se mutans indies ad perfectionē magis accedit. Recta via facilis, sed à paucissimis reperitur.

Aliquando fieri potest, vt speculatiuus quispiā artifex aliquam artē in Alchimia per deliriū suum excogitare valeat, siue quidpiā, aut nihil inde sequatur. Nihil ipsum oportet facere, quò quidpiam introducatur in nihilū, & iterum aliquid oriatur ex nihilo: hoc est infideliū prouerbium, nō vtiq; falsum. Destructio bonum perficit: nam bonū apparere nullo modo posset, propter

suum

sursum occultum (aliàs) occultatorem. Bonum etiã minimè bonum, dum occultum est. Occultator est amouẽdus, vt bonũ liberè cum claritate sua valeat apparere. Glossa. Occultator est mons ♀ arena terrę ☉ meatus, in quibus metallũ creuit. At vnumquodq; metallorum visibiliũ occultum est (aliàs) occultator aliorũ sex metallorũ. Et quia per elementum ignis imperfecta quęquæ corrũpuntur, aduruntur, ac reducũtur in nihilum, vti sunt hęc metalla 5, ☿ ♃ ♂ ♀ ♄, è contrà perfecta simili non absumuntur igne, veluti ☉ & ☽, quo fit, vt in igne permaneant, & ex alijs imperfectis, in quibus corrũpuntur, simul corpus suum assumant & appareãt oculariter. Qui & quónam titulo id fiat, ex septem canonibus colligi potest, etiam cuius naturę siue proprietatis quodlibet metallũ existat, quid cum alijs operetur, & possit in eorum commixtione. Verùm hoc apprimè notãdum est, septem istos canones à quouis, licet acutissimo lectore, prima facie lecturaq; leuiter intelligi nõ posse: nam leuis intellectus occulta facilè non admittit.

quapropter quiuis horum canonum disputationibus indiget non exiguis. Plurimi sunt elati superbique spiritus, qui sibi temerè persuasum habent, hęc omnia, quæ libellus iste continet, intelligere, foreq; futilia, meliora se habere putant, ista quoque spernere solent, ☾☉☽(☉).

CANON PRIMVS

De natura & proprietate ☿.

OMnia sunt in omnibus occulta. vnum ex ipsis omnibus est occultum hoc, corporeum, cõtinens, extrinsecum, visibile & mobile: liquefactiones omnes in isto continente manifestæ sunt: nam istius continentis viuens & corporeus spiritus existit: ideo coagulationes omnes, aut congelationes in eo conclusiuè comprehensæ, cum liquefactione quidem acquisitę, circũdatæ, necnon contentæ sunt. Nullum huic liquefactioni, minus eius origini potest inueniri nomen, quo vocetur. Et quia calor nullus tam vehemẽs, qui huic æquiparari possit, ignis illi tarta-

rei calor comparari debet. Hujusmodi liquefactio nihil prorsus commune habet cum aliis naturalis ignis calore factis, frigoreq; naturali congelantibus, aut coagulantibus, quas congelationes, ob earum debilitatem in ☿ agere nequeunt istæ liquefactiones, hac ratione contemnit. Inde colligere licet, elementares vires corrumpentes (quæ vel essentia quinta, vel eius elementa vocātur) nihil addere vel adimere, nec arripiendi potestatem habere. Cœlestes & infernales vires, elementis quatuor non obediunt, siue sicca, humida, calida sint vel frigida: nullum eorum operandi facultatē habet contra quintam essentiam, sed quodlibet proprias vires & operationes per se continet.

Canon secundus.

DE ♃ & eius natura, quod eius manifestū est (intellige corpus Iouis) sex metalla spiritualiter occultat, vnū quidem alio profundius, tenaciusq;. ♃ nihil de quinta participat essentia, sed elementorum est naturæ: quapropter

eius liquefactio leui penitùs igne superueniente manifestatur, & accedente frigore simili coagulatur. Cum aliorum omnium metallorum liquefactionibus affinitatem habet: nam quantò quid alteri natura fuerit similius, tantò facilius vnitur illi per coniunctionem: facilior etiam est, magisq; naturalis propinquorum, quàm remotorũ ad inuicẽ operatio. Remotum fallere solet, eò quod in ipso vix minimũ videatur, etsi maximum existat: hinc fit, vt ad superos non anhelent homines: quia plurimum ab eis distant, eorumq; gloriam non vident. Pariformiter inferos admodum non formidẽt, quòd remoti sint, eorumq; status, & pœnæ miseriã nemo viuentium nouit, aut expertus est: hac de causa nihili fit infernus. Res enim remotiores, eò viliores habentur, quò rudiorem locum obtinent: quia pro sui loci proprietate quæquæ res melior euadit, vel immutatur: quod varijs exemplis demonstrari potest. Quapropter quantò magis ♃ à ♂ & ♀ est remotior, propinquior etiam ☉ & ☾ reperitur, tantò maiorem aurei-

tatem, aut argẽteitatem (vt ita loquar) in corpore ſuo continet, grandiorq; fortior, viſibilior, tãgibilior, perceptibilior, amabilior, acceptior, notior, & verior, quàm in remoto comperitur. Rurſus quò res quæuis remotior, eò vilior exiſtimatur in prædictis omnibus, ideò quòd ſemper præſens abſenti rei præferatur. Quantò propinquius eſt manifeſtum, tantò remotius eſt etiam occultum. Quamobrem Alchimiſtis diligentia ſumma ſpiritualis, occultus & remotus conſiderandus, atque notandus eſt locus, in quo ſunt ☉ & ☾, ſub ☉ & Luna: tum vtrum ipſe cupiuerit, illud in diſtantia potius quærat, vt in propinquo videat, eo loco, in quo ♃ corporaliter ſtetit, Sol & Luna oculariter ad quoduis examen exiſtere ſine fuco. Tranſmutationis quidem in metallis de imperfectione in perfectionem, varia ſunt operationum recepta, quę vnum alteri permiſcere, tum alterum ab altero purum ſeparare docent: hoc nihil aliud eſt, quàm eius ablutio vel permutatio per alchymicum opus perfectum adimpleta. (b infrà. Nam

aurum multum Iupiter ♃, & non parum argenti habet. ♄. ☿. ☾ imponantur ei, & augmentabitur ☾, & de reliquis.*

Canon tertius de ♂, & eius proprietatibus.

OCculta 6 metalla septimum expulerunt, à seq; detruserunt, ac illud effecerunt corporale, valorem illi minimum relinquentia, maximamq; duritiem ac onus imponentia, quodq; suum coagulationis robur atq; duritiã in istud excussit ac manifestauit, colore, liquefactione, pariter & nobilitate sibi retentis. Difficilimum est, ac laboriosum ex inepto vulgarique homine, Principem aut Regem fieri, sed Mars valida, pugnaciq; manu dominium acquirit, Regisq; locum occupat. Est tamen quòd caueat ab insidijs, ne captiuetur ex improuiso. Considerandum venit, qua ratione ♂ regis locum, & ☉ & ☾ cum ♊ locum ♂ obtinere valeant.

Canon quartus de ♀ & eius proprietatibus.

ALia 6 metalla ♀ ex omni ſuo colore, medioq́; liquefactionis, impermanentiæ corpus extrinſecum fecerunt. Neceſſarium tamen foret ad ad intelligentiam aliquot exemplis demonſtrare, quînam res manifeſta per ignem occultatur, & manifeſtatur occulta materialiter. Quicquid eſt combuſtibile, naturaliter & per ignē tranſmutari poteſt de vna in aliam formā, videlicet in calcem, fuliginem, cineres, vitrum, colores, lapides, & in terram: quę poſtrema rurſus in multa corpora noua reduci poteſt metallica. Si metallum etiam aduſtum, aut ærugine vetuſta fragilè foret, malleationem ignitionibus iterū adipiſcitur (aliàs.) Nam aurum multum Iupiter, & non parum argenti habet. Saturnum, & ☾ impone ei, & augebitur Luna de reliquis.

Canon quintus de natura & proprietatibus ♄.

DE propria ſua natura Saturnus loquitur. Pro ſuo me reiecerūt exa-

minatore 6 alia, deque loco spirituali
truserunt à se: corruptibile corpus in
mansionem etiam adiecerunt, vt quod
ipsa nec sunt, nec habere cupiunt, sim
id ego 6 fratres mei spirituales existũt:
inde fit vt corpus meum quoties i-
gnitum est, penetrent, ac vnà mecum
igne transeant, ☉ & ☾ tantùm exce-
ptis: quæ mea mundãtur & superbiunt
aqua. Spiritus meus est aqua soluens
fratrum meorum congelata corpora,
corpus meum tamen ad terrã est pro-
cliue: quicquid in me recipitur, etiam
propriũ fit eius, & per nos in corpus ef-
ficitur. Mundo minimè foret vtile, si
cognosceret, aut saltem crederet, quid-
nam in me lateat, efficereq; possim: vti-
lius enim si mecũ id, quod valeo, face-
re calleret: Alchymistarũ artes omnes
deserẽs, hoc solo quod in me est, & me-
cum fieri potest, vteretur. Frigoris lapis
est in me, hæc est aqua per quam spiri-
tus cõgelari facio metallorum 6 inesse
corporeum 7, id ☉ cum ☾ promoueri.

Duplex reperitur Antimoniũ, vnum
vulgare nigrum, quo repurgatur ☉ in
eo liquefactum: cum ♄ habet affinita-
tem

tem (aliàs) est sui generis. Alterum est album, quod Magnesia dicitur purior: affinitatem habet cum ♃ maximam, & multiplicat cum alijs Mercurium, commiscet ☾.

Canon sextus de ☾ & proprietatibus eius.

EX ☾ conficere velle ♄, aut ♂, non est leuius vel facilius opus, quàm ex ☿ ♃ ♂ ♀ ♊, Lunam ingenti lucro facere. Non est tamen vtile perfecta in imperfecta, sed hęc in illa transmutare. Quænam sit materia ☾, vel vnde proueniat, oportet etiã cognoscere. quisquis id considerare non valet, vel perquirere, nec ☾ efficere poterit. Si rogetur, quid est ☾? Est ex 6 metallis spiritualiter in 7 occultũ, vt sæpius dictum est (aliàs) extrinsecùs & materialiter: quia semper alia 6 metalla, septimum in se continet spiritualiter occulta: 6 metalla spiritualia non persistunt absque vno metallo extrinseco & materiali: sic etiam nullum corporale metallum absq; illis 6 spiritualibus locum

aut essentiam habere potest. Corporalia metalla septem liquefactione bene permiscentur, sed mixtum hoc non est ad faciendum ☉, aut ☾ vtile: nam in ea mixtura manet quodque metallum in sua natura, vel fixum in igne, vel ab eo fugit. Exempli gratia, misce quocunq; modo pores ☿ ♃ ♄ ♂ ♀ ☉ ☾ in simul, inde fit ☉ & ☾, alijs 5 metallis in se non permutatis, sicvt ex ☉ & ☾ fiant ☉ & ☾: quamuis omnia liquefacta sint in massam vnicã, nihilominus manet in sua natura quodlibet hoc ipsũ, quod est. hæc sunt, quæ de corporali mixtione indicanda veniunt. De spirituali verò communione metallica sciendum est, nullam separationem aut mortificationem spirtuum esse: quia tales spiritus absq; corporibus nunquam persistere possunt, etiamsi corpus in vna hora centies illis adimeretur & mortificaretur, nihilominus aliud semper priori multò nobilius acquirerent. & hæc est metallorum transpositio de vna morte in aliam: de minori gradu in maiorem & altiorem, hoc est in ☾, & ex meliori in optimum & perfectissimum,

mum, id est, ☉ splendidissimum, & omnium regale maximè metallum*.

Dicendum est vlterius, quòd huiuscemodi spiritus metallici corpus, in sui primitiua generatione per cœlestem influxum acquirant, nempe lapidem aspectu vilem, quem tusum liquefacit, corrumpit & mortificat igne fossor metallarius omnino: tunc metallicus ille spiritus in tali mortificatione melius atque nobilius, non friabile, sed malleabile corpus recipit. Accedit Alchimista, qui tale corpus metallicum rursus corrumpit, mortificat, & artificiosè præparat: sic iterum spiritus iste metalli nobilius & perfectius induit corpus, manifestò se prodens in lucem ☉ aut ☾: tum demum spiritus & corpus metallica perfectè simul vnita, sunt ab ignis elementaris corruptione tuta, nec non incorruptibilia. Est igitur verissimum, quod suprà dictum est, sæpius sex metalla septimum semper generare, aut de se in esse manifestum producere.

Quæstio. Si verum sit ☾, & quodlibet metallum ab alijs 6. originem de-

ducere generariq; Quæ eſt igitur eius proprietas & natura? Reſponſio. Ex ♄ ☿ ♃ ♂ ♀ nihil, nec aliud metallum fieri poteſt, quàm ☾. cauſa eſt, quòd aliorum ſex metallorũ quodlibet duas habet virtutes: iſtę ſunt ☾ ſpiritus, quibreuibus verbis ad hunc modum cognoſci poteſt. Nam ☾ eſt ex ſex ſpiritualibus metallis & eorum virtutibus: quarum vnumquodq; duas poſſidet. ſummatim itaq; 12 ſunt in vno corporali metallo poſitæ, quæ 7 Planetis, & 12 ſignis cœleſtibus comparantur. Habet enim ☾ à Planetis, vt à ☿ & ab ♒ & ♊, ac ab ♒ & ♓ liquationem & album ſuum ſplendorem. ☿ ♒ & ♓ (aliàs) ♊. Habet etiam ☾ à ♃ ♓ ♉ colorem album, & in igne magnam ſuam conſtantiam. ♃ ♓ & ♉. Habet ☾ à ♂ ♋ ♈. duritiem, bonumq́; ſuum clangorem ♂ ♋ & ♈. Habet Luna à ♀ ♊ & ♎ coagulationis menſurã & malleationem, ♀ ♊ & ♎. Habet Luna à ♄ ♍ & ♏ corpus homogeneum, cum luciditate, ♄ ♍ & ♏. Habet Luna à ☉, ♌ & ♍ ſinceram puritatem, & magnam conſtantiã contra vires igneas. ☉ ♌ ♍. Habet Luna à

na à ♄ ♍ & ♑ corpus homogeneum, puram munditiem & conſtantiã contra violentiam ignis ☉ ♌ ♍ (aliàs) ♄ ♍ ♑. Talis eſt naturalis cognitio exaltationis, & cauſæ ſpiritus & corporis ☾, cum eius natura compoſita, & ſapientia breuibus perſtricta.

Canon ſeptimus de natura ☉ & proprietatibus eius.

SEptimum ex 6 ſpiritualibus metallũ, corporaliter eſt ☉, qui in ſeipſo nihil aliud eſt, quàm purus ignis. Quod autem extrinſecùs pulchrius, flauius, apparentius, perceptibilius, ponderoſius, frigidius, ac magis homogeneum corpus viſu, præceptioneque poſſideat, huius cauſa eſt, quòd aliorum ſex metallorum congelationes in ſe contineat: quibus in vnum corpus extrinſecum eſt compactiſſimum factum. Eius tamen per ignem elementarem liquefactio prouenit, vel cauſatur ex ☿ ♓ & ♒ liquationibus in eo ſpiritualiter occultis: huius exemplum eſt manifeſtiſſimũ, quod ☿ cum ☉ fa-

cilius per amplexum cōmiſcetur corporaliter. Sed ☉ poſt liquationem recedente calore, frigoreque ſuperueniente extrinſecùs coagulari, durum & ſolidum fieri, reliquorum quinque mtallorum eſt occaſio, quorum naturam in ſe complectitur, ♃ ♄ ♂ ♀ ☾. In iſtis quinque metallis, frigidæ manſiones cum ſuis regiminibus præcipuè reperiuntur: inde fit, quòd ☉ extra calorem ignis liquefieri minimè poſſit propter iam dictum frigus. Non poteſt etiam ☿ calore ſuo naturali, vel liquatione ſubuenire, nec ipſum defendere cōtra 5. metallorum frigiditatem, eò quòd ☿ calor non eſt ſufficiens ad ☉ in liquatione retinendum: quapropter oportet ☉ quinq; metallis obedire magis, quàm vnico metallo ☿. Ipſe ☿ etiā officij nihil aliud habet ex ſeipſo prætcrquàm ſemper fluere: hinc fit, vt in aliorum metallorum coagulationibus nihil agere valeat, cùm eius natura non ſit, durum aut ſolidum facere, ſed liquidum. Fluidum efficere caloris eſt, vitæq; natura: ſed frigiditas duritiei, conſolidationis & immobilitatis naturam

turam

turam habet, quæ morti comparatur. Exẽpli gratia 6. metalla ♃ ♀ ♄ ♂ ☾ ☉. ſi liquefieri debeant, ignis calore fiat neceſſarium eſt: nix aut glacies, quæ frigidæ ſunt, hoc ipſum non efficient, ſed potius indurabunt. Statim atq; metallum igne liquefactum ab eo fuerit amotum, frigidítas hoc arripiens, durum, cõgelatum, & immobile per ſe reddit. Sed quòd Mercurius fluidus atq; viuus ſemper maneat, dic quæſo, calore vel frigore an id efficiatur? qui reſponderit, frigida humidaque ſua natura fieri, tũ quòd à frigiditate vitam habeat, opinionis aſſertor huius, naturæ nullam cognitionem habens, cum vulgo ſeductus eſt. Vulgus enim de quibuſuis nil niſi falſum iudicat, hoc etiam firmiter tenet: quapropter eſt quòd ab eo recedat quicunque veritatem cupit cognoſcere. ☿ quidem ex frigida minimè, ſed ex calida & ignea natura viuit: quoduis etiam viuens, ignis eſt, quia calor eſt vita, frigus verò mortis occaſio. Solis ex ſe ipſo purus eſt ignis, non tamen viuus, ſed durus, & ſulphuris tantùm colorem demonſtrat. vt aurum, (aliàs) albũ rubeo

permixtum in eo proportionaliter. Me
talla quinque frigida ſunt hæc ♃ ♂ ♄
♀ & Luna, quæ ſuas tribuunt Soli vir-
tutes ſecundum frigiditatem, corpus i-
pſum: ſecundum ignem, calorem: ſecun
dum ſiccitatem, duritiem: ſecundũ hu-
miditatem, pondus: & ex ſplendore, clã
gorem. Quòd autem Solis in ignis ter-
reſtris elemento non comburitur, nec
etiam corrumpitur, efficit hoc Solis cõ
ſtantia: nam vnus ignis alterum adure-
re non poteſt, nec etiam abſumere, ſed
potius quod ad ignem accedit ignis, au
getur validiorque fit in ſuis operatio
nibus. Cœleſtis ignis quem Sol in ter-
ram apud nos influit, nõ eſt talis ignis,
qualis eſt in cœlo, nec ſimilis noſtro
ſuper terram exiſtẽti, ſed ignis ille cœle
ſtis apud nos, eſt frigidus, & congelatus,
qui corpus eſt Solis. Quamobrem Sol
per noſtrum ignem ſuperari nullo mo-
do poteſt: hoc illi ſolũ accidit, vt lique-
fiat, ſicuti nix, vel glacies ab ipſo cœle-
ſti Sole. Ignis igitur ignem comburen-
di poteſtatem non habet, quia Sol eſt
ignis, qui ſolutus in cœlo, coagalatus
apud nos exiſtit.

Au-

Aurũ est in eßentia triplex.	*1. Cœleste* *2. Elementare* *3. Metallicum*	est	*Solutum.* *Fluidum* *Corporeum*

Deus & natura nihil faciunt frustra.

LOcus rerũ omnium perpetuus, tẽporis expers, ac principij finisq́; locorũ vbiuis operatur essentialiter: cuius nulla spes est, quod reputatur impossibile: quod etiam incredibile, desperatumq́; videtur, mirabiliter in veritatem erũpet. Notandum est super Mercuriũ vrens (c aliâs). Quicquid in colorẽ albũ tingit, vitæ naturam habet, lucisq́; proprietatem, atq; potestatem, quæ vitam causaliter efficit: in hoc motu quidem, ignis cum suo calore, vitæ est eius origo. Quicquid è contrà tingit in nigredinem, aut nigrum efficit, naturam cũ morte communem habet, tenebrarum que proprietatem, & vires mortis efficaces. Corruptionis huiusmodi coagulatio, fixatioq́; terra est cum sua frigiditate. Domus enim semper est mortua, sed eam inhabitans viuit: cuius exem-

plum si reperire valueris, euicisti.

Pingues adole verbena,

Puluis liquefactiuus.

c Nota hoc opus ad Mercuriū. R. Salis nitri ℥.iiij. Sulphuris medietatē, ≈ ℥.1. trita simul accendas in lebete cum minerali, subsidebit Rex pulcherrimus.

Mineralia quærendi modus.

IN terra nec non in lapidibus inueniēdi spes est incertissima, verùm, quia primus est acquirendi modus, atq; via, nullo modo sperni, sed summopere laudari debet. Taleque desiderium, aut appetitus nō magis, quàm iuuenum adolescentumque licitus ad matrimoniū amor, interire deberet. Vt apes propter mel & ceram ad rosas & flores desiderant, non aliter homines, vt ipsæ, prętet auaritiam commodumq; propriū, ad eruendum è terra metallū anhelare foret ęquum: nam qui nimium quęrit, minimum reperire solet. Non auro solo Deus homines argentóue, sed etiam pauperie, sorditie, atq; miseria donat. Aliquos etiam ad metallorum, & mineralium

ralium ſingulares cognitiones vocauit, quibus faciliorem, & breuiorem Solis & Lunę fabricandi modū, abſq; foſſionibus fuſionibuſq; ſunt adepti, quàm ex vulgari Solis & Lunę è primitiuis corporibus extrahendi cōſuetudine: nedū ex ſubterraneis, verumetiam per certas artes, noticias, ex 5. metallorum genere (media tamen arte fabricatorum metallorum) ☿ ♃ ♄ ♂ ♀, de quibus, & quolibet ſeparatim Sol & Luna fabricari poteſt, ex vno tamen, quàm ex alio facilius. Nota ſuper his ex ☿ ♄ & ♃ facile, ſed ex ♂ & ♀ difficile Sol aut Luna, poſſibile tamen fieri, ſed cum additione fermenti ſemper, (aliàs) ex magneſia & ♄ exit Luna, ex ♃ & cinnabari purus Sol oritur: Sol & Luna ex ♃ ♀ & ♒ parum autem ♈. Poterit ingenioſus artifex (qualem aliquando vidiſſe memini) diligenti quidem animaduerſione præparare metalla, ſic vt ratione vera ductus, metallorum tranſmutationis perfectionem, opere ſuo vel regimine magis promoueat, quàm cœleſtium ſignorum 12. atq; Planetarum 7. curſus faciant: quos etiam in his obſer-

uare ſuperfluum eſt, & aſpectus, mala ſiue bona tempora, diem aut horam, huius vel alterius Planetæ ſtatum proſperum, aut infelicem, quæ nec iuuare poſſunt in Alchimiæ naturalis arte, multo nocere minus: ſi verum aliâs, & poſſibilem proceſſum habueris, operare cum libuerit: ſi tamen ex te vel operationibus tuis, & intellectu fuerit aliquis defectus. Planetæ ſyderaque cœleſtia tibi deficient in opere.

Quidnam de congelatione ☿ cenſendum ſit.

MOrtificare vel congelare ☿, & poſt modum in ☾ cõuertere velle, magnoq; labore ſublimare, vana ſunt opera, cum illa ſint ☉ & ☾ exiſtentium in eo diſſipatio tantùm. Eſt enim alia longè diuerſa, propinquiorque via, qua ☿ paruo diſpendio, laboreque minori ſine congelatione tranſmutatur in ☾. Quiſque libenter addiſceret artem hãc in Alchimia tam leuem, atque facilem per quam breui tempore ☉ & ☾ plurimum extruere valeret, aliæque ſibi tæ

dio

dio ſunt(aliàs ſcripturæ) promptitudi dines & verba, quæ nõ ita leuiter declarant quidnam ſibi foret agendum: hoc & ita facito, libenter audiret. operare ſic, & habebis ☉ & ☾, quibus in ditiſſimum virum euades. Quî ſic? tantiſper expecta quæſo, donec labore ſine breuibus verbis declaretur, præmanſumque tibi cadat in ſtomachũ ex ♄ & ☿ mox ☉ & ☾, ex ♄ & ♃ pariter extruendi ratio. Nõ eſt, nec eſſe poterit vnquam hęc ars inuentu, factuq; tam communis, ac in ſeipſa facilis exiſtit. ☉ & ☾ fabricandorum promptitudo per Alchimiam leuior eſt, quàm ſit neceſſarium aliquo documento, vel ſcriptis maiorem eius facere mẽtionem, ea, quæ de annali glacie fieri conſueuit.

De receptis Alchimiæ.

QVid pręterea de receptis Alchimiæ, vaſorũ, & inſtrumentorũ diuerſitate(quę ſequitur) exiſtimãdum eſt? vti ſunt fornaces, vitra, ollę, aquæ, olea, calces, ſulphura, ſalia, ſalpetrę, alumina, vitriola, chryſocollę, atramẽta

auripigmenta,ſal vitri,ceruſa, terra rubea,tucia,cera,lutum ſapientiæ,vitrum contuſum, viride æris, fuligines, teſtæ ouorum,crocus Martis, ſapo, chryſtallum,creta,arſenicum,antimonium,minium,elixir,lazurium,ſol laminatus, ſal nitri, ſal armoniacum, lapis calaminaris,magneſia,bolus armenus,& alia plura. De præparationibus, putrefactionibus,digeſtionibus,probationibus,ſolutionibus,cementationibus, filtrationibus, reuerberationibus, calcinationibus,graduationibus, rectificationibus, amalgamationibus,purgationibus,&c. quibus Alchimię libri ſunt refertiſſimi, deinceps illis,quæ herbis, radicibus, ſeminibus, lignis, lapidibus, animalibus, vermibus, oſſium cineribus, limacum capſulis,conchis,cocleis, & pice fiunt. Hæc & ſimilia quequę ſunt in Alchimia remotiſſima quædam, imo vaniſſima laborum onera, quibus etiã ſi Sol & Luna fieri poſſet,nihilominus intentionẽ hanc magis quàm prouehant,impediunt ac retardant. Non eſt igitur ex his (vt verè loquar) addiſcendum,quod ad artem faciat Solẽ & Lunã fabricãdi, qua-

quapropter omittenda sunt omnino, quòd cum 5.metallis ad Solē & Lunam prorsus nihil operētur. Percontari posset quispiam, quæ est igitur hęc via, breueq; fundamentũ, quæ difficultatē nullam habent, eisque tam cito Sol & Luna fieri potest, verè, & sine fuco? Respõsio, Abundè satis in septem canonibus, & apertè dictum est, qui per hos intelligere noluerit, frustraneus labor esset amplius eum instruere. Non est etiam, quod sibi quis insipidè persuadeat ea tam leuiter intelligi posse: verùm occulto sensu melius quàm aperto.

Hæc est ars.

POstquam Cœlum aut Saturni sphęram cum vita currere feceris super terrã, impone Planetas omnes, vel quē aut quos volueris, vt Lunę tamen portio sit minima: omnes currere permittas, donec Cœlum ♄ penitus euanuerit: manebunt omnes illi Planetæ mortui, cum antiquis suis corruptibilibus corporibus, & aliud recens perfectum, & incorruptibile corpus induerunt.

Illud enim corpus eſt ſpiritus cœli, de quo rurſus illi Planetæ corpus & vitam accipiunt,& viuunt ſicut antea. Corpus hoc accipe de vita,& ex terra,quod ſerua: eſt enim Sol & Luna. En artem habes omnino manifeſtatam, & integram:ſi nondum intelligis eam, aut calles,bene eſt:quia ſic eſt, vulgarius non, quòd detecta maneat.

De calore Mercurij.

QVotquot ☿ humidæ frigidæq; naturæ fore,vel eſſe debere iudicāt, errore victi ſunt,quia non eſt niſi de ſua natura ſummè calidus,& humidus:cuius occaſione ſemper ac perpetuò in(aliàs influxu)vitaq; debet eſſe: nam ſi humidæ frigidæq; naturæ foret, aquæ congelatæ ſimilitudinem haberet, ſemperque durus & ſolidus exiſteret, igniſque calore primum,vt alia metalla ipſum liquefieri foret neceſſe, quo quidem nō indiget, cùm liquationem & fluxum habet ex proprio calore ſibi naturaliter inſito,qui tenet ipſum influxu perpetuo,viuumque facit,vt nec mori,nec coagula-

coagulari,vel congelari queat. Id maxi mè ſcitu dignum eſt, metallorum ſpiritus ſeptem,aut quotquot eorum mixta fuerint, ac ſimul in ignem veniunt, inter ſeſe pugnam agere,pręcipuè Mercurius, ſic vt quiſq; ſuas in alium vires atq; virtutes exerit vincendi,liquefaciẽdi,tranſmutandiq́ue deſiderio. Vnus alterius virtutem,vitam & formam deprædatur,aliamq́ue naturam & formã illi tribuit. Calore commouentur itaq; metallorum ſpiritus, aut vapores ad operandum in ſeſe mutuò,nec non trãſmutandum de vna virtute in aliã, quouſque ad perfectionem, & puritatem ventum ſit. At quidnam agendum foret cum Mercurio latius, vt humiditas & caliditas illi poſſet adimi,quarum loco maxima frigiditas introducta cõgelaret,conſolidaret,omninoq́ue mortificaret eum? Hoc fac quod ſequitur. R. purum Mercuriũ optimè cõcluſum, in loci coagulationis medio per 24. horas:id eſt per diem naturalem, ſic vt ſuprà ♄ ſit eleuatus in oppoſito quidem aſpectu ☾ media.Hoc autẽ à Mercurio cœleſtem ſuum calorẽ, & per calidita-

tem extrinſecam, frigiditatem intrinſecam ♄ & Lunę (qui ambo ſunt Planetę frigidæ naturæ) tribuit, ex qua, vel per quam Mercurius cōgelari, conſolidari & indurari cogitur.

Nota frigiditatem (qua Mercurius indiget in ſui conſolidatione, mortificationeq́;) ſenſu minimè perceptibilem extrinſeco, veluti niuis aut glaciei, ſed potius extrinſecùs calidum quid apparere. Non aliàs de calore Mercurij quo fluit iudicandum eſt, non fore caliditatem extrinſecùs perceptibilem, ad noſtrarum qualitatum ſimilitudinē, imo potius extrinſecùs tanquam frigiditas percipitur: vnde Sophiſtæ (gens inexpertè loquax) perperam aſſerunt, eum eſſe frigidæ, humidæq́ue naturæ, quò fit etiam, vt illum non alijs quàm calidis rebus coagulare ſtudeant, quibus tamen fluidiorem effici, quàm ſolidum eſſe cupiant, ſuo damno quàm lucro potius indies experiuntur.

Alchimia vera, quæ vnica tantùm arte, Lunā aut Solē ex quinque metallis imperfectis fabricare docet, aliud Receptum non admittit, præter illud, quod

ſic

ſic & verè loquitur. Solùm ex metallis, in metallis, per metalla, & cum metallis, perfecta metalla fiunt: nam in alijs rebus eſt Luna, & in alijs metallis eſt Sol.

Qua materia, quibus etiam inſtrumentis in Alchimia ſit opus.

NOn alijs opus eſt, quàm officina fuſoria, plenis aere follibus, tenaculis, malleis, lebetibus, teſtis, & cupellis ex faginis cineribus conſtructis Poſtmodum impone ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☾, & operẽntur in finem vſque ♄. Si metalla diu ſatis in terra ſepulta mãſerint, non ſolùm ærugine conſumuntur, verùmetiam perſeuerantia tranſmutantur in lapides naturales, quorum infinitus eſt numerus, at paucis arcanũ hoc eſt cognitum. Reperitur enim in terra gentiliũ vetus & lapidea moneta, ſuis imaginibus impreſſa, quæ prius metallica fuit, ſed per tranſmutationem à natura factam, in lapides verſa.

Alchimia quale ſit animal

NIhil aliud eſt Alchimia, quàm perceptibilis, induſtria tamen, excogitatus ſermo verus, quo genera metallorum ex vno in aliud trauſmutari docetur: ſecundum quem vnuſquiſque ſibi meliorem viam, & artem, pro ſuæ mentis captu (qui rem perpendit acutius: ita natam attingit) eligere poteſt, ac in ea veritatē inuenire. Syderum, & lapidum rationem habere maximam oportet: quia ſydus lapidum eſt omnium formationis ſpiritus. Eſt etiam ſyderum omnium cœleſtium ☉ & ☾ non niſi lapis vnus in ſeipſo, terrenuſque lapis à cœleſti prodijt lapide, per eundem ignem, eoſdem carbones, cineres, expulſiones eaſdem, & repurgationes, quibus lapis ille cœleſtis, clarus, & purus in ſplendore ſuo ſeparatus & reductus eſt. Totus autem globus terræ, nihil aliud eſt quàm abiectum quid, concretum, mixtum, corruptum, tritum, & iterum coagulatum, & partim in maſſam vnam lapideam opus liquefactū, quod in

in meditullio ſphæræ firmamenti, ſedem & quietem habet.

Notandum eſt vlterius, lapides illos precioſos, qui proprijs nominibus à lapidibus cœleſtibus, vel ſyderibus appellantur proximum perfectionis, puritatis, pulchritudinis, claritatis, virtutis, conſtantiæ contra ignem, & incorruptibilitatis habere locum, & cùm alijs lapidibus in terram eſſe defixos. Quapropter cum cœleſtibus lapidibus & ſyderibus maximam habent affinitatem, quòd eorum naturæ ſint, ab eiſque deriuentur. In fracto continente prius reperiuntur ab hominibus: vulgus tamen (cui de rebus falſum aſſerere proprium eſt) exiſtimat, ibidem vt inuenti ſunt, naſci, poſtmodum expoliri, circumferri, vendi, nec non pro maximis haberi diuitijs, ob eorum colores, formoſitatem, aliaſque virtutes: de quibus inferius breuis narratio ſequitur.

Smaragdus.

Eſt viridis, tranſparenſque lapis: prodeſt oculis & memoriæ, tuetur caſtita-

tem, quæ si penes eum infringatur, & ipse non integer manet.

Adamas

Crystallus niger adamas nomine, vel Euax à læticia, quam imprimere perhibetur gestantibus, est obscuræ transparentisque nigredinis, ferrei coloris, omnium durissimus: sanguine tamen hirci soluitur. corpus eius auellanę quantitatem vt plurimum non excedit.

Magnes

Ferreus est lapis, & ideò ferrum ad se trahit.

Margarita

Est vnio, non lapis, quia nascitur in cocleis marinis, albi coloris, quod in animantibus, hominibus, aut piscibus nascitur, non est lapideæ naturæ propriè, sed perfectum opus.

Hiacynthus

Flauus est lapis & transparens: est & flos eiusdem nominis, qui secundum fabulas Poetarum, homo fingitur.

Sapphyrus

Lapis est cœlestis coloris, & pulchri, cœlicæque naturæ.

Rubinus.

Splendet colore valde rubeo.

Carbunculus.

Solaris lapis lucet ex propria natura ſicut Sol.

Corallium.

Lapis eſt albus vel rubeus, non trāſparens, in mari naſcitur ex natura tempeſtatis & aeris in ligni formam, aut arbuti, ex aere dureſcit in lapidem, & igne minimè conſumptibilis.

Calcedonius.

Lapis eſt varijs coloribus mixtus, inter obſcuritatem & tranſparentiā tenens medium, mixtus etiam fluxibus nubium, coloris hepatici, lapidum pręcioſorum maximè ignobilis.

Topazius.

Lapis eſt noctu lucens.

Amethistus.

Purpurei, colorisq́; ſanguinei lapis eſt.

Chryſopaſsus.

Igneæ naturæ lapis.

Cristallus.

Eſt lapis albus, tranſparens, glaciei perſimilis coloris: conſtat ex igne & frigiditate.

FINIS.

AVREOLI THEOPHRASTI PARACELSI MANVALE,

SIVE

De lapide Philosophorum liber.

Ex Germanico in Latinum translatus.
Per
M. GEORG. FORBERgium Mysium, Philosophiæ ac Medicinæ studiosum.

Paracelsus ad Lectorem.



QVANDOQVIDEM Deus verum medicinalem spiritū per Machaonem, Podalirium, Apollinem, Hippocratem, &c. incepit operari, ita vt vera medicina quasi per nubes, in quibus non perspicuè agnosci potuit, splenderet, & in lucem prodiret, & aliqua ex parte hominibus patefieret: ex aduerso spiritui tenebrarum lumen naturæ prorsus op-

primere & extinguere non permisit, ne magnalia Dei, quæ in arcanis, quintis essẽtijs, magisterijs & elixiribus abscondita conquiescunt, incognita essent. Ideò Deus certa media ordinauit, vt porrò per spiritus bonos taliũ arcanorum & mysteriorum indagatio hominibus implantaretur, sicut & quidã homines quasi angelicas naturas ex cœlo, quod angelos nouit, acceperũt: eiusmodi homines potuerunt postea, vtpote perfecta intelligentia naturæ donati, naturã & ipsius quotidianum cursum altius, quàm alij homines inquirere, purum cum impuro conferre, hæc duo separare, purumq; adeò alterare, vt impossibile id quibusdam videretur. Quoniam vt naturales philosophi per conuenientia media naturę succurrere, & eam per artes ad perfectionẽ perducere sciunt: quare omnia imperfecta & diabolica opera ipsis, tanquam mandacium veritati & perfectioni cedere oportet: veritatem inquam loqui nos oportet, si ad finem felicẽ peruenire velimus: si autẽ eam apprehẽdere velimus, neminẽ pudeat eam quęrere vbicunq; locorũ sit.

Deus semper excitauit aliquos veros medicos et physicos.

Nemo igitur mihi hoc in malam partem accipiet, quod & ipſemet eam amaui & inquiſiui: nam me eam ſequi oportuit, non enim me ipſa quæſiuiſſet: qui enim alienam ciuitatem videre vult, illi non eſt domi in culcitra reſidendum, non ſunt illi poſt fornacem pira aſſanda, ibiq; doctorem fieri non decet: nullus inſignis coſmographus fiet ad menſam, nullus chiromanticus in cœnaculo, nullus Geomanticus in cella, ita neque veram medicinam ſine multiplici indagatione nanciſci poſſumus. Deus facit verum medicum, ſed non ſine moleſtia, ſicut dicit: Labores manuum tuarum manducabis, & benè tibi erit. Cùm igitur videre præcedat veritatem, & quæ viſus percepit, ea cor exhilarent vel terreant, non mihi labor erit, neq; infamia, peregrinari & hominibus adhærere eiuſmodi, quales quidam fatui contemnunt, vt ſcilicet explorem, quídnam in limbo terræ lateat, & veri medici officium impleam, vt medicina iuxta Dei ordinationem ad vtilitatem proximi exhibeatur, ne plus damni afferat, quàm vtilitatis, quod

Labore & peregrinatione veritas arcanorum naturalium acquiritur.

quod quidem homo ociosus non faciet. Sedeat igitur in culcitra qui velit, me delectat mea peregrinatio, & ea, quæ Deus & tempus indagare & videre me permittunt: propter candidos autem lectores, qui discere cupiunt, & lumen naturæ amant, hunc libellum scripsi, vt fundamentū meæ veræ medicinæ norint, & cacomedicorum nugas omittant, atque aliqua ex parte meas rationes contra eos defendere possint. Spero autem quòd pro fabulis ista habebuntur: nam illi egregij socij anteà bene norunt, doctor asininus iam antè habet in sacculo, sed non facilè attinget: oportet enim bonum esse Alchimistam, qui hunc libellum intelligere velit, cui carbones non noceant, quemque quotidianus fumus non defatiget. Placeat igitur cuicunque velit, ego neminem cogam: hoc tamen dico, non absque fructu res cedet, quantumcunque me mei aduersarij Pseudomedici culpent & accusent. *Hoc opus contemptū iri.*

INCIPIT LIBER
De Lapide philosophorum.



VT lapis Philosophorū per Vulcanum fabrefiat, quē balsamum perpetuum vel perfectum, ob sustinentes causas appellamus: primò sciendum est & cogitādum, quomodo ille lapis materialiter ob oculos ponatur, & visibilis ac sensibilis fiat: similiter quomodo ignis eius prodeat & cognoscatur. Vt igitur clarius proponatur exemplum communis ignis accipiemus, quomodo scilicet ipsius vis se ostendat & visibilis fiat, quod hoc modo fit: Primò omnium per Vulcanum ignis ex silice excutiatur, qui quidem ignis nihil efficere potest, nisi habeat sibi amicam materiam, in qua laborare possit, qualis est lignum, resina, oleum, vel aliud simile, quod ex natura sua facilè ardet: quando igitur dictus ignis in tale aliquid venit, pergit operari incessanter, nisi suo contrario destruatur vel impediatur, aut nisi deficiat materia, in qua se multiplicare possit: nam si lignum,

Lapis similis igni

gnum, & ſimilia apponantur, vis eius ſemper fit fortior, atque ita ſemper operatur, donec nihil amplius apponatur. Sicut verò in ligno ignis operationem ſuam exercet & oſtendit, ita & fit cum lapide philoſophorum vel balſamo perpetuo in corpore humano: ſi lapis ille ex materia conuenienti, & philoſophica ratione à prudenti medico fiat, & conſideratis ſatis omnibus circunſtantijs hominis, ipſi exhibeatur: tunc enim renouat & inſtaurat orgagana vitæ, perinde ac ſi igni apponantur ligna, quæ penè emortuum ignem refocillant, & cauſa ſunt ſplendentis & claræ flammæ.

In materia lapidis plurimum ſitum: deinceps in præparatione et administratione iuſta.

Ex his iam liquet, quod in materia huius balſami multum ſitum ſit, quandoquidem eam ſingularem harmoniã ad corpus hominis habere oportet, quæque ita ſuam vim exerceat, vt corpus humanum ab omnibus accidentibus, quę à tali materia ei obuenire poſſent, tutum ſit. Quare non ſolùm in præparatione lapidis vel balſami multum ſitum eſt, ſed multò magis refert, vt ante omnia ipſa vera materia ad e-

Materia lapidis debet eſſe conueniẽs corpori humano.

cum apta cognoſcatur: & dein vt decet, præparetur, & præterea ſobriè & prudenter vſurpetur, vt talis medicina omnes ſordes ſanguinis, & alias ſuperfluitates purgare valeat, & vt loco morbi ſanitatem inducat.

Medicorũ et apothecariorum noſtri temporis imperitia.

Idcircò verum & probum medicum decet bonam ſcientiam habere, & non reſpicere ambitionem & pompam, neque ordinare dubia vel contraria, neque apothecario nimium fidere, ſed & morbum & ægrotum bene cognitum habere, aliàs perpetuò ſiniſtrè medicabimini: vnde nihil conſequitur, niſi quòd ægrotus decipitur & fraudatur ſolummodò per ſuperbiam & inſcitiam inepti medici putatiui. Illud verò eſt magnum peccatum, quodque impunitum non manebit: quid enim aliud eſt, quàm ſcelus voluntarium, cùm ſcilicet aliquis ſuper hoc quod nihil ſcit, adhuc pecuniam & præmium petit, & dominus eſſe vult, quod quidem ſatis infame eſt: quoniam multi vilipenderent pecuniam, modò ipſis rectè conſuleretur: quando autem hoc non fit, & corpus & fortunas ſuas perdunt,

dunt, nihilominus pecunias postulare laudi ducitur, hoc credat qui velit, ego alio modo formarem sua insignia tali doctori. Manifestum enim est, quando illorum medicorum, qui maximè docti sibi videntur, decem sunt congregati, quòd raró vnus simplicia norit, multò minus certus erit, quid fieri iusserit, & quomodo ab apothecario medicina coquatur: ita sæpe accidit, vt doctor talis simplex aliquod in apotheca sumi iubeat, quod ipse non nouit: apothecarius autem multò minus, imò sępè prorsus non habet. Attamen hæc medicina perfecta vocatur, & ægroto pro bona propinatur, & quidem satis carè: qualem autem exitum sortiatur, hoc sentit ægrotus, quamuis enim ipsi non prosit ad sanitatem: prodest tamen doctori & apothecario in sua bursa, & si doctor vel apothecarius simili morbo laborarent, simile remedium non acciperent. Quare æstimari potest, quàm miserè & malè agatur, quodque summè necessarium esset, aliter rem aggredi, & errores emendare, melioraque sequi, sed vereor vetulos ca-

nes difficulter posse domari.

Materia lapidis & eius operatio à veteribus satis detecta.

Sed vt ad propositum redeam (vnde me iustus zelus ob miseros & desertos ægrotos abstraxit) & ei satisfaciã, dico, non consultum esse, vt de lapide philosophorum tantùm fabulemur vel gloriemur, sed necessitas postulat, vt ex conuenienti materia formetur iste lapis, pręparetur & prudenter vsurpetur. Scias autẽ quòd multi veterum in suis parabolicis scriptis istam materiã satis indicauerint, quin & figuratis verbis operationẽ detexerint, sed non prorsus patefecerint, ne homines insulsi ea abuti possent, & tamen filios ipsorum res non lateret. Cùm verò pauci eos secuti, & rem aptè aggressi sint, hæc processu temporis obliterata sunt, & in eorũ locũ Galenicæ fabulę irrepserunt: quale autem est fundamentum earum, ita etiam consistunt, imò res quotidie deterior fit, hoc vides in ipsorũ herbarijs, quomodo se cruciẽt in illis, & quomodo Italiam Germani misceant, cùm tamen Germania ipsorum vltramarinis herbis non indigeat, & satis perfectæ medicinæ in Germania sit. Ne igitur

Nugæ Galenicæ medicinam lapidis obscurarũt, quã Theophrastus restituit.

veritas cogatur cedere mendacio, néue tenebræ Galeni cum suis complicibus lumen naturæ in medicina extinguant vel supprimant, me Theophrastum in hoc libello loqui decet, non vt putatiuum medicum, sed vt scientem, quemq́; non pudeat suarum actionum in medicina, quiq́; adiuuante Dei gratia, in multis ęgrotis re ipsa hoc probauerit, quos tu Galenista non ausus fuisses inspicere. Dic mihi iam tu Galenice doctor, vnde fluit tuum fundamentum: quare culo equi frenum applicas? Anne vnquam curasti podagram? ánne vnquam ausus es aggredi lepram? curastíne hydropem? Meritò credo tacebis, & Theophrastum magistrũ tuum esse sines. Si verò vis discere, disce, & vide quid hîc scribam, & dicam, nempe quòd corpus humanũ plaustro tuo herbario nõ opus habeat, præsertim in chronicis seu diuturnis morbis, quos ex inscitia prorsus incurabiles vocas: herbæ enim tuæ sunt nimis infirmæ ad hos morbos, & ex sua natura centrum morbi inuenire nequeunt.

Curæ Theophrasti.

Lapis in morbis diuturnis prodest.

Sed neque pilulis tuis aliquid efficies,

nisi quòd sola excrementa purgabis, quin & propter inconuenientiam sæpè bonum cum malo expelles, quod absque ægrotorum insigni damno fieri non potest: quare meritò istæ pilulæ omittendæ erunt. Porrò neque syrupi tui aliquid prosunt, imò adeò nihili sunt, vt nauseam sumpturo afferre possint, ob tetrum & fastidiosum saporem, quo ægrum grauant, & postea in tormina & pericula inducunt, & contra naturam operantur. Sed reliqua tua absurda & inepta medicamina nũc relinquo, cùm è directo cum natura pugnent, neque vllo modo vsurpari debeant. Cùm igitur ea, quæ dixi, vera sint, neque vlla vera medicina in Galeno, Rasi, vel Mesue inueniri possit, quæ dictos morbos in radice aggrediatur, & expurget, sicut ignis maculatam cutem salamandræ mundificat, necessariò sequitur, longè aliam esse curam Theophrasti, quàm phantasias Galenicas, quodque ea manet ex fonte naturæ, aliàs Theophrastus staret sicut alij.

Si igitur naturam sequi volumus, &

naturali medicina vti, videamus, quæ nam res inter omnes in medicina corpori humano ſint conuenientiſſimæ, ad illud in ſanitate vſque ad terminum prædeſtinatæ mortis, virtutis & efficaciæ ratione conſeruandum. Quòd ſi cogitabitur, non dubito quin fatendum ſit omnibus, res metallicas maximam conuenientiam cum corpore humano habere, quodque perfecta metalla ſuæ perfectionis ratione, & præcipuè ipſorum humor radicalis, multum in corpore humano poſſint efficere. nam eius ſalis, ſulphuris & ☿, quæ in metallis & rebus metallicis aliqua ex parte, quanquam abſcondita, conquieſcunt, eorum homo etiam eſt particeps: ita iam ſimile ſimili applicatur, quod ſummopere prodeſt naturæ, ſi dextrè id fiat, quod magnum ſecretum eſt in medicina, imò arcanum appellari poteſt. Quid igitur mirum, ſi præſtantes, & inauditæ ac inſperatæ curæ ſequantur, quas ignari impoſſibiles credebant? Sed ne longius digrediar, breuitatis gratia hîc annotare cogor, quid in hoc libello conſtituerim ſcribere:

Metalla maximè conueniunt homini, ideo ſunt lapidis materia, et quidē ea, quæ perfecta ſunt.

aliquantò enim clarius hîc, quàm alibi veram medicinam tractare in animo habeo. Prius autem dicendum e-erat, quomodo homo ex ſulphure, mercurio & ſale ſicut metalla originem ſuã duceret: cùm verò id in Paramiro ſatis indicauerim, non eſt neceſſariũ hîc repetere: quare tantummodò indicabo, quomodo prędictus lapis philoſophorum cognoſcatur, & aliquo modo pręparetur. Scias igitur pro certo, nihil adeò paruum eſſe, ex quo aliquid fieri debet, quod abſq; forma ſtare poſſit: omnia enim formantur, generantur, multiplicantur & deſtruuntur in ſua concordantia, monſtrantq; ſuam originẽ, vt percipi poſſit, quid in principio fuerit, quod illud & in vltima materia ſit, quodque intercurrit imperfectioni ſimile eſt, quam natura in generatione admiſcet. Cùm verò talia accidentia per Vulcanũ ſeparari poſſint, ne quid agãt, natura in hoc caſu corrigi poteſt, atq; hoc fit quoq; in hoc lapide: nam ſi eum ex iuſta ſua materia, quam ex indicatis circumſtantijs bene nouiſſe potes, conficere vis, ſuperfluitates ei ſuas

te adimere oportet: & ſicut aliam rem in ſua concordantia formare, multiplicare & augmentare, quod ſine ipſius concordantia fieri non poteſt. Nam hîc eum natura imperfectum reliquit, cùm non lapidem, ſed ſuam materiam formarit, quæ per accidentia impeditur, ne facere poſſit, quòd lapis poſt præparationẽ facere poteſt, eſtq; talis materia reſpectu lapidis ſine præparatione res dimidia & imperfecta, quę in nulla ſtat concordantia, vt perfecta appellari poſſit, vel corpori humano ad ſanitatem proſit. Huius rei exemplum habes in microcoſmo: intuere virum, qui per mechanicum tantum in virum formatus eſt: non eſt igitur integrum & perfectum opus, cùm non ſtet in ſua concordantia, ſed tandiu eſt dimidium, donec fœmina ipſi ſimilis formetur, tunc opus eſt integrũ: vterque autem terra eſt, & hæ duæ terræ faciunt denique hominem integrum, qui ſe augmentare poteſt, & creſcere, atque hoc efficit formata concordantia. Quare lapis Philoſophorum, qui hominem non minus,

Materia lapidis purganda à ſuperfluitatibus et formanda cũ compare ſuo.

quàm metalla renouare debet, si suis superfluis accidentibus exoneretur, & in suam concordantiam collocetur, mira facit in omnibus morbis, ni hoc fiat, omnia sunt vana quæcunque cum eo tentantur. Si autem eum in suam concordantiam ponere velis, in primã materiam eum reducas oportet, vt masculus in fœminam agere possit, ipsiusque exterior pars interius: interior verò exterius vertatur, vtque ambo semina virile & fœmineum in suam concordantiam concludantur, & mediante Vulcano ad plus, quàm perfectionem deducantur, in graduque exaltentur, omnesque virtutes tanquam qualificatum, temperatum & clarificatum esse, à se in corpus humanum, & in metalla infundant, illudque sanum reddant, sordes per viam expulsionis expellent: bonum autem in sanguine humano, per viam attractionis ad debita loca trahant, vt microcosmus, qui in limbo terræ positus est, & ex terra formatus est, hac medicina tanquam sibi simili, radicaliter & non putatiuè, sed certissimè ad sanitatem perducatur,

Materia lapidis reducèda in ☿ & cum fœmina sua coniungenda, ita duo semina illa calorem suum commiscebunt.

tur, vel in ea conſeruetur. Atq; hoc eſt myſterium naturæ, & tale ſecretum, vt quilibet medicus id neceſſariò ſcire debeat, quodq́; quilibet comprehendere poteſt, qui ex aſtrali medicina natus eſt. Sed vt clarius deſcribam materiam & præparationem tam præſtantis medicinæ, vt filij doctrinæ, qui veritatem amant, initium habeant. Scitote, naturam dediſſe rem quandam, in qua tanquam in arca myſterialiter concluſa ſunt 2. 3. 4. quorum virtus & vis ad conſeruationem ſanitatis microcoſmi ſat ſuperq́; ſufficit, adeò vt ea poſt præparationem omnes imperfectiones expellat, eſtq́; verum defenſiuum ſenectutis, quod nos balſamum nominamus.

Lapis faciendus iuxta curſum aſtrorum.

Alij 1. 2. 3.

Aenigma de lapidis materia.

In quam rem autē natura talem numerū poſuerit, anteà ſcire debes: nam tibi multis de cauſis clarius ſcribere nequeo: quomodo autem præparetur, Galenus, Raſis & Meſue neſciuerunt, & ab ipſorum ſequacibus id non attingetur: habet enim hæc medicina talem præparationem, qualem pillulæpolæ non attingunt, minusq́;, quàm Heluetica vacca intelligent. Præterea quaſi

cœleſtes & ſingulares operationes ha-
bet: purificat enim & renouat quaſi re-
generãdo, vt in meis Archidoxis latius
legere potes, ſimulq́; metallorũ & rerũ
metallicarũ originẽ & eſſentiã, vnà cũ
ſua virtute bene animaduerte. Qui iam
aures habet audiẽdi audiat, & videat, an
Theophraſtus de mendacijs, vel veri-
tate ſcribat, & an ex inani olla, & ex dæ-
mone loquatur, ſicut tu Sophiſta dicis,
qui ipſe à Diabolo, mendacio & tene-
bris es circũdatus, nihilq́; bonũ vocas,
niſi ſit tuo ſtulto capiti comprehẽſibi-
le, & ad tuũ iuſculum faciat, abſq; præ-
cedenti labore. Tu enim monocule, er-
rabũdus vagaris, nec culinæ feneſtram
rectà petis: liceat tibi tamen tuum in-
tricatum funem reuoluere, & cẽtrum
labyrinthi apud tenebroſam ſtellam
quærere, nihil me hoc offendet: ſi ta-
men aliquando vtereris tua prudentia,
& inſpiceres, qua in re Theophraſti ars
fundata eſſet, & quomodo tui cento-
nes manci eſſent, non adeò tibi contra-
rius eſſet Theophraſtus. Quæ enim
iam breuiter ſcribo & ſcribam, vt ea a-
ſtrales diſcipuli percipere valeant, ijsq́;
frui,

frui, & de ijs gloriari, hæc alterius diligentia, quem non pudet discere, etiam bene intelligi possunt, cùm nihil sit tam difficile, quin labore & studio intelligi & disci possit.

Lapis diligentia acquiri potest ab astralibus discipulis.

Sequitur initium praxeos.

ACcipe Electri mineralis limati, pone in sperma suum, vt sordes & superfluitates abluãtur, & purga ad summum quantum potes per stibium more Alchymistico, ne à sua nequitia aliquid damni patiaris.

Alij: Recip. electrũ minerale immaturũ, pone in suã sphæram.

Postea resolue in stomacho struthionis, qui in terra nascitur, perq; aquilæ acredinem in sua virtute confortatur.

Quando autem electrum consumptum est, & colorem calendulæ assumpsit post solutionẽ, non obliuisceris illud in spiritualẽ pellucidam essentiam redigere, quæ vero succino similis est.

Deinceps adde dimidium tantum, quantũ corporale electrũ ante præparationẽ pendit de aquila extensa, & abstrahe ab eo stomachum struthionis sæpius, ita electrũ semper fit spiritualius.

Quando autẽ stomachus struthio-

nis labore defatigatus est, necesse est eum recreare & semper abstrahere: deniq; quando iterũ acredinem amittit, adde quintã essentiam tartarizatã, ita tamen, vt altitudine quatuor digitorũ sua rubedine sit spoliatus, eaq́; simul transcendat: hoc tandiu fac & toties, donec per se albescat.

Quando iam satis habet (nam videbis oculis tuis, quomodo pedetentim se ad sublimationẽ accommodet) & tu illud signũ habes, sublima: ita electrum in albedinem exaltatæ aquilæ cõuertitur, & paruo labore eò transfertur & transmutatur: atq; hoc quęrimus nos, vt eo vtamur ad nostram medicinam. Cùm hoc in multis morbis tutò procedere potes, qui vulgari medicina nos tentari volunt.

Poteris etiã in aquam & oleum, & in vitreum puluerẽ conuertere, & ad omnia ea vti, ad quę eo in medicina eges.

Dico tibi autem in veritate, nullum melius fundamentũ esse medicinæ totius, quàm in electro latet: quanquam non nego, imò in alijs meis libris scribo, in alijs mineralibus rebus etiã magna

gna ſecreta latere, ſed lõgiori labori & maiori obnoxia, quęq; non facilè rectè vſurpãtur, præſertim ab imperitis, quorũ ſi quis ijs vtatur, plus damni, quàm vtilitatis affert. His de cauſis nõ eſt laudabile, quòd quilibet Alchymiſta artẽ medicam exercere vult, cùm tamen eius non ſit gnarus, debebat mediũ aliquod hîc inueniri, quò talibus putatiuis medicis inhibitio fieret; ego enim iſtorũ culpam non feram, nec eos pro diſcipulis agnoſcã, cùm non ſectentur veritatem, ſed habebo eos pro deceptoribus notis & pigris erronibus, qui veris diſcipulis panem ab ore rapiunt, & hominibus ex propoſito nocent, & neq; conſcientiam neq; artẽ magnifaciunt. Sed in noſtro dicto electro præparato tanta virtus latet homines curandi, vt certior & præſtãtior medicina in toto mundo nõ poſſit reperiri. Galenici quidem doctores theriacopolę eam venenum appellant & oppugnant, non ex peritia, ſed ex ſuperbia & mera ſtultitia. Quin & concedo quòd in præparatione venenũ ſit, & quidem tantũ vel maius, quàm eſt ſerpentis tyri, qui theria-

Medicamenta Theophrasti peritis tantũ vtilia

Lapis eſt venenum, ſed quod tantũ ſui ſimile vincit.

cam ingreditur,sed quòd post preparationem venenũ maneat, hoc nondum est demonstratum: nam natura(quamuis quibusdã bubalis capitibus satis incomprehensibile sit) semper inclinata est ad sui perfectionẽ: multò magis igitur per artes cõuenientes ad perfectionem deduci poterit. Et quod maius est, concedo adhuc post preparationẽ esse venenũ, & quidem vehemẽtius, quàm anteà: tale tamen quòd tantùm eò sit directũ, vt sui simile quærat, fixos & alios incurabiles morbos perscrutetur & expellat, non vt morbũ sinat operari & nocere, sed vt tanquã hostis morbi sibi similem materiã ad se trahat, & eã radicitùs absumat, & eluat sicut sapo maculas ex impuro panno, cum quibus & ipse sapo recedit, & pannũ purificatum, illæsum, mundũ & pulchrum post se relinquit. Quare hoc venenũ, vt tu dicis, longè aliam & meliorẽ efficaciam habet, quàm tua axungia, qua soles in cura morbi Gallici vti, vngens sepius quàm sutor vngit corium: hoc enim arcanum, quod in hoc medicamento latet, habet in se bene proportionatam,

tionatam, bene præparatam & prȩſtan tem eſſentiam, quæ nullo veneno com parari poteſt, niſi quis ita intelligeret, vt ipſemet dixi, tantumq́; diſtat à tuo argẽto viuo, quo vngere ſoles, & à præcipitato tuo, in virtute & efficacia, quã-tum cœlum à terra: quare vocatur, & eſt medicina benedicta à Deo, quȩ non omnibus eſt reuelata: eſt enim melius correcta, quàm illa ſtercorea medicamina, quȩ doctor lentè incedens in ſua toga habuit, aut per duplicẽ ſuam vittã vel cucullũ ſtulti filtrauit. Quin & triplo maiorem vim & virtutẽ hæc benedicta medicina habet, in omnibus morbis, quomodocunq; vocentur, operandi, quàm omnes tuȩ apothecȩ, quas vnquam vidiſti. Hoc autẽ non per ocium, ſedendo, & pigritiã nactus ſum, neq; in vrinali inueni, ſed peregrinãdo, & vt tu dicis, vagando, & multa diligentia & labore me diſcere id oportuit, vt ſcirẽ, & non opinarer. Tu verò tuam medicinã exugis ex culcitra veteri, & ex puluino, in quo ſedit vetula nigromantica, quæ tuum cœleſtẽ intellectum ad medicinã cȩruleo pileo obduxit, tibiq́; inſpirauit.

Peregrinandum.

Quare me meorum itinerum minimè pigebit, tuusq́; magiſter ego manebo, & Machaonicis veſtigijs inſiſtam, quæquidem ex luce naturæ procedunt, ſicut flos à calore Solis. Sed vt meum propoſitum opus non diſtrahatur & imperfectum maneat: porrò obſerua quomodo agendum ſit, & qualem vim & proprietatem natura philoſophico lapidi vel medicinę dederit, & quomodo ad finem perducatur.

Sequitur reliquum præparationis.

DEſtructo tuo Electro, vt dictũ eſt, ſi vlterius procedere velis, vt ad optatum finẽ peruenias, accipe deſtructum & fugax factũ electrum, quantũ vis ad perfectionem perducere, & impone ouo philoſophico, & optimè ſigilla, ne quid euaporet, ſtet tandiu in athanar, donec ſine vlla additione per ſe deſuper reſolui incipit, ita vt in medio iſto mari inſula conſpiciatur, quæ quotidiè decreſcat, & ad extremum in atramentum ſutorium mutetur: hoc atramentũ eſt auis, quæ noctu volat ſine alis, quã & primus eos cœleſtis perpetua coctione

Fixatio lapidis in ouo philoſophico & athanar.

Nigredo iris, albedo, rubedo.

coctione & aſcenſione & deſcenſione in nigredinẽ capitis coruini tranſmutauit, quę caudam pauonis aſſumit, & deinceps pennas cygni acquirit, & poſtremò ſummã rubedinem totius mundi accipit, quæ ſignum eſt igneę eius naturæ, per quem ignem omnia accidentia corporis expellit, & frigida, emortuaq; membra refocillat. Talis præparatio iuxta ſententiã omnium philoſorũ fit in vnico vaſe, in vnica fornace, in vnico igne, nõ ceſſante vaporoſo igni.

Ita iſta medicina eſt quaſi cœleſtis & perfecta, aut ſaltẽ poteſt pluſquamperfecta luna fieri, per propriã carnem & ſanguinem, & per interiorem exterius verſum & productum ignem, vt modò dictũ eſt, per quẽ & omnes ſordes metallorum abluuntur, & per quem occulta metallorũ manifeſtantur. Nam iſta pluſquamperfecta medicina omnia poteſt, omnia penetrat, & infundit ſanitatẽ illo ipſo tempore, quando morbum & malũ expellit: quare nulla ipſi medicina in terris eſt ſimilis. In hoc igitur exerce te, & eſto ſtrenuus: hoc enim tibi laudẽ & gloriam pariet, & non

Lapis trãſmutat metalla & ſanat corpora humana

eius putatiuus medicus, sed sciẽs, quin & proximum tuum amare cogeris: tale enim diuinum arcanum nemo absque auxilio diuino percipere & intelligere potest, sicut & virtus eius ineffabilis est & infinita, in qua Deus omnipotens cognoscitur.

Lapis non nisi à Deo datur.

Scias autem quòd nulla solutio fiat in tuo electro, nisi circulum septẽ sphærarum perfectè ter percurrerit: hic enim numerus decet illud, quẽ & complere debet. Quare attende præparationi, quæ causa est solutionis, & ad glorificatum, destructum & spirituale factum electrum vtere arcano tartarizato, ad eluendas superfluitates, quæ in præparatione accesserunt, ne frustrà labores: attamen de arcano tartari nihil ibi remanebit, sed tantummodò circulariter cum eo iuxta dictum numerum proceditur. Ita facilè per se in philosophico ouo & vapore ignis fiet aqua philosophica, quam philosophi aquam viscosam appellãt, seipsam quoque coagulabit, & omnibus coloribus repræsentabit, ita vt postremò summa rubedine ornetur. Plura de hoc mysterio

Cautelæ quædam in præparatione.

ſterio ſcribere eſt mihi prohibitum, & diuinæ potentiæ mandatum: eſt enim hæc ars certiſſimè Dei donum: quapropter eam non omnes intelligere poſſunt: igitur Deus eam dat cui vult, nec ſibi per vim extorquere ſinit, ſed ſolus vult in hoc honorem habere, cuius nomen ſit benedictũ in ęternum. Amen.

Sequitur vſus lapidis.

PORrò etiam opus eſt, vt de vſu huius medicinę, eiusq; pondere ſcribam: ſcias igitur Doſin huius medicinę tam paruam & leuem eſſe, vt vix ſit credibile: quodq; tantùm in vino vel ſimilibus accipi debeat: attamen in omnium minima quãtitate, ob cœleſtem ſuam vim, virtutem & efficaciam. Nam tantùm propterea homini manifeſtatur, ne quid imperfecti in natura maneat, atque ita à Deo prouiſum, & prædeſtinatum eſt, vt ipſius virtus & arcanum per artem producatur, quò homini, vtpote imagini Dei, omnes creaturæ prodeſſe cogantur, & ante omnia Dei omnipotentia cognoſcatur. Qui igitur intellectum à Deo habet, illi

Doſis.

dabitur hęc medicina:rudis autem Ga-
Galenici non videbunt præ cæcitate. lenicus peanus non comprehendere poterit,imò tantùm nauſeabundus ab ea abhorrebit: omnia enim opera eius ſunt tenebræ,cùm hoc opus in luce naturę operetur & agat.Atq; ita iam breuibus & veris verbis habes radicem omnis veræ medicinæ & originē, quam nemo mihi eripiet,etiamſi Raſis cum tota ſua turpi progenie rabioſus fiat: Galenus verū fel fiat:Auicenna ex dentibus doleat:Meſue breuiter longè vel latè metiatur,nimis altum erit iſtis omnibus,& Theophraſtus ſtabit in veritate: econtrà vnguentariorum opera manca & lituræ medicorum & apothecariorū cum ſua pompa & fundamento peſſum ibunt.

Adhuc vnū me dicere oportet,quandoquidem multis meum hoc ſcriptū obſcurum videbitur,dices, mi Theophraſte, nimis breuiter mihi loqueris
Quare tā breuiter et tectè ſcripſerit. & intricatè:noui tuos ſermones,quàm tectè tuas res & arcana indices: quare hoc ſcriptū mihi nihil proderit. ad hoc reſpondeo, perlas non deberi ſuibus, neq; caudam longam capræ: natura e-
nim

natura enim dare noluit: quare dico, cui Deus donarit, is ſufficienter & ſuperfluè inueniet, plus quàm voluit. Ego ſcribo hæc pro initio, ſequere cũ prudentia, nec fuge ſtudium & laborem vel carbones, ne te ſeducat vel impediat pompa blateronũ, nec te auertat diligentia, quæ requiritur: nam perpetuis meditationibus multa inueniuntur, nec id fit ſine fructu. Quare boni conſule, quod nunc do, & vtere fonte, ita non opus tibi erit ex lacuna pillulopolarum bibere, nec cum veſpilionibus tibi res erit, ſed proximo tuo bene inſeruire poteris, Deoq; laudem & honorem parere: magiſter ſtercoris leporini maneat is, qui eſt: apud ipſum neque auxilium neque conſilium eſt. Hæc breuiter nunc in hoc libello meo De lapide Philoſophorum ponere volui, ne exiſtimẽt homines, Theophraſtum curis diabolicis multos morbos curare: ſi rectè me ſequeris, idem facies, tuaq; medicina ſimilis erit aeri, qui omnia patentia pertrãſit & penetrat, & in omnibus rebus eſt, omnes fixos morbos pellit, ſeq; radicaliter immiſcet, vt

Diligentia opus & meditatione.

loco morbi ſanitas ſequatur. Ex hoc enim fōte ſcatet VERVM AVRVM POTABILE, nec melius reperiri poteſt. Hæc tibi pro fideli admonitione accipe, nec Theophraſtum prius annihila, quàm noris quis ſit. Nihil autem aliud in hoc libello ponere volui, etiamſi opus eſſet de auro potabili & liquore Solis aliquid dicere & philoſophari, ſed ea hîc volui annotare, quæ quidem ſi rectè præparentur, in virtutibus ſuis non ſunt cōtemnenda: quoniam autem alij libri mei multa de his ſecretis tractant, & ſatis declarant, quid verus medicus ſcire debeat, ita rem quieſcere ſinam, ſperans, hunc libellum nòn prorſus abſque omni fructu futurum, imò FILIIS DOCTRINAE ſatis conſultum fore. Deus det gratiam ſuam, ad gloriam & honorem ſuum.

Verum ☉ potabile.

AMEN.

Soli Deo gloria .˙.

Finis libri de Lapide philoſophorum Theophraſti Paracelſi.

A V-

AVREOLI THEOPHRASTI PARACELSI LIBER

DE COMPOSITIONE metallorum.

SI quiſquam neget Compoſitioni Metallorum magnã efficaciam ineſſe quo ad res ſupernaturales attinet, reſpondebimus illi, & quidem multis rationibus adductis, vt pòſt fiet, & ita ſententiæ noſtræ rationem probabimus, vt facilè illis ſit ſubſcripturus. Nam ſi iuſto & debito ordine metalla ſeptem compoſita, ſimulque in igne commixta & vnita fuerint, in vno certè corpore omnes in ſeptem metallorum virtutes coniunctas & copulatas es habiturus. Hoc electrum appellare viſum eſt: huius prætereà efficaciæ, vires & operationes longè plures ſe oſtendunt, & quidem ſupernatu-

raliter, quàm quòd in metallis rudibus à natura insitæ & attributæ latent. Solidis enim & rudibus metallis illæ solùm virtutes insunt, quibus Deus & natura, naturaliter illa donauit. Aurum quidem vnum omnium nobilissimum, preciosissimum & primarium metallum, si consideremus: lepram in homine cum omnibus suis speciebus tolli posse non negabimus. Neque cupro & Mercurio exteriora vlcera & vulnera curari ignoramus. Sunt etiam reliquis metallis suæ virtutes non contemnendæ, quas vbi de Vita metallorum egerimus, cùm audituri sitis, in præsentia omittemus. Non autem metallorum in medicina citra noxam alvsus est, nisi prius comminuantur, alterentur, & metallica natura deposita in aliam essentiam transmutentur. Paruum etiam ex ijs effectum speres, si non præparatio, quam Alchimia docet, applicationem præcesserit, id est, si non antè in sua arcana, Olea, Balsama, Quintas essentias, Tincturas, Calcem, Salia, Crocos, & his similia redegeris, & ægroto administraueris. Insuper metallorum

tallorum vis aut operatio ſupernaturalis,etſi geſtentur, nulla erit,niſi prius noſtro (quem docebimus) modo præpararis. Volumus autem Electrum noſtrum, quod magna & mirabilia præſtare poſſit, vt in praxi patebit, eſſe compoſitum. Cuius laudes eximias ſilentio ſi præterire vellemus, iniuriam illi fecere videremur. Cùm autem operatio eius & vis maxima ſit multò maior,quàm credi poſſit,elogia virtutum & efficaciæ eius ordiri neceſſe eſſe iudicamus. Rudium quidem & ſolidorum metallorum hoc loco mentionem differemus, cum Electro noſtro nullo modo ſe conferri & comparari patiantur. ex quo ſi inſtrumentum aliquod, cuius in cibo aut potu ſit vſus, confectum habeat,diligentérque attendat, non erit quòd venena aut toxica illis inijci, imponi, aut in ijs ſeruari poſſe arbitretur, cùm in Electro noſtro tanta ſit ſympathia erga hominem, vi, efficacia & influentia Planetarum & Olympi ſyderum, vt præ commiſeratione ac veluti anguſtijs ſudore & macularum proiectio-

ne ſimul ac manu comprehenditur, venena prodat. Eam ob cauſam maiores noſtri pocula, patinas, aliaque vtenſilia ex hoc parata habebant. Noſtro enim adhuc æuo monilia plurima & ornamenta, vt annulos, armillas, nummos egregios, Sigillum, Imagines, Figuras, Campanas, Siclo monetam, & alia etiam ex hac materia parata, quæ in terra reconderant. conſtát aliquando inuenta & effoſſa fuiſſe, illa cùm reperirentur nulli aut pauci valde cognorunt. Factum itaque hominum errore & ignorantia, vt huiuſmodi res deaurauerint aut argento tinxerint. Turpis certè ſeculi noſtri, hominumque ignauorum ſocors torpedo, quæ hæc minus quàm nihil curat aut facit. Noluit autem Deus tale naturæ myſterium, & tantum magnale ſuum diutius in occulto latere, ſed quòd longo iam tempore Sophiſtarum plus quàm Cimmeriјs tenebris & caligine, quod obrutum & ſepultum erat iam in vltima mundi ætate, in lùcem rurſus proferre & prodíre. Omnes autem iam Electri noſtri virtutes

tutes persequi & expedire, non est animus. Nam scopticum Sophistarum ingenium calumniaretur: turba autem stupidorum hominum, ijs offenderetur, ab idiotis autem & ignorantibus risu exciperetur & sannis: impia autem caterua ne abuteretur, nobis esset etiam atq; etiam fortassis timendum. Sed ne tale quippiam expectare aut sperare possimus, silentio eas præterire & præuenire tutissimum erit. Non tamen Electri nostri stupendos quosdā effectus tacere possumus, quos oculis nostris cùm ipsi spectauerimus, tantò liberius & verius ab omni fabulę aut proprij figmenti suspicione amota, commemorare licebit. Vidimus autem annulos, quos digito, qui induerunt, nihil à spasmo vel paralysi periculi fuit. horum etiam nullum apoplexia aut epilepsia correptum fuisse constat. Et si epilecticus annulū talem cordiali digito imposuisset, paroxismi violētia, & si vehementissimi statim cohercita est, vt quum prostratus antè erat, ad se rediret & surgeret.

Adijcere & illud adhuc libet, quòd

non ex relatu aliorum, ſed proprio intuitu illum vidimus, & ipſimet experti ſumus. Si annulus ſupradictus digito cordiali teneretur ab homine, in quo ægritudo aliqua lateret, & foueretur, & paulò poſt in eruptionem tenderet, annulus continuò ſudore inditium faceret, & quaſi ſympathia quadam perci tus oborta, maculas emitteret, & informior redderetur. Vt plenius in libello, cui Sympathia eſt titulus, dicemus.

Denique nec hanc laudem Electri noſtri omittendam aut prętereundam cenſeo, id eſſe præſeruatiuum & Antidoton aduerſus malos ſpiritus: latet enim in eo operatio quædã & conſtellatio influentiæ Planetarum, quo facilius ad id impellamur & mouemur, vt credamus Magos olim priſcos in Perſia & Chaldæa huius adiumento & auxilio plurima tentaſſe & operatos fuiſſe: quæ omnia in ſpecie ſi enumerare vellemus, mirum Chronicon eſſemus orditurі. Sed ne qui offendiculi occaſionem, aut anſam hinc capiant, paucis ſufficiet attigiſſe. Sophiſtæ enim mihi infenſiſſimi, Archinigromanticum

manticum me proclamare parum dubitarent. Non possum tamen non commemorare quale, quantumque miraculum in Hispania viderim, cùm apud quendam Nigromanticũ essem, qui habebat campanam duarum fortassè librarum ponderis, huius ille nolæ pulsu, multa & varia spectra & spirituum visiones accersebat & adducebat. Nam cùm in campanæ parte interiore verba quædam & characteres aliquos inscripsisset, simul ac sonus & tinnitus eius audiebatur, apparebat spiritus eius formæ, qua volebat. Præterea campanæ pulsus eius fuit potentiæ, vt & multas alias visiones spirituum, hominum, etiam & pecudum, quas vellet, produceret in medium, & abigeret: huius generis multa apud eum vidi: hoc tamen obseruabam, quòd si quid noui operaturus erat, characteres & nomina renouaret & mutaret. Non autem eò perueni, vt homo arcanum & mysterium verborum atque characterum mihi communicaret. Cœpi tandem ipse hac de re penitiùs speculari, ita vt in mentem

mihi venirent, quæ hoc loco tacebimus. Sciatis autem plus in campana illa, qnàm verbis momenti fuisse. Volo autem vos mihi vehementer credere, materiam campanæ illius nostrum fuisse electrum. Ita & non ægrè persuadebimini, Nolam Virgilij talem fuisse, cuius ille pulsu adulteros & adulteras in Regis Arti aula, qui erant adeò timore perciti & perculsi, vt constellata vertigine subitò oborta, non secus ac fulmine acti, de ponte in flumen delaberentur. Nolite autem putare hanc historiam vt fabellam narrari, cùm verissimè ita acciderit. Neque propterea adeò obstupescite, quasi tantùm naturam non posse dubitetis. Quòd si (vt patet) homo visibilis, visibilem hominem verbo aduocare potest, & eò cogere, vt quæ velit facere non repugnet, Cùm igitur tantùm sonus verbi emissi valeat, neque id, si aut armorum adiumento consequatur, poterit hoc etiã, & multò melius homo inuisibilis, qui & visibili & inuisibili homini, non verbi quidem adminiculo, sed cogitationis intentione imperabat. Sem-

per

per enim fit, vt inferiora superioribus pareant, & subiecti vicem subeant & sustineant. Facilimè in nostram opinionem adducemini, si hominem interiorem vel inuisibilem statuatis ipsam esse constellationē aut firmamentum: ille enim inuisibilis & exterioris hominis sensibus atq; cogitationibus absconditus latet, & per imaginationem sese aperit, prodit & exerit. Concedetis ergo astra in homine esse, & eorum constellationem per Olympicum spiritum ferri, duci in alium hominem, ac deportari posse. Idem in metallis etiam, si dicam fieri acquiescetis: eaq́; impressione cœlesti ita constellari posse, vt operatio & virtus eorum altius, quàm natura primò voluit, beneficio superiorum astrorū exurgat, & se explicet, vt in aliјs Archidoxis Magiæ libris ostenditur. Exemplum, si vultis, subijciam. Si quis aurum & Mercuriū in amalgama redacta, cùm Solis & Mercurij coniunctio fuerit, prędominante tamen ☉, miscuerit & vniuerit, postea paruo negotio simul fixabuntur hæc duo metalla, ex quibus si voles, tin-

cturam ſupra Mercurium viuum conficies. Ille pòſt alio Mercurio viuo ſub eadem conſtellatione augeri atque augmentari poterit. Magnum hoc ſanè eſt arcanum naturæ. Similis etiam abſque hac coniunctione auri vel argenti cum Mercurio erit compoſitio & vnio. Nam ſi aurum ſupra Mercurium poſitum ſit, vt Mercurij fumus albus auri corpus tangat & penetret, reddetur aurum album, fragile & facilimè liqueſcet vt cera. idem cum argento eſt proceſſus.

Hæc eſt Magneſia philoſophorum, in qua inuenienda illi Thomas de Aquino & Rupeſciſſa, & eorum diſcipuli quanuis multum ſudarint deſiderij ſui cõpotes minimè tamẽ ſunt facti. Neq; quiſquam leue arcanum opinetur eſſe Mercuriũ viuum cum durioribus & tardioris ſolutionis metallis, vt argento, cupro, auro, ferro & chalybe in igne coniungi & vniri, ita vt citiſſimè liqueſcant. Multæ namque hoc modo tincturæ & Elyxeria metallorum præparantur ad metalla tranſmutanda, vt in alijs libris de Tranſmutationibus metallorum

tallorum

tallorum vberius narrabitur.

Idem etiam de Mercurio vulgi intelligi velim, qui fumo ſuo omnia alia metalla penetrat, & quaſi perrumpit, calcinat & vulgi effecit, hunc mètalla per ſuum fumum coagulabunt. Summum autem calorem in Mercurio eſſe aſſeueramus, & nunquam niſi ſummo frigore coagulari poſſe, quod copiosè in igne cùm ex metallis exhalat, videre eſt. Nihil autem metalla in igne deſerit & aufugit, niſi quod ſummi eſt frigoris, & ignis vehementiam perferre ac tolerare non ſuſtinet. Talis eſt metallorum Arſenicus, qui à metallis vt ſpiritus dum fluunt, liquefactus aſcendit.

Porrò ne ignoretis Mercurium eſſe metallicum ſpiritum, & vt omnis ſpiritus potior eſt corpore: ſic etiam ſe Mercurius ad alia metalla habet, cui vt ſpiritui muros penetrare facile eſt, ita metalla penetrare Mercurio non eſt difficile.

Quàm ſunt Mercurij in metallis mirabiles operationes & effectus, quæ omnia enumerare nolumus: ſed vos a-

liò ablegamus? Nouimus autem, ipsiq́; experti sumus, si Mercurius viuus à metallorum aliquo calcinato aliquoties sublimetur, & deinde calcinatum metallum in fundo residuum in suum rursus metallum reducatur, in igne non tardius plumbo etiam soluatur, etsi sit aurum, argentum, Venus, ferrum, aut chalibs, ita vt si vel candelæ flammæ admotum fuerit, vt cera, vel vt nix & glacies à Sole liquescat: postea per digestionem certi temporis in Mercurium viuum mutetur. Cuius rei in libro de Resuscitatione rerum naturalium meminimus. Hic est Mercurius philosophorum, hoc modo præparabis Mercurium auri, Mercurium Lunæ, Mercurium Veneris, Mercurium Martis, Mercurium Iouis, & Mercurium Saturni. De hoc quanquum in suis libris Arnoldus, Aristoteles, alijq́ue philosophi complures sint gloriati: scio tamen nunquam eum ab illis pręparatum aut visum fuisse. Vestrum iam erit hoc maximum arcanum, naturæq́ue mysterium seruare, & cauere ne in manus aduersariorum meorum in-

incidat, quos hoc ſcire indignum eſſet. Neque enim anſerem iuuabit vnio, aut gemma precioſa, cùm eius precium neſciat, & virtutem ignoret. Imò vnioni rapam longè præferet. Idem non ineptè de Sophiſtis dicamus, quòd arcanorum myſteria celare non iniuria eſt, ne margaritas porcis obijcere, & ſanctum canibus dare, quuum id Deus ſeuerè prohibeat, videamur.

Accedamus autem ad praxin noſtri Electri, quam in limine tractatus huius promiſimus, quod ſecundum cœli reuolutionem, atque iuxra Planetarum coniunctiones præparari componi, atque coniungi volumus. Hoc ergo procedemus modo: Principiò obſeruanda tibi diligenter erit coniunctio ♄ & ☿, quæ antequam adueniat, fac inſtrumenta neceſſaria in promptu habeas. Ignem, lebetem, plumcum minutim conſciſſum & Mercurium viuum. Caue quicquam deſit, quod pręſens opus requirat, aut quo actio impediatur aut retardetur. Deinde coniunctione iam iam futura, ſolutum ſit in igne plumbum, & non omnino

caleat, cùm fluxerit, ne tamen Mercurius, quem illi infuderis, elabatur, aut si illud nimis caleat, in fumū abeat: fiat hoc in ipso coniunctionis puncto. Exime subitò lebetem cum liquido plumbo, affunde Mercurium, pòst simul coagulentur.

Deinde attentione opus erit, quomodo coniunctio Iouis cum Mercurio aut Saturno sit futura, vt ne ignores aut tempus negligas: sint tamen omnia, quibus opus erit preparata, vt antè monui. Curandum erit, vt ante coniunctionis futuræ punctum, anglicum finum stannum in vno lebete, in altera olla plumbum cum Mercurio solutum sit. In ipso autem coniunctionis momento metalla illa ab igne remota: paululum remissiore calore metallorum in vnum crucibulum omnia con fundantur: vbi in vnum corpus coagu lata fuerint, habebis tria metalla molliora, & citius in igne fluentia: vnita autem te ne prætereat hæc tria primo loco esse soluenda & coniungenda. Deinde videas, quando reliquorum Planetarum quatuor quisquis eorum sit,

ſit, ſiue Solis, Lunæ, Veneris aut Martis coniunctio cum ſuperiorum trium vno aduentarit. ♄. ☿, aut ♃ omnibus prius inſtrumentis & materijs præſentibus: ſoluantur ſingula antè ſeorſim, poſtea liquefacta in ipſo coniunctionis puncto confunde in vnum, & ſerua. Simili modo progrediaris cum reliquis metallis, quæ adiungenda & copulanda prioribus reſtabunt, donec omnia ſeptem ſecundum debitas Planetarum coniunctiones in vnũ metalli corpus redegeris & vniueris. Ita præparatum habebis Electrum noſtrum, de quo ſatis iam diximus.

FINIS.

AVREOLI THEOPHRA-
STI PARACELSI
in Metallorum gradationes.

PRAEFATIO.



E Gradationibus iam loqui volumus, ac talibus, vt solutum, extinctũ vel digestum in eis metallũ, ad gradum Solis promoueri queat, ac transmutari. Multi conantur minora transmutari metalla in argentũ, alia mediocria in aurum, cum differentia tamen coniunctionis eorum, sic vt in cineritio per transmutationẽ in graduatione: minora quidem ad maiorum perfectionem adducantur, ac ad examina quæuis constantem, quæ conueniunt. Quatuordecim itaq; hoc loco ponemus gradationes: & quãuis longè plures aliæ reperiantur, earum tamen libenter obliti, quę constant experiẽtia, scriptuq; dignæ sunt, aggregauimus, in triplici differentia constitutas. Nonnullæ sunt aquæ fortes: aliæ quidem olea, cæterę verò liquores, quas ordine simili disponimus, vt in earum tractationis

tionis declaratione patet.

Gradatio prima per primam aquam fortem.

R. Vitrioli,
Aluminis,
Salis nitri, ana lib. j.
Floris æris
Croci Martis,
Hematitis, ana vertonem j.
Cinnabaris lib. ſs.
Antimonij lib. j. ſs.
Arſenici vertonem ſs.

Omnia deſtillentur in aquam fortem, quam purificato, rarificatoq; iuxta ſimilium aquarum vſum, & in ea cementatam ſoluito lunam, aut partem cum parte, lunam atq; Venerem, & in digeſtionem ponito per menſem: poſtmodum reſidentias excipito fulmine, ſic tranſmutatum inuenies. Quod adhuc in aqua forti fuerit, præcipitetur & fulminetur, vt ſuprà: ſic habebitur argenti reliquum Notandum eſt prędicta ſimplicia præparari, nec non ſeparari debere prius in purgatione, quòd immunditics plurimum hoc negotium tranſmutationis impediat.

Secunda gradatio, per ſecundam aquam fortem.

In hac ſecunda gradatione notādus eſt optimè proceſſus, vt qui in maiori lucro ſubtilitateq́; fiat, vt ſequitur.

Recipe Salis petræ,
Cinnabaris, ana lib. 1.

Conterantur, & ex eis aqua deſtilletur, quam ſerua. Hoc ipſum feceris etiam & ſub eodem pondere cum antimonio & arſenico. Confunde ſimul iſtas tres aquas, addeque ſalis nitri,
Aluminis,
Vitrioli, ana lib. j.

Omnia rurſum ſimul deſtilla in modū aquę fortis. Poſtmodum affundes eam ad ſuum caput mortuū ſubtiliſſimè cō tuſum, iterumq́; deſtilla in vltimos ſpiritus, & clarifica prout alia quępiam aqua fortis. In omnia metalla quę fuerint in ea ſoluta, necnon in digeſtione māſerit, ad perfectionē magis quàm ſit credibile ſuas operationes atq; vires cō plet: cùm in eiuſmodi compoſitionē intrātibus, verę tranſmutationis vires lateant metallorum in ſe corporalem materiam habentium. Nam eiuſmodi

tres

tres destillationes, tingunt ita vehemẽter aquæ fortitudine, vt maior aut fortior in aquis fortibus, vix operatio reperiri queat.

Tertia gradatio per tertiam aquam fortem.

Gradatio tertia, quæ inter aquas fortes vltima numeratur, ad hunc modũ intelligenda, componendaque venit, vt sequitur.

Recipe Cinnabaris,
Arsenici,
Antimonij ana lib. j.
Salis petræ lib. ij.
Sulphuris lib. ſs.

Conterantur, misceantur, ac destillentur in aquã fortem igne violentissimo: postmodũ accipe huius aquæ partes ij.
Aluminis communis,
Aluminis plumosi, ana partẽ 1. ſs.
Vitrioli partem 1.
Viridis æris,
Croci Martis ana partem ſs.

Hæc simul omnia destillentur in aquã fortem igne violentissimo. Tandem ad

hanc integram aquā ſume capitis mortui duas partes
Antimonij,
Viridis æris,
Cinnabaris,
Sulphuris, ana partem ſs.
Hæc à ſuis deſtilla fecibus fortiter impellendo in vas recipiens. Poſtmodum in hac aqua clarificata ſolue partem ſs. cum decem partibus florum æris & croci Martis, & in ea digerantur: inuenies poſtea reſidentiæ plus ad ☉ quàm arti credibile ſit.

Quarta gradatio per primum oleum.

Iam de gradationibus per olea factis loquamur, quæ non in modum & formam aquarum fortium, ſed in digeſtione ſoluunt, & ſuas gradationes perficiunt. Prima gradationum eiuſmodi fit per oleum antimonij, cui rubedinis tinctura mirabilis ineſt, ac in eo latet. Proceſſus eius talis eſto.
Recipe Antimonij lib. 1.
Mercurij ſublimati lib. ſs.
Deſtillentur ambo ſimul igne violento per

per alembicum,& aſcēdet rubedo quædam inſtar ſanguinis & ſpiſſa, quæ tingit & graduat vnamquamque lunam in ſolem,& hunc pallidum ad ſupremū gradum coloris adducit permanentis.

Quinta gradatio per ſecundum oleum.

Gradatio quinta, cuius oleum in ordine ſecundum numeratur, fit in hunc modum qui ſequitur.

Recipe Olei philoſophorum lib.1.
Aluminis calcinati,
Colchotaris citrini, ana lib.ſs.

Deſtilla ſimul igne violento. Poſtmodū innoua ſpecies in priori pondere, addeque,
Cinnabaris,
Viridis æris,
Sulphuris,ana vertonem ſs.

Deſtilla rurſum,& rectifica pòſt in puritatem & cōſtantem colorem. Inijce lunam & in digeſtione maneat,reſidentiā reduc, & in aqua forti ſepara, tandem per Saturnum fulminato.

Sexta gradatio per tertium oleum.

Gradationum ſexta,necnō oleorum

tertium,fit ad hunc modum.
Recipe Sulphuris viui lib.ij.
Olei lini lib.iiij.
Coquantur in compoſitum ,quod in oleum deſtilletur:huic plus addatur vi ui ſulphuris,& coquatur vt priùs in cō- poſitum,ac digeratur per menſem , per duos meliùs, poſtmodum addatur.
Salis nitri,
Vitrioli,
Aluminis,
Florum æris,
Croci Martis,
Cinnabaris ana verto ſs.
Deſtilla quicquid aſcendere voluerit & liquores amoue ſeruatis oleis tan- tùm,quæ ponantur in vitream cucur- bitam,additis ſpeciebus vt ſuprà , & ca- pite mortuo puluerato,ſimulq; deſtil- la rurſum vt priùs.Poſtmodum reaſſun de fecibus , & putrificetur iterum per menſem,ac deſtilletur ampliùs:euacua- tis poſtea coloribus, aut ſeparatis , ru- beum ſerua , quem rectificabis vt op- portet. Poſtremò laminæ digerantur in eo ſuo tempore,tandem vt priùs ful- mine reducantur,&c.

Septi-

Septima gradatio per primumliquorem.

Gradationes quæ per liquores fiunt, in duplici differentia reperiuntur, videlicet oleaginosæ, & aquosæ. Primò de oleaginosis loquamur.

Recipe Mellis lib.1. In eo coquantur,

Vitrioli,

Aluminis ana verto 1.

Aluminis, iameni verto.ſs.

Destilletur ex eis aqua per violentum ignem, & addantur ei,

Sui capitis mortui verto.ſs.

Sulphuris lib.ſs.

In forma hepatis cocta, perque mēsem digesta priùs destillentur, & aqua rectificetur in puritatem, ei postmodum addantur.

Salis armoniaci,

Florum æris,

Croci Martis,

Aluminis, ana verto.ſs.

Vitrioli verto.1.

Antimonij fixi rubei,

Arsenici fixi rubei, ana ℥ ij.

Trita simul & in aquam iniecta stent in

calore diebus decem. Postea separetur liquor à fecibus, & purificando proijciantur in eam laminæ metallicæ, maneantque simul in mediocri digestione ad perfectionem vsque. Postremò quidem aduratur materia, separetur & fulminetur.

Octaua gradatio per secundum liquorem.

Gradatio per secundum liquorem hæc est.

Recipe sufficientẽ aquam fortẽ, in qua solue ☉. in alia Venerem, & in alia Martem: eiusmodi solutiones confunde simul, & postea destillabis aquam ab eis, quam iterũ ad suas feces affundes, rursũ destillabis ac reaffundes vt priùs, toties, donec inde fiat liquor spissus: huic adde mellis destillati præparatiq; partes quinq;, plus alijs præcedentibus, & per mensem omnia digerantur, postea phlegma separetur, & seruetur liquor in quem laminæ proiectæ metallorum digerantur per mensem. Et postremò coagulentur in massam & corpus vnũ, quod fulminetur, quartificetur, & fulminetur iterum, ad hunc modum inuenietur

ietur optima transmutatio.

Nona gradatio per tertium liquorem.

Tertio liquore gradatio noua fit in nodum qui sequitur.

Recipe aquam fortem, in qua soluatur iride æris, & in fimo teneãtur equino er mensem ambo simul: Destilla post nodum aquam à fecibus, affunde rurum, destilla, & reaffunde, idque toties onec inde fiat oleum. In istum liquoem pone limaturas metallorum, & in igestione transmutationem inuenies. it quamuis liquor iste paucus existat, ihilominus graduat optimè plurimũque metallum iuxta suam quãtitatem.

Decima gradatio per quartum liquorem.

Ad hunc modum qui sequitur, liquo em intelligito quartum.

Recipe aquam fortem optimã, in qua olue chalybis quantùm poteris. Hęc in igestione maneant vno mense, & inde iet compositum in vnũ calorem. Hoc destilletur etiam in liquorem, in quem imaturæ metallorum proiectæ mane-

ant in digestione, donec liquor incorporetur. Tum demum simul ambo, nẽpe liquor & metallum fulminentur per Saturnum, & inuenietur ea transmutatio, quæ saparetur & præparetur, vt moris est.

Vndecima gradatio per quintum liquorem, et aqueum primum.

Aquoso liquore primo fit vndecima gradatio, prout infrà ponitur.

R. Salis petræ purgatissimi lib. iiij. hunc à suo phlegmate repurgato.

Salis communis præparati lib. ij.

Commixta simul destillẽtur sexies vel nouies, ac toties donec salia per alembicum in submissum vas recipiens omnino transeant.

R. huius aquæ lib. ij.
Florum Antimonij,
Aeris,
Martis,
Sulphuris, ana ℥. ij.
Vitrioli,
Salis armoniaci,
Aluminis, ana ℥. ij. ſs.

Mixta

Mixta ſimul omnia maneant in digeſtione diebus quatuor atque viginti: poſtmodum ſeparentur in aquam puriſſimam. Luna pòſt graduetur atque metalla per digeſtionem, per Saturnũ fulminentur, ſeparentur quartificatione, ac fulminentur iterum.

Duodecima gradatio per ſecundum liquorem aquoſum.

Per ſecundum liquorem aquoſum duodecima gradatio fit ad huc modũ.

R. vini ardentis correctiſſimi lib. iij.
Aquæ ſalis petræ,
Aquæ ſalis communis, ana lib. j.
Vitrioli,
Aluminis plumoſi,
Aluminis rupei, ana vertones iij.

Miſceantur ſimul in mixturam, quam deſtilla ſexies à capite mortuo. Hac aqua metalla graduentur, & fixabuntur ac transmutabuntur, vt ſuprà de aliјs diximus.

Decima tertia gradatio per tertium liquorem aquoſum.

Aquoſo liquore tertio decimatertia

gradatio fit ad hunc modum.

R. Isteris ſanguinis lib. 1. Deſtilla decies & ter à ſuis fecibus, & adde

Florum æris,

Sulphuris, ana vertonem ſs.

Soluantur in equino fimo per mẽſem: impone poſtmodum calcem lunæ, vt color & ſubſtantia conſumentur. Poſtea coagulentur, & in Saturno fulminentur. Sciendum etiam in iſto liquore Mercurium vulgi, nec non metallorum coagulari, iuxta conditionem permutationis.

Decima quarta gradatio per quartum liquorem aquoſum.

Quartus hoc loco liquor eſt aqua Mercurij, qui fit in decimam tertiã gradationem prout infrà ſequitur.

R. Mercurij vigeſies cum ſale armoniaco ſublimati lib. j.

Florum Veneris,

Martis,

Sulphuris,

Antimonij, ana ℥. ſs.

Trita ſimul omnia miſceto, & in aquã reſol-

resolui finito. Hęc aqua nullo prorsum indiget alio labore: nam in eam proiecta metalla, & pauco tempore digesta, & postmodum fulminata, mirum in modum graduantur.

Gradatio ☽ per oleum Mercurij.

Fiat oleum ex Mercurio sublimato, & aqua forti redestillando vt suprà, donec in oleum fuerit conuersus: in hoc oleum impelle spiritus aquę fortis igne violentissimo, postmodum impone ☽ & conuertetur in ☉, & granula. Tandem cemento regali cementetur, & optimus ☉ habebitur.

FINIS GRADATIONVM.

AVREOLI THEOPHRASTI PARACELSI DE CEMENTIS Compendiolum, & primò de Cemento Regali.

Caput I.



Eterum processum in cemẽtis haud obseruantes, ea tantũ scribemus, quæ nos docuit experiẽtia, reliquo rum quæ scripta sunt obliti libenter, in quibus etiam operari noluimus. Est itaque processus noster qui sequitur.

Recipe Florum æris,
Antimonij,
Laterum,
Salis communis, ana lib.ſs.

Trita minutissimè simul omnia commisceantur, vinoque postmodum imbibantur, & exsiccentur, idque vigesies & quater: hoc puluere ☾ cementetur laminata, gradu medio quidem ignis quatuor horis: postea totidem igne me

diocri. Postremò fluxionis igne horis duodecim. Tum demum excipe regulum, eumque laminatum & crudum ex priore processu, & cum eisdem cementabis rebus & gradibus ignis: hoc ipsũ quater aut quinquies repetendo. Postmodum fulminato per cineritium, & loppam, reduc iterum in Lunam. Instrumenta prout vasa fusoria, &c. veniunt optimè perlutanda, nec non firmiter obturanda. Et quòd prolixum descriptionis hoc loco processum ponamus, ea de causa factũ esse putetis, quia breuibus ignis processibus, experientia nihil boni docere nos voluit. Quãdoquidem ignis diuturnitas & violentia, fixatio potissima cementi regalis existunt: imò longè melior foret, si diebus quatuor cum prædictis in eiusmodi cemento, quæ dicta sunt relinquerentur. Notandum etiam flores æris, per vitriolũ extrahẽdos è cupro fore: nam in eo natura quædam fixationis habetur, ad cementum hoc assumptùm quum est, multis de causis.

Antimonium similiter est fixandũ, cum virtutum suarum tamen retentio

ne quas habet, purificando & exaltãdo: vires enim eius non ſatis cognoſci poſ ſunt.

Item lateres à bono tecto ſumi debent: nam tectum vires habet figendi venas exiſtentes in ☽, quę aliter omnes fugiunt euolantque.

Sal verò corrigit ac fixat leproſam lanam à ſua nigredine.

Quatuor igitur iſta ſimul in vna cõiunctione fore debent ac operari. Cæterùm obſeruãdus eſt ignis atq; notãdus.

Huic cemento nullum aliud metallũ applicatur, & poſtquam fulminatũ eſt, aurum ſuum patefacit exhibetque: ſufficiens igitur habendum, &c.

De Secundo Cemento.

Caput II.

CEmentum quod ſecundo ponere volumus, eſt ad ☉ dũtaxat, in quo quidem obiecta quatuor intelligenda veniũt: primũ eſt, quòd nonnunquã ☉ reperitur in cemento pro quarta parte vel media deficiẽs, quia non ſatis fixus, nec ad ſuum gradum adductus extra ſuos defectus, vti nos de generationib.

poni-

ponimus. Quare cementandus est, quo suum corpus volatile retinere valeat, quod aliàs nonnunquam euolat in cemento, vel in cineritio, & quandoque in aqua forti.

Secundum obiectum est, quod solis plurimùm inuenitur defectum in colore patiētis, quē ad sui coloris adducere perfectionem, cognitu valde necessariū est, absq; diminutione sui corporis, & vt color ei maneat in examinibus.

Tertium est, vt albus ille ☉ colore nō perfectus, lunæ similitudinem habens, in colorantibus cemētetur & colorem in eis receptum etiam in examine quouis retineat.

Quartum cōncernit pondus, in quo nonnunquā sol deficit, vt eo vilior existimetur: hoc sibi restituēdum integrè, cùm certiorē gradū ipso colore demōstret, maiorq; solis gradatio prę cæteris existat multas ob causas. Pondus enim artistas minimè fallit, quod alia diuersi modè facere possunt obiecta.

Per cementum, in istis quatuor obiectis perfici potest aurum, vt latiùs in eo nullus defect⁹ inueniatur, nec volatilis,

aut non fixæ conditionis quidpiam cu-
ius ſtructa cementi hæc eſto.
Recipe Antimonij,
Florum æris,ana lib. ſs.
Mercurij coagulati vertonem I.
Omnia ſimul commiſceantur, & im-
bibantur oleo Antimonij rubeo, tam
diu donec omnino rubeant. Poſtmo-
dum eo cementabis aurum ſubtiliſſi-
mè laminatum vel granulatum, igne li-
quefactionis, vigintiquatuor horis ab-
que diminutione caloris, in fuſorio va-
ſe perquàm optimè clauſo. Tranſacto
hoc temporis termino, regulum exci-
pe, nec non per antimonium crudum
actum, liquefiat addita chryſocolla, vel
borace, pòſt in formam effunde. Sic ha-
bes optimum, & ſufficiens ad ☉ abſq;
defectu cementum ad ſupremum gra-
dum, in omnibus cementis, cineritijs
& quartationibus fixum atque perma-
nentem.

De Tertio Cemento.

Caput III.

ANtea duas fixationes aut cementa-
tiones ad ☾ & ☉ poſuimus, quæ
ſum

ſumi debent, quũ illa duo metalla multiplicanda ſunt. Alia pariter veniunt cementanda, poſtmodum in tingens cementum ponenda. Cementum ergo tertium hoc, ad alia quęuis metalla perficiendum aptum eſt, eaque reddendũ idonea, ad cementorum tincturam in ſe recipiendam. Nam vbi metallum nõ fuerit priùs ad ipſam tincturam præparatum & illitum, eam recipere non poteſt, aut parum admodum, vel cum operatione periculoſa: viuum tamen argentum non eſt in metallorum numero, ſub hoc cemento comprehenſum, at materiæ metallicæ tantùm & corpora, quorum cementum hoc eſto.

Recipe Antimonij lib. 1.
Salis nitri lib. ij.
Salis communis,
Salis tartari, ana lib. ſs.

Mixta ſimul omnia ponantur in vrceolum terreũ aurifabrorum, ſtrato ſuper ſtratum collocato cum laminibus metallorum, vel tincturarum ipſorum. Cementētur optimè clauſa horis duodecim igne violentiſſimo, qui duabus horis ab initio leuis fuerit. Abſoluto hoc

tempore, quod remāsit extrahatur, loppa videlicet cum regulo simul. Hoc notandum, non omnes eiusmodi cementationes regulum exhibere, sed loppas tantùm: istæ sunt postmodum in Saturno coquendę iuxta communem vsum: & eiusmodi Saturnus aduratur in testa, & reperietur metallū fixum super eam: at hoc loco notato differentiam separationis per testam & cupellam vel cineritium, quòd metallum in cineritiū vel cupellam intret, aliàs manet super testam. Eiusmodi metallū quod super testam remanet, secundò cemētabis, ac tertiò, prout suprà, quo fixius euadat, superq; cineritium remaneat. Quo peracto, fixum est ad recipiendum tincturam, quæ datur per cementationem.

Notandum etiam de cemento hoc, duo vel tria metalla simul in mixturam vnam coniungi posse & in corpus vnū, quod melius erit quàm prius, ad hunc nempe modum.

Recipe Limaturas Martis.
Veneris,
Iouis, aut Saturni.

Mixtæ simul stratificētur, & ita stent in

igne

igne liquefactionis per 12. horas.

Additio.

Longè fuerit vtilius dictũ cementũ, si ad prædicta sumantur.

Antimonij,
Salis, ana lib. 1.
Limaturarum vt suprà lib. ß.

Fiat eodem modo prout antea declaratum est.

Quartum Cementum.

Quartum de mineralibus in se metallum perfectum continentibus cemẽtum intelligitur, & illud per liquefactionem amittentibus. Notandum hoc loco metalla meliùs figi non posse, quàm dum cruda sunt, quæ liquatione prorsum euanescunt. Hac via metalla reperiuntur in mineris, quæ non apparent aliàs. Eiusmodi transmutatio fit in mineris & metallis ante liquationem, vt metalla possint in sua figi natura, vel in aliud transmutari metallum. Quare duo cementa sub vno comprehendemus hîc. Prius quidem ad fixandum in minera metallum absq; transmutatione. Posterius ad Veneris mineram in ☉ aut metallum transmutandũ. Conside-

randum vtiq; multò præstantiores mineris, quàm ipsis metallis spiritus inesse: isti sunt qui minerarum gradationes & fixationes adiuuant, cū in se tincturā & colores contineant materiæ, quæ nō dum per ignem mutata sunt, quod alijs libellis dicimus amplius. Fixationis in sua minera metalli descriptio talis est infra, vt sequitur.

R. Mineræ Martis lib. 1. optimè tritę: huic adde Antimonij,

Salis nitri, ana lib. ij. Liquefactionis accendantur igne tecta fortiter atque lutata, sicque maneant horis viginti-quatuor. Postmodū effunde, contere cū aliqua reductione ac cum Saturno fulminato. Et sic eiusmodi metallū fixum reperies in suo decenti colore, quod multis rationibus probari potest, ac naturaliter demonstrari. Sic de cæteris mineris, quarum hoc loco nullam facimus mentionem. Spiritus enim in metallis existentes crudi, progrediuntur in suis coloribus & essentijs.

Mineralium transmutationis descriptio talis est.

R. Croci ex floribus Martis,

Flo-

Florum ex croco Veneris,
Vitrioli,
Aluminis,ana lib.ſs.
Salis communis præparati lib.1.
Mineræ lib.ij.

Liquefiant omnia, humiditateque priuētur,& cemēntentur horis duodecim: poſtmodum in ♄ liquentur & fulminentur: quo facto reperietur in cupella cineritij tranſmutatio. Poteris ad iſtiuſmodi tranſmutationem etiam metallorum addere mixturam, conſiderādo tamen aptitudinem in eis exiſtentē, qua facilius vnum altero tranſmutari poteſt.

Quintum Cementum.

Volatilia corpora tantùm concernit hoc cementum quintum, vt ☿ vulgi, nec non metallorum, prout ♄ ♀ ♃ ♂ &c.

Notanda eſt inter ☿ vulgaris, & metallorum differentia, quoad eorum tincturas, nempe talis, quòd iſte plus tincturæ ſatis exhibet ex præparatis metallis, illo communi. Pariter intelligendū eſt vtrunque ☿ corporalem & vulga-

rem prius fore coagulandum, quò cemẽtum ſuſtinere valeat, ac recipere cor poralem ſubſtantiam cum tinctura coloreque, prout optima decet metalla.

Coagulatio ☿ hæc eſt.

R. Aquæ fortis debilitatę prorſus per ſolutionẽ lunę, veterisq́;, ſic vt vires nullas amplius corroſiuas, nec acuitatem ad ſoluendum habeat. In hanc inijce ☿ vtrumuis antea dictorum, & parum calefiat aqua: poſtmodum conturbetur in pultes, & coagulabitur Mercurius, ac ad formam indureſcat metalli. Exemptus ab aqua toties lauetur, donec dulcis fiat, inde poſt cementetur hoc cemẽto quod ſequitur.

℞. Boracis ℥.ij.ſs
Salis armoniaci ʒ.ij.
Croci florum æris,
Florum croci Martis, ana ʒ.vj
Vitrioli calcinati,
Aluminis calcinati, ana ℥.ij.
Hæmatitis,
Boli armeni, ana ʒ.ij.

Miſceantur optimè trita ſimul, & imbibantur aliquoties vrina, poſtmodũ fiat in

in fusorio vase stratum super stratum, bene iuncturis clausis, atque lutatis. cementabis per horam gradus ignis obseruando & cementando, tandem 4. horis arenis in fluxu: postea indas Saturno & fulminetur: sic habebitur ☿ transmutatio, prout suprà diximus.

Verùm vbi aliter fuerit coagalatus quàm iam recensuimus, nihilominus cemento transmutari potest vt sequitur.

R. Cinnabaris,
Boracis, ana ℥.ß.

Liquefiāt simul in vnum corpus, quod sublima iuxta modum cinnabaris, vt corpus adhuc vnum fiat, cui hoc adijce quod sequitur.

R. Salis communis calcinati,
Florum æris,
Croci Martis,
Lapidis hæmatitis,
Boli armeni, ana ʒ.ij.
Supradicti corporis ℥.1.

Fiat stratum super stratū in fusorio vase, postea lentè sex primis horis igniatur & alijs sex fortius vrgeatur igne: tandē

violentiſſimo duodecim. Quo factc rurſum vt ſuprà ſublima prædicto proceſſu, & quarto vel quinto cemento fixam cinnabarim inuenies, quam reduc fulminaque per ♄. & habebis tranſmutationẽ eius, vt antea dictum. Ad hunc modum cum cæteris volatilibus metalicis corporibus procedere poteris in tranſmutationem.

Sextum cementum.

Iam dicendum qua ratione pars cũ parte cementanda veniat, quæ tincturæ plus recipit, ac citius aliis artiſtarũ ſimilibus operationib. ea de cauſa, qđ ☉ fixus, & cemẽto graduatus ſit. Intelligendum etiam, ea cementata fore debere, nec non in ſupremum ambo gradum adducta, præparata, ſubtiliata & repurgata: poſtmodum æquo pondere liquefacta ſimul & laminata: pòſt in fuſorio vaſe ſtratificata cum ſequenti puluere, ſtrictè concluſa.

℞ Cinnabrij,
Florum æris,
Hematitis, ana ℥.ſs.
Salis Armoniaci,
Calaminaris,

Sul-

Sulphuris,
Salis communis,
Vitrioli,
Aluminis, ana ʒ. ij.
Croci Martis ʒ. vj.

Trita ſimul & mixta in corpus vnũ ex ſiccentur igne parũ, & imbibãtur poſtmodum vrina, tandem ad ſupra dictam ſtratificationẽ vtere. Ponantur ad ignẽ vt liqueſcãt per ſex horas: poſtea renouato, ac alijs ſex horis liquefacito: ſi tertiò duodecim, quartò quatuor & viginti: poſtremò liquefac per fulmẽ ♄. Hac via tranſmutationẽ habes. Si tamẽ alia metalla, prout ♀ aut ♂ aſſumpſerit, plus addito pulueris & ignis, vt miſceri queant, ac in traſmutationem adduci.

Concluſio.

His paucis libellum noſtrum de Cementis abſolutum eſſe volumus, iſtaq; ſatis amplè clareq; tractaſſe: Quanquã & aliæ multæ ſimilium cementationũ deſcriptiones habentur, à noſtris tamẽ excludimus, eas tantùm hoc loco ponentes, quæ magis per expetientiam vtiles compertæ ſunt.

Finis libelli Cementorum.

AVREOLI THEOPHRASTI PARACELSI Præparationum libelli duo: quorum prior quinque tractatulos continet: alter verò tantùm vnicum.

Antimonij præparatio contra Morpheam Alopeciam, Lepram, Elephantiam, siue vulnera & vlcera.

IN omnibus lepræ speciebus vtiliter administratur Antimonium cum additionibus præparatum, ad hunc modum, qui sequitur: modò vocis raucedo nōdum adfuerit, qua iam præ manibus existente præparata, paparum vtilitatis adfert.

TRACTATVLVS PRIMVS de Medijs mineralibus.

Antimonij præparatio contra Morpheam & Alopeciam.

R. Antimonij subtilissimè triti,
Tartari calcinati,
Aluminis ana lib.ss.

Omnia strato super stratū in lebetem posita,

osita, reuerberentur in ignis gradu uarto.
Accipe huius Antimonij ℥.1.
Tragacanti Arabici,
Muſcilaginis,
Conſolidæ regalis,
Muſcilaginis ſeminũ pſillij an.℥.ij.
Fiat linimentum, quo Morphea perungatur: etiam Alopecia qualibet ſeptima bis, calido, ſic enaſcentur cruſtę quæ lam quę decident poſtmodum, eis iam ablatis, hoc vnguento conſolidandum erit quod ſequitur:
Accipe Sperniolæ,
Camphoræ, ana ℥.1.ſs.
Olei de ceruſſa ℥.iij.
Iſto quidem vngendum octo diebus à caſu cruſtarum, &c.

Antimonij præparatio contra lepram.

R. Antimonij lib.1.
Aceti per quàm acutiſſimè deſtillati lib.iiij.
Tartari crudi albi lib.ſs.
Terenda ſubtiliſſimè trita reponantur in phialam cum aceto prędicto, & in digestionē. Poſtmodũ extrahatur oleum

rubeum per vas retortum.

Additio contra Lepram.

Antimonij huius accipe ℥.1.
Olei ex fecibus vini ʒ.1.
Olei amidalarum amararum ʒ ix.
Commiſce & eo qualibet ſeptimana ſe-
mel aut bis inunge.

Nec eſt quòd mireris, vnum & idem ſimplex diuerſimodè quandoque præparari: nam ita naturæ conuenit, videlicet vt in peculiaribus morbis, peculiares etiã præparationes fiant, iuxta morborũ proprietates, vt exemplo hoc demonſtratur in antimonio cæteriſque, aliter in vulneribus, aliter in vlceribus aſſumi remedia, ſed quod ad Lepram & Elephatiaſin attinet, eadem eſt via, prout arbor morborum ſuis in ſpeciebus indicat.

Antimonij præparatio ad vulnera.

Recipe Antimonij.
Tartari calcinati, ana lib.ſs.
Alcool vini ſequimenſuram,
Mixta ſimul per alembicũ deſtillentur tam diu donec reſoluta ſint. Huius diſſolutionis accipe ʒ.1. alcool vini ℥.ſs. & paulatim eſiccari ſinito, poſtmo-

dum

um ſuper marmor aut vitream tabu-
am in oleum ſolui. Maior vix cura po-
eſt ad vlcera haberi, quàm ex antimo-
io: capitis vulneribus tamen exceptis.
Deſtillando vt ſuprà toties præparan-
um venit, donec in fundo liqueſcat.

Additio.

Huius olei ſume ℥.vij.
Succi tartari crudi,
Olei myrtillorum, ana ℥.v.
iat mixtura, quæ ſi alternis diebus tan-
ùm ſemel in vulneribus indatur, ad
nodum linimenti, ab accidentibus ea
uebitur.

Antimonij præparatio ad vlcera.

Recipe Antimonij,
Colchotaris,
Florum æris ana quantum voles,
& ſtrato ſuper ſtratum poſito reuerbe-
abis. Quo facto quidem animam extra
has vino rubeo, & inde fac alcali, quod
cum oleo mixtum ſit in linimentum, &
eo circunſtantes vlcerum proximiores
partes inunctę, mirum in modum ad vl
cerum ſanationem occluduntur.

Additio.

Huius accipe ℥.iij.

Olei colchotarini ℥.ſs.
Olei lentiſcini ℥.iij.ſs.
Fac vnguentum quo perungas vlcerum orificia,&c.

LITHARGIRII PRAEPARAtio contra cancrum & fiſtulas,æſtiomena, vulnera, tentiginem prauam, icteriⅽiam rubeam, & ignem perſicum.

Contra cancrum & fiſtulas.

Recipe Lithargirij triti lib.ſs.
Aquæ ſalis,
Aluminis,ana lib.1.
Aceti lib.iiij.
Simul omnia paulatim bulliant vſq; ad exſicationem, poſtea fontanā affundas aquam, & calido loco macerentur ad horas duodecim vel circiter, & inde mox exſiccari facito, ſic pręparatum erit contra cancrum & fiſtulas.

Additio.

Huius accipe ℥.ij.
Succi marrubij,
Perſicariæ,ana ℥.1.
Olei ex vitellis ouorum quantum ſati

ſatis erit ad formandum vnguentum.

Lithargirij præparatio contra Aeſtiomena.

Recipe Lithargirij lib. 1.
Tartari calcinati lib. ſs.
Aquæ fontis quantum voles,
Salis communis fuſi,
Aluminis rupei, ana ℥. vj.

Reuerberentur eiuſmodi ſpecies in quarto gradu, poſtmodum ab eis per aquam extrahatur alcali.

Additio.

Huius accipe ℥. ſs.
Pulueris chelidoniæ,
Gallarum, ana ℥. ij. & fiat puluis.

Lithargirij præparatio ad ſananda vulnera.

Recipe Lithargirij per acetum quater albificati lib. ſs.
Succi partenionis,
Conſolidæ minoris,
Ariſtolochiæ rotundæ, ana.
Miſce cum muſcilagine lubricata.

Additio

Huius accipe lithargirij ℥. iiij.
Olei de camphora ℈. 1.
Croci Martis ʒ. iiij.

Fiat linimentum, quo vulnera quolibet die ſemel aut ad ſummum bis illinantur.

Lithargirÿ præparatio contra tentiginem prauam.

Recipe Lithargiri abluti lib.1.
Aluminis rupei lib.1.ſs.

Optimè trita mixtaque reuerberentur igne violentiſſimo per quatuor horas, tum demum extrahatur eius alcali per fontanam aquam, de cætero procedere poteris vt ſuprà.

Additio.

Huius accipe lithargirij ℥.1.
Realgaris communis ʒ.1.
Succi chelidoniæ, quod ſufficiat.

Formetur linimentum, quo locus perlinatur tãdiu, donec omnino cutis rubeſcat, fœtorq́; recedat omnis. Poſtea cõponatur vnguentum infraſcriptum.

Huius accipe lithargirij qui ſuprà ʒ.1.ſs.
Muſcilaginis,
Fœnugræci,
Muſcilaginis de lumbricis,
Nitri, ana quod ſatis fuerit ad formandum vnguentum.

Lithar-

Lithargirij præparatio contra Icte-ricïam rubeam.

Recipe Litargirij ℥.iiij.
Myrrhæ,
Thuris, ana ℥.1.
Aceti perfectiſſimi lib. ſs.
Et fiat ex iſtis decoctio.

Additio.

Huius accipe lithargirij ℥ ſs.
Aluminis rupei ℥.ij.
Aquæ ſalis ℥.1.ſs.

Lithargirij præparatio, contra Ignem perſicum.

Recipe Lithargirij lib.1.
Realgaris rubei ℥.ij.
Salis armoniaci ℥. ſs.
Commixta ſimul in duodenam vſque vicem deſtillentur incluſiuè, tandem vt lithargirium ab alijs ſeparetur, aquam affundas, &c.

Additio.

Sume lithargirij ad hunc modum præparati pondus omnium quæ ſequuntur, vt pote.
Vitrioli correcti ℥.iiij.
Gallarum ʒ.ſs.
Thuris ℥.1.

Aceti & vini quod ſatis ſit.

Hoc vtendum erit tam diu,donec amplius nullos vapores membrũ emittat.

Marchaſitæ præparatio ad reſtringendum ſanguinem.

Recipe Marchaſitę ſubtiliſſimè tritę ℥.ij

Olei lini ℥.vij.

Miſce & accende, ſic manebit vera natura.

Additio.

Huius accipe Marchaſitæ ʒ.i.

Corallorum rubeorum ʒ.ſs.

Seminis plantaginis ℥.ſs.

Fiat ex his omnibus ſubtiliſſimus puluis,qui per ſe vulnerib. inſpergi poteſt, aut aceto roſaceo permixtus eis ſuperligari.ſanguinem ſiſtit omnẽ. Si quis verò ſanguinem expuat ob caſum, bibat.

Marchaſitæ præparatio ad Hemorrhoides.

Recipe Marchaſitæ ℥.i.

Alcool vini optimè exſiccati lib.i.

& miſceantur.

Additio,

Huius accipe ʒ.iij.

Salis gemmæ

Mumiæ,ana ʒ.i.

Fiat

Fiat inde minutiſſimus puluis, qui ſpargatur ſuper hæmorrhoides priuſquam intumuerint.

Marchaſitæ præparatio contra menſtrua ſuperflua.

Recipe Marchaſitę per omnia prout ad reſtrictionem ſanguinis præparatæ ℥.ſs. cui ſandaracę tantùm addas vt ſufficiat in vnguenti formationem, eo quum exundant menſtrua, perungas vmbelicum ſemel, bis, vel ter.

Chachimiæ præparatio contra Dyſenteriam.

Recipe Cachimiæ bene tritæ ℥.vj.
Ferruginis ferri ℥.ſs.

Calcinentur in ſecundo gradu ignis ſeptem horarum ſpacio. Poſtmodum reduc in alcali.

Additio.

Huius accipe cachimiæ ℥.ſs. & columbę aſſatæ quod ſatis erit.

Cachimiæ præparatio in Diarrhæam.

Recipe Cachimiæ præparatæ vt ſuprà.
Olei nucis muſcatæ parum ad incorporandum, & reducatur ignis gradu ſecundo ad formam boli.

Additio.

Huius accipe ℥.1.
Theriacæ ℥.iij.

Formentur in paſtam, cuius doſis per os eſt à ʒ.1.in ij.ſs.manè, ſub meridiem & veſperam:poſtea tribus diebus non erit hac de paſta ſumendum : at finitis, iterum vno die ter vt ſuprà detur:hunc proceſſum in tertiam vicem vſque repetito.

Cachimiæ præparatio contra Lyenteriam.

R. Cachimiæ præparatæ vt ſuprà.
Gummi Arabici diſſoluti in aqua plantaginis.

Reduc in ſecundo gradu ignis ad bolum formandum vel paſtam,vt infrà.

Additio.

Huius accipe vt ſuprà præparatæ ℥.1.
Croci Martis ʒ.ij.
Corallorum rubeorum ʒ.ſs.
Theriacæ quantum ſufficit ad formandum bolum. Doſis eius eſt à ʒ.ij.in iij. vel iiij. mane veſperiq; ſingulis diebus.

Tutiæ præparatio contra maculas oculorum.

Recipe

R. Tutiæ ℥.1.
Vitrioli albi,
Succi euphragiæ,
Fiat ex his cum Arabico gummi bolus, qui coquatur in linimentum per ſecundum ignis gradum.

Additio.

Huius accipe tutiæ præparatæ ʒ.ſs.
Viſci ranarum ℥.ij
Olei laterini ſcrup.ſs.
Fiat inde collirium ad maculas.

Ad oculorum albuginem.

R. Tutiam, hanc igne candere facias prunarum inſtar, & extinguas in lacte muliebri, vel alio ſi deficiat hoc: Poſtmodum in aqua roſacea poſita, maneat per noctem. Ligetur hæc aqua ſuper albuginem, & ea tolletur.

Additio.

Huius accipe tutiæ ʒ.1.
Vitrioli albi ʒ.vij.
Camphoræ tritæ ſcrup.1.ſs.
Miſceantur cum aqua roſarum aut fœniculi. Hic morbus contingere poteſt omnibus animalibus pedes habentibus. Verùm ad hominum vſum eſt admiſcenda camphora, ne caloris, aut

inflationis aliquod accidens incidat.

Ad strumas.

R. Tutiæ ℥.iiij.
Salis fusi,
Calcis viuæ, ana ℥.vj.

Quę stratificata ponantur in tertiũ gradum ignis, deinceps ab ipsis extrahas Alcali.

Additio.

Huius accipe ℥.1.
Salis anatri seu fellis,
Salis fusi, ana ℥.1.
Vrinæ destillatę ℥.xv. & fiat mixtura. Processus eius est, vt patientibus detur potanda manè & vesperi, per septimanas tres & quatuor.

Talcis præparatio ad vulnera nec non vlcera.

R. Talcis,
Cineris fabarum,
Auenæ, ana lib.1.

Reduc per diem naturalẽ in ignis quarto gradu, demum optimè lota siccetur. Fundũ purificat & mundat, & à fistula tuetur.

Additio.

Huius accipe talcis ℥.1.

Liquoris mumiæ,
Terebintinæ,ana quantum ad formandũ vnguẽtũ sufficit. Hoc profunda curat vlcera,corrodẽtia,nec nõ fluẽtia.

Calaminaris præparatio.

Potest in omnibus emplastris,cũ ad vulnera tum ad vlcera,quibus incarnandũ fuerit, addi calaminaris. Item experimentum est maximum ad rubedinem oculorum,in qua tela non extiterit,nec vngula.

Ad emplastra.

℞. Calaminaris abluti & puri ℥.i.
Colchotaris,
Sulphuris viui,ana ℥.i.ſs.

Stratificata reuerberẽtur in quarto gradu ignis per vigintiquatuor horas:postmodum ablue secundò.

Additio.

Huius accipe calaminaris ʒ.x.
Vnguenti Agrippini ℥.iiij.
Vnguenti florum æris ℥.ſs.

Fiat mixtura:hęc plurimùm est vtilis ad vlcera,nec non scabiem & pruritum.

Alia additio.

Sume Calaminaris huius ℥.ſs.
Emplastri Apostolici ℥.vj.

Camphoræ ʒ.1.& fiat emplaſtrum.

Ad rubedinem oculorum.

R. Calaminaris huius præparati ℥. 1.
Aceti deſtillati ℥.vj.
Fiat extractio, poſtmodum exſiccetur.

Additio.

Huius accipe Calaminaris ℥.1.
Aquarum fœniculi,
Roſarum,
Euphragiæ, ana ʒ.iij.
Fiat collyrium pro rubedine oculorũ.

Ad ignem Perſicum.

R. Calaminaris crudi lib.ſs.
Aquæ nenupharis ℥.vj.
Aluminis plumoſi ℥.ſs.
Reduc in digeſtionem equino fimo diebus octo, poſtea deſtilla. Hæc eſt Gebri deſcriptio, in qua Petrus de Argillato plurimùm errauit.

Additio.

Huius Calaminaris accipe ℥.vj.
Aquæ vitrioli,
Gallarum, &c.

TRA-

TRACTATVLVS SEcundus libri primi de pręparationibus ignobiliorum lapidum & concretorum mineralium.

Hæmatitis præparatio in ſanguinolentis vlceribus.

R. Hæmatitis,
Luti lephantei,
Boli armeni, ana ℥. iij.

Miſceantur cum dragacanto per acetũ reſoluto in bolum vel paſtam: poſtea reuerberentur in quarto gradu ignis, & inde poſt extrahatur alcali. Ad hunc modum præparatus Hæmatites, vtiliſſimus eſt ad vulnera, lupum, herpetam, quum ſanguis ab eis efferuens fluere cœperit: nam conſtringit venas, vt ſanguis nullus manare queat ex eis, vbi fuerit inſperſus.

Additio.

Huius præparati hæmatitis accipe ʒ. 1.
Gallarum ſcrup. ſs.
Serapini ſcrup. 1. ſs.
Olei de ferro,
De floribus malorũ quantum ſuf

ficit ad incorporandum in vnguentũ: nam in fœtentibus vlceribus, vt in herpeta mordace, æstiomeno, &c. oleum de ferro, & liquor mumiæ valde sunt vtilia.

Contra Menstrua.

℞. Hæmatitis ℥.iiij.
Masticis dissoluti ℥.x.
Carabe ʒ.I.ß.

Fiat mixtura cum decoctione per aquã aluminis, ablue postmodum. Notãdum tamen, ea menstrua mulierum sistenda fore quæ faciebus earum natiuum colorem auferunt, & vires naturales. Vbi decoxeris prędictam materiam diutius id est, horis septem, fiet mollis quędam pasta, ex qua formare trociscos poteris ad vsum vt suprà.

Additio.

Huius hæmatitis accipe ℥.I.
Piperis longi,
Nucis muscatæ, ana ʒ.ß.
Ranarum vel rubetarum cinerũ scrup.iiij. Fiant inde trocisci cum aqua mentæ. Dosis est à scrup. I. ad ij.

Ad profluuia matricis.

℞. Hæmatitis ℥.I.

Olei

Olei nucis muſcatæ,
Olei de granis actis,
Petrolei,ana ſcrup.iiij.

Miſceantur omnia ſimul in compoſitũ vnum,de quo detur ſcrup.1. cum aqua roſata, in qua radices plãtaginis coctæ fuerint. Hoc medicamento ſiſtuntur profluuia ſine doloribus vel contorſionibus. At ſi torſiones fierent indicium eſt lapidis.

Additio.

Huius hæmatitis accipe,
Aquæ marrubij,
Meliſſæ, ana ℥.1.

Miſceantur omnia. Doſis eſt à ʒ.ſs. vſq; ad ʒ.1.ſs.

Contra Dyſ*enteriam.*

R. Hæmatitis,
Corallorum rubeorum,
Spodij,ana ʒ.xv.
Seminis tanaceti ʒ.xv.

Fiant inde trociſci cum muſcilagine de viſco botin. Doſis eſt ℥.ſs.

Additio.

Poterit etiam adminiſtrari huius præparati parum in vino rubeo diſſoluti, in quo calybs candens extincta fuerit,

vel in bona theriaca.

Contra Diarrhœam.

℞. Hæmatitis,
Aluminis glaciei,
Croci Martis, ana podus ęquale.

Fiant inde trocisci, cum gummi Arabico dissoluto in aqua plantaginis, ex herbis & radicibus per destillationem tracta. Dosis est à ℨ.1. ad ℨ.1.ſs.

Additio.

Huius accipe hæmatitis ℨ.iij.
Perlarum ſcrup.ſs.
Mumiæ liquæfactæ ad pondus omnium.

Fiat mixtura, Dosis est à ℨ. ij. & ad ℨ. iij. vel iiij.

Saxifragi præparatio contra vsneam, arenam, pruinam, & grandinem.

Recipe Saxifragi ℥. *1.*
Boracis ℨ.ij.
Salis gemmæ ℥.vi.
Salis fusi ℥.1.

Stratificata reuerberentur vigintiquatuor horis in gradu quarto, postmodũ extrahatur alcali. Dosis est ℨ.ſs. in optimo vino.

Alia

Alia præparatio.

Recipe Saxifragi ℥.1. & reuerbera per se in supremo gradu, huius reuerberati accipe ℥.1. Alcali ex radicibus raphani maioris. ʒ.1.

Alcali ex radicibus petroselini ℈.1. Misceantur. Dosis est à ℈.1. vsque ad iij. vel iiij.

Additio.

Huius accipe saxifragi ℥.1.ß.
Seminis apij,
Erucæ, ana ʒ.1.
Medonis clarificati ℥.x.

Dosis est à scrupul. iiij. in vj. vel vij.
Perseuerandum erit in eo medicamento, tam diu, donec in lotio materia nulla tartari conspiciatur amplius.

ARSENICI PRAEPARATIO ad vlcera, vulnera, sirones, cancrenas, fistulas, &c.

Arsenicus est fulgor metallorũ, ex eorũ fumo proueniens, ex plũbo quidem optimus, postea ex argento & stanno: qui fiunt ex ferro & cupro sunt prædictorum etiã conditionis. Nihil est in

rerum natura, quod in curationibus vl cerum & vulnerumq́ superet arsenicum. Nam vbi rectè præparatus fuerit, siro- nes, vlcera, cancrenas, fistulas, &c. persa- nat: Verùm in præparatione venenum est ei prorsus auferendum, quod tribus modis fieri potest, videlicet ad mumiæ formam, balsami & liquoris adductio.

Arsenici prima præparatio, est eius in mu- miam reductio, ad hunc modum scili cet. Eiusdem forma mumiæ.

Recipe arsenici albi ℥.vj.
Salis fusi,
Colchotaris, ana ℥.1.ss.

Comisceantur & reducantur in secun- do gradu reuerberationis horis tribus vel quatuor: extractum pòst iterum tunde pręparaq́ue vt priùs, idq́ue ad mi nimum quinquies, quod eleuatum est semper excipiendo.

Additio.

Huius accipe mumiæ ℥.1.
Liquoris terebotin,
Myrrhæ, ana ℥.ij.

Fiant in modum olei, quo singulis duo- denis vtendum horis. Summū est mun dificatum in vulneribus, vlceribus o- mnibus

mnibus, etiam in æſtiomeno.

Arſenici præparatio ſecunda, eſt eius in balſamum reductio.

Recipe Arſenici albi ℥.x.
Talcis ℥.iiij.
Calcis viuæ ℥.xv.

Fiat mixtura quæ reducatur in quartũ reuerberationis gradum vigintiquatuor horis: cũm eleuatus erit in vitri formam, ſuperiùs exiſtẽtem accipe materiam, nam infra venenum eius in calce manſit in fundo. Quod eleuatum eſt cõtere minutim & in vitro poſitum vel ſuper marmor aut vitream tabulam in humido loco in oleum conuertetur, vel balſamum.

Additio.

Huius accipe balſami ℥ iij.
Olei vitellorum ouorum ℥.x.
Terpentinæ deſtillatæ ℥ 1.

Fiat mixtura, cuius vſus, vt etiam arſenici mumiæ, ſingulis duodenis eſt renouandus horis.

Arſenici præparatio tertia, eſt eius in liquorem talis adductio.

Recipe Arſenici crudi ant albi lib. ſs.
Salis nitri lib. 1.

Salis gemmæ ℥.ß.

Contere minutissimè, ac reduc in aper tam reuerberationẽ vigintiquatuor ho ris. Hic coniunctis, & ad reuerberan dum positis, arsenicus tribus candet ho ris, & postmodum liquefit: quo perce pto in aquam effundes, & extrahes eius alcali.

Additio

Huius accipe liquoris ʒ xv.

Corticum grantorum ʒ.vj.

Thuris ʒ.ij.

Muscilaginis de botin ℥.iij.

Et fiat mixtura.

Auripigmenti præparatio ad fistulas.

Recipe auripigmenti ℥.i.

Tartari calcinati ℥.iij.

Stratificata reducãtur in quartũ gradũ ignis vigintiquatuor horis, ad hunc mo dum fluit materia. Postmodum extra hatur, conteratur, & coquatur in aqua, sic decidit in fundum puluis albus, qui est auripigmentũ præparatum. Hoc in vitrũ vel super marmor, aut vitream ta bulã, vt antea dictũ est positum, in oleũ conuertitur, quod fistulis per siringam, vel filis immissum, excellentissimum

est

eſt remedium: item puluis antedictus inſperſus.

Additio.

Huius accipe præparati auripigmenti dragmam ſs.

Reſinæ pini ℥.j.

Ceræ tantum vt reliquorum. Fiat inde cerotum, quod fiſtulis applicetur.

Ad Cancrum.

Recipe auripigmenti ℥ v.

Fuliginis ℥. ſs.

Salis armoniaci ℥.iij.

Reducantur in reuerberationem quarti gradus, per diem & noctem, inde fiat alcali, quod contra cancrum eſt ſummum arcanum.

Additio.

Huius auripigmenti ſume ʒ.v.

Cinerum ex fimo columbino,

Olei vitellorum ouorum quantum ſufficit ad formandum vnguentum, quo ad cancrum vtere.

Ad æſtiomena.

Recipe Auripigmenti ℥.iij.

Aluminis calcinati ℥.vj.

Reducantur vti proximè dictum, & fiat alcali.

Additio.

Huius accipe ʒ.vj.
Liquoris mumiæ ʒ.ij.
Olei rosacei ℥.j.ss.
Muscilaginis seminum psillij ad pondus omnium.

Fiat ex istis cataplasma vel vnguẽtum. Si tamen patiẽtes de ardore vel inflammationibus conquerantur, illinenda sunt vlcera hæc oleo camphoræ, priusquam applicetur medicamentum.

Sulphuris præparatio ad Apostemata acuta, vt Pleuresim, Pestem, & similia.

Recipe Sulphuris viui lib.j.
Colchotaris,
Salis fusi ana lib.ss.

Trita reduc in sublimationem, & eleuatum iterum sublima quater aut pluries, quò sæpius eò melius, vt anteà procedendo.

Additio.

Huius accipe ℥.ss.
Olei nucis muscatæ. ʒ.j.
Aquæ veronicę præparatæ ad põdus omnium, & fiat haustus.

In Asthmate.

Recipe Sulphuris fusi lib. j.
De flaxis sandali rubei,
Cupressi & Pini ana lib. j.
Stratifica, reuerbera, & postmodum extrahe suum alcali. Huius alcali sume ℥. x. Myrrhæ ℥. v. sublima rursus. Deficientibus omnibus aliis medicamentis, istud erit optimum.

Additio.

Huius accipe sulphuris ℥. ß.
Thebaici correcti ʒ. iij.
Theriacę quãtum sufficit ad bolum formandum. Dosis eius est ℈ j. in ij. vel ʒ. j. vsque.

Ad conseruationem sanitatis.

Recipe Sulphuris ℥. iiij.
Croci orientalis,
Mirobalanorum chebulorum,
Belliricorum ana ℥. j.
Olei granorum iuniperi quantũ satis est ad incorporandum, paulatim & igne leui sublimetur.

Additio.

Huius accipe sulphuris ℥. ß.
Myrrhæ rubeæ,
Croci oriẽtalis ana ʒ. ß. & scrup. j.
Aloe hepatici ad pondus omniũ:

Dosis est scrupul. ſs. vſq; ad ſcrupul. j.

TRACTATVLVS TERtius de Gemmarum obſcurarum & perſpicuarum præparationibus.

Corallorum ad menſtruum & profluuium reſtringendum præparatio.

Recipe Corallorum ℥. ſs.
Olei myrtillorum ʒ. j.
Olibani ℥. j. ſs.
Salis fuſi ℥. ij.

Miſceantur & in ignis quarto gradu reuerberentur horis duodecim, non diutius, & poſtmodum aqua plantaginis abluito.

Additio.

Corallorum eiuſmodi præparatorum accipe ʒ. j,
Seminum tanaceti,
Plantaginis ana ſcrup. j. ſs.

Fiat puluis, qui cum vino bono ſaleq; modico infuſus in ouum, adminiſtrandus venit, aliàs non iuuat.

Contra venenum aſſumptum,

℞. Corallorum optimè tritorum ʒ. ij.
Aquæ liguſtici lib. ſs.

Vi-

Vitrioli albi ana ʒ.ij.
Ponantur in digestionem secundi gradus ignis per mensem, quod rubeum fuerit, extrahatur & coaguletur. Quũ ad venenum eo fuerit vtendum, spiritus à corpore separandus venit, vt venenum etiam est sine corpore: quare tincturam accipe rubeam existentem in fundo.

Additio.

Huius accipe pręparati coralli scrpu. v.
Theriacæ ℥. ss.
Radicis lappatij maioris ʒ. v. & ℈ ij.
Alcool vini exsiccati lib. ss.
Maneant in digestione diebus septem. Dosis eius est à granis quindecim in ℈. ij. Poteris ei, qui venenum sumpsit, remedium hoc in aquæ prunellæ ʒ. ij. & hoc sæpius repetendo, potandum exbibere vice mox ad vicem subsequente, sic vt sudet, ac dolorem in membris nullum sentiat amplius.

Signum accepti veneni.

Primò laborant orexi, demum faciei color adimitur, postea venenum ad membra se transfert, vt intumescant: signis eiusmodi perceptis, sine mora

dentur præparatorum, vt ſuprà, corallorum vnà cum additione ſua in aqua prunellæ vel roſacea, grana quindecim,& poſt horas duas iterum,&c.

In tonitruis.

Recipe Corallorum ʒ.vj.
Cinerum cumini Romani,
Fabarum ana ʒ.iij.
Aluminis pręparati ad pondus omnium. Fiat mixtura, digeratur cum alcool vini exſiccati lib.ſs. duobus vel tribus diebus, poſtmodum exſiccato.

Additio.

Horum accipe corallorum ʒ.ij.
Specierum diacimini ℥.ſs.
Sanguinis hirci pręparati ad pondus omnium.
Fiat mixtura, quæ digeratur cum lib.ſs. alcool vini exſiccati, duobus vel tribus diebus, tum exſiccetur.

Ad incantatum, obſeſſum, tumidum & melancholicum.

R. Corallorum ℥.iij.
Viſci quercini,
Hypericonis ana ℥.iiij.
Storacis calamitæ,

Lau-

Laudani,

Gummi ana ʒ.j,ſs.

Vrinæ diſtillatæ lib.ij.

Reduc in decoctionem clauſo alembico duodecim horis, poſtea deſtilla, & quod aſcenderit, iterum affunde, facq́; vt ſuprà. Sic præparata coralla rubeſcunt magis atq; dureſcũt: quare prius terenda ſunt.

Additio.

Horum accipe corallorum ʒ. viij.

Angelicæ ʒ.xv.

Viſci quercini ℥.j.ſs.

Miſce cum aqua hypericonis. Doſis eſt ℥.ſs. vſque in ʒ.vj.

MAGNETIS PRAEPARATIO.

Ad vulnera & vlcera cum flaxis & fragmentis.

R. Magnetis ℥.j.

Calcis ouorum ℥. vj.

Stratificata reuerberato per diem & noctem in quarto gradu: poſtmodum aufer calcem,&c.

Additio.

Huius Magnetis accipe ℥.ſs.

Carabe ℥.ij.pulueriza tis,his adde

Oppodeltoch aut apoſtoliconis lib. ſs. quo cum amalgamentur dicti pulueres.

De gemmis pellucidis.

Gemmæ tranſparentes quadruplices præparationes habent (quamuis & crudæ virtutes optimas in ſe contineant) & iuxta præparationes vſus earum eſt.

Chriſtalli præparatio ad lactis generationem.

Chriſtallus peculiarem in generatione lactis virtutem habet, ſi mulieribus adminiſtretur per os bene præparatus, ad hunc modum.

Chriſtalli reuerberatio.

R. Chriſtalli lib. j.
Aquæ entali lib. ij.

Fiat mixtura per imbibitionem, quæ reuerberãda eſt viginti quatuor horis, vt ex libra verto fiat: huius doſis eſt ʒ. ij.

Additio.

Huius præparati ſume chriſtalli ʒ. ij.
Spermatis meliſſæ,
Lactucæ ana ℥. ſs. & ʒ. ſs.

Fiat puluis, quem in aqua propinabis amigdalina.

Chri-

Christalli calcinatio & sublimatio.

R. Christalli ℥.j.

Salis armoniaci ℥.iij.

Ambo subtilissimè puluerata sublimentur, idq; sexies fiat, christallum vice qualibet amouendo.

Additio.

Huius eleuati christalli sume ℥. ſs.

Aquæ communis destillatæ ℥.iiij.

Fiat alcali, cuius dosis est ʒ. ſs.

Christalli distillatio.

℞ Christalli eleuati ℥.j.

Aquæ nitri & aluminis sine destillatione ana ℥.ij.

Digerantur optimè, postea destillentur, destillatum hoc siccetur, & siccum resoluatur, igne lento coagulatur, & in cella penuaria perquàm humida libenter soluitur in aquam. hæc est vltima christalli præparatio, cuius dosis est scrup.j.

Ad eundem processum præparatus rubinus, admirabilem virtutem habet contra dysenteriam, verùm iuxta præparationem dosis eius limitanda.

Crudi dosis est ʒ.j.

Reuerberati ʒ.ij.

Calcinati ʒ.j.
Eleuati.ʒ.ſs.
Deſtillati ſcrup.j

Pariter & Granati ſecundum proceſſum anteà dictum, collyrium exhibent efficaciſſimum ad cataractas vel neuthas oculorum. Similiter contra hœmoptoicam deſtillati Smaragdi ſunt optimi.

Saphiri etiam deſtillati, cordis pulſationem vel tremorem auferunt: ſic de reliquis omnibus intelligendum, videlicet quamcunq; gemmam ſuas vires exerere, quas Bartholomæus Anglicus deſcripſit in aliquibus, atque virtutes.

Additio pro granatis ad cordis pulſationem vel tremorem & hœmoptoicam.

Deſtillatorum accipe granatorũ ℥.ſs.
Aloe hepatici ʒ.iij.
Sulphuris præparati ℥.ſs.

Fiat mixtura cum ſaccaro clarificato. Doſis eius eſt ʒ.ij. vſque in iij. Hoc medicamentum eſt adminiſtrandũ quinque ſucceſſiuis diebus, vbi tremor cordis nullus amplius adfuerit, ceſſandum erit.

Ad-

Additio pro Saphiris.

Præparatorum vt suprà, cape saphirorum ℥.iij.

Ambræ dissolutæ ℥.ss.

Storacis calamitæ scrup.j.

Misceantur. Dosis est scrup.j. & quandoq; scrup.j.ss.

Smaragdus mulieres corroborat in doloribus earum, quibus etiam est efficacissima præ cæteris medicina, vbi præparatus atque destillatus fuerit, vt suprà de cristallis narratum est.

Additio pro Smaragdis.

Recipe Smaragdorum præparatorum scrup.j.

Liquoris melissæ ʒ.j.

Abrothani ℥.ij.

Fiat mixtura. Dosis est à tribus guttis in sex,&c.

Additio pro hyacinthis præparatis.

Hyacinthorum sume præparatorum scrup.j.

Gummi laudani scrup.j.ss.

Commisceantur. Hęc est excellentissima contra febres medicina summáque, ex putrefactione terræ,nec non

aquæ prouenientes. Quos febres eiuſcemodi vexare ſolent, bibant ſingulis annis bis, & omnibus coniunctionibus Solis cum Luna, quatuor aut quinque guttas, & ſecuri futuri ſunt ab eis.

TRACTATVLVS QVARTUS de Præparatione ſalium, & primò de Vitriolo.

Vitrioli præparatio contra ſpecies caduci, videlicet Analepſiam, Catalepſiam, & Epilepſiam.

R. Vitrioli cuperoſi lib. j. Phlegma ſuum abſtrahe per deſtillationem: hoc iterum ad corpus affunde ac deſtilla: poſtea deſtilla & reaffunde: ſic repetendo quater igne quarti gradus. Doſis eius eſt ſcrup. ſs. in ſcrup. integrum, ante & poſt paroxiſmum. Cùm aliquis morbus ex vitriolo procedit, hoc ipſo curari debet etiam. Caducus in ſale vitrioli conſiſtit: quare de hoc admininiſtrato, quum morbus operationem habet ac pòſt.

Additio.

Vi-

Vitrioli ſic præparati ſume ʒ.j.
Liquoris viſci quercini,
Orizontis ana ſcrup.ſs.& grana iij.
Fiat mixtura. Caduci locus aut ſimptoma eſt in nuca: pinguedine caſtoris igitur locus hic inungendus eſt, & plurimùm iuuat.

Vitrioli præparatio in ſuffocatione matricis.

Recipe Vitrioli à phlegmate & colchotare purgati ℥.ij.
Pulegij ℥. iij.
Alcool vini ℥.ſs.
Reduc per deſtillationem iuxta neceſſitatem. Doſis eſt ſcrup. ſs. & nonnunquam integer. Maximum & efficaciſſimum eſt contra ſuffocationem in matrice remedium.

Additio.

Huius accipe liquoris vitrioli grana vij.
Granorum actis ʒ.j.
Alcool vini ʒ.j,& grana vij.
Fiat compoſitio, quæ ponatur ſuper vmbilicum. Si cum vomitu ſuffocatio fieret, vtendum erit alijs medicamentis per os, vt anteà dictum eſt.

Contra siphitam strictam & guttam.

R. Vitrioli pręditi & præparati ℥.j.
Alcool vini ℥.ij.
Aluminis iameni ℥.ſs.

Reduc in liquorē ignis quarto gradu. Dosis est extrinsecùs ʒ. ſs. intrinsecùs grana vj. vsque ad ix: Extrinsecùs ad locum applicandum est medicamentum hoc, vbi morbus originem sumit vt in pulsum, in quo symptoma: si tamen extendatur morbus latiùs, super ligetur medicamentum ambabus venis pulsatilibus. In siphita praua, laxatio non contemnenda venarum, quæ nullius est vtilitatis in siphita stricta. In Gutta, medicamentum est in extremitate linguæ ponendum, vbi gustus, &c.

Additio in siphita.

Huius cape vitrioli præparati ʒ.j.
Hypericonis seminis ℥.ſs.
Ambræ grana vj.

Misceantur, &c.

Vitrioli summa præparatio hæc est, ad suæ operationis supremam exaltationem, à Deo sibi datam, vt separes à colchotare, tum demum addas æquale pondus alcool vini, postmodum pa-

nem

nem ſiligineum igne toſtum inijcias, & in equino fimo per menſem digeri ſinas. Quo facto ſepara liquores à pane per deſtillationem, & iterum alcool à vitriolo per balneum igne primi gradus. Nota quum vitriolum acetoſitatem ſuam perdit, nullam in eo manere virtutem.

Vitrioli albi præparatio contra Neutham, & alios dolores oculorum.

Recipe vitrioli albi ʒ.v.
Olei de ſiligine ℥.ſs.
Olei ex champhora ʒ.ij.

Putrefiāt in equino fimo per menſem, & poſtea deſtillentur per deſcenſum.

Neutha vocatur pellis ſuper oculū creſcens, aurem, &c. propter partum, & in quouis loco faciei, prout oculis, aūribus, vel ore pariter & vulua.

Si Neutha ſuper oculum ex partu creuiſſet, hoc deſtillatū ſæpius tribuendum erit cum aqua euphragiæ, roſarum, vel fœniculi, quibus lymphabitur.

Additio ad exteriores dolores oculorum.

Huius accipe vitrioli præparati ℈.j.

Liquoris euphragiæ ſcrup.ij.
Liquoris papaueris rubei ʒ.j.
Fiat collyrium.

Oleũ ex ſiligine fit ad hunc modum Ponito ſiliginem ſuper laminam ferream igne calefactam,& pinguedinem exhibet, oculorum doloribus conuenientem.

Alia vitrioli præparatio contra Neutham.

Recipe Vitrioli albi ℥.j.
Olei tartari ʒ.vj.
Olei laterini ʒ. v.
Deſtillentur omnia ſimul.

Additio.

Huius accipe vitrioli præparati ʒ. ſs
Liquoris hyoſciami ʒ.ij.
Olei nucis muſcatæ grana vij.
Fiat collyrium.

ALVMINIS RVBEI PRAEparatio *ad vulnera cauernoſa,ſcabiem, pruritum,æſtiomena,vlcera putrida,humida,&c.*

Recipe Aluminis rupei lib.ij.
Aceti albi lib.ſs.

Salis

Salis fusi vertonem 1.

Fiat mixtura cum ebullitione, vsque in coagulationem destilla. Hac aqua lauentur vlcera cauernosa & alia, mirum inde remedium percipietur. Quod curam istam non admiserit aliam non recipiet.

Alia præparatio aluminis contra quæuis vlcera.

Recipe Aluminis rupel. lib. x.
Succi chelidoniæ,
Plantaginis, ana lib. 1.
Parthenionis, ana lib. ß. & destilla.
Huius aquæ sume lib. 1.
Aquæ communis lib. x.

Fiat balneum calidum vt pati patiẽs vix possit. Optimum est etiam in alopecia tineaque remedium.

Aluminis plumosi præparatio contra lethargiriam, paralysim, & membra stupefacta.

Recipe Aluminis plumosi ℥. vj.
Colchotarini resoluti ℥. iiij. ß.
Salis armoniaci ʒ. iij.
Reduc in resolutionem.

Additio.

Huius aluminis præparati sume ℥. 1.

Sanguinis draconis ℥.iij.
Liquoris mumiæ ʒ.vij.

Fac vnguentum: locus eſt in occipitio, & in principio nuchæ perungendus.

Ex plumoſo procedit virtus inſenſitiua, quare cura pariter inde petenda eſt.

Entali præparatio.

Recipe Entali.
Tartari communis, ana ℥.ij.
Carabæ,
Maſticis, ana ʒ.ij.ſs.

Reuerberentur in ſecundo gradu ignis, poſtmodum extrahas alcali.

Locus vētris profluuij eſt in vmbilico: hœmorrhoidarū autem in ſpina dorſi.

Additio in profluuio.

Huius præparati ſume Entali ʒ.1.
Boti aduſti ʒ.iij.
Hæmatitis correcti ℥.1.ſs.

Commiſceantur, &c.

Additio contra hæmorrhoidas.

Entali præparati vt ſuprà ſume ʒ.iij.
Corallorum præparatorum ℈. iiij.
Olei nucis muſcatæ quantum ſufficit ad formandum vnguentum.

Locus vnctionis eſt ſpina dorſi.

Salis Anathron præparatio.

Ana-

Anathron est species salis ex vsnea quadam alba super lapides crescente, quæ in aqua decocta, formam concipit aluminis in aspectu, gustu quidem acidum existit, & postremò vitri formam concipit, &c.

Contra fistulas, Scintillas & scrophulas.

Recipe Salis Anathron ʒ.vi.
Cineris fabarum ℥.ii.
Calcis ex testis ouorum ℥.iij.

Reuerberentur in quarto gradu ignis horis duodecim, & extrahatur alcali. Verùm quòd anathron secum gerat Mercurium volatilem, correctione hac opus habet.

Correctio per additionem.

Huius anatri supradicti sume ℥.ii.
Butyri crudi ℥.iiii.
Pinguedinis murmentorum ℥.iij.

Fiat vnguentum, &c.

Salis gemmæ præparatio contra hydropisin, & ictericiam.

Recipe Salis gemmæ,
Succi titimali, id est, esulæ minoris, ana ℥.1.
Gummi ex cerasis ad pōdus omniū.

Fiat bolus, & reuerberari sinas in tertio

gradu per duas horas,&extrahas alcali. Dosis est à granis viij. vsque ad xij. Loco diagridij,trociscos alandahal sumere poteris.

Additio.

Huius accipe salis gemmæ scrupul.ss.
Reboli,id est,veræ mumiæ,
Liquoris cētaureæ,ana scrupul.iiij.
Misceantur. Dosis est à granis iiij. vsq; in xij.in ouo sumpta.

Eiusdem præparatio in alijs morbis.

Huius accipe salis gemmæ ℥.1.
Succi catapotiæ ℥.ij.
Farinæ tritici,ad pondus omnium
Fiat inde panis optimè coctus de quo detur ℥.1.in ℥.ij.

Salis peregrinorum costructio, ad stomachi confortationem in bonam digestionem,& à putredine præseruationem,&c.

Recipe Salis nitri,
Salis fusi,
Salis gemmæ,ana ℥.1.
Galangæ maceris.
Cubebarum,ana scrupulum 1.
Fiat puluis. Dosis est granorum iiij. manè ieiuno stomacho. Quicumq; hoc sale nauigans in mari fuerit vsus, non euomet.

Salis

Salis peregrinorum præparatio.

Istius accipe salis ℥.iij.

Alcool vini exiccati lib. ſs.

Extrahatur alcali.

Huius accipe ℥.ij.

Liquoris granorum iuniperi cist. I.

Reduc in compositum. Dosis est granũ vnum in optimo vino: nil præterea debet addi, alioquin salis virtutem amittit. Hæc est eius præparatio cum additione, quam Hermes in maximo pretio habuit ad vitæ longæ conseruationem.

Salis nitri præparatio contra Pleuresim.

℞ Salis nitri lib. ſs.

Tartari crudi lib. I.

Destilla per sextum alembicum. Dosis eius est scrup. I. vsque ad scrup. I. ſs. in aqua fontana bona vel in optimo vino. Propinari debet mane, sub meridiem, vesperi, & sub mediam noctem. Sæpius enim administrandum est, vt purget per vrinam.

Additio.

Huius accipe ℥.ij.

Aquæ Cæsaris aut regis scrup. ſs.

Alcool vini exsiccati ʒ.v.

Fiat mixtura. Dosis est à ʒ.ſs.in 1.ſs.

Eiusdem præparatio ad vlcera cauernosa.

R. Nitri,

Aluminis, ana lib.ſs,

Aquæ fontis lib.ii.

Destillentur in aquam.

Additio.

Accipe aquæ plantaginis,

Chelidoniæ,

Foliorum quercus, ana lib.ſs.&c.

TRACTATVLVS QVINTVS
De preparationibus metallorum

Auri præparatio contra paralysin, tremorem cordis & synthenam.

R. Auri puri & purgati à suis mineralibus ʒ ii.

Aquæ salis gemmæ ℥vi.

Reduc in vnum, & separa per alcool vini: postmodum accipe,

Croci ʒ.ii.

Alcool correcti ʒ.vi.

Misceantur. Dosis est à granis iii.vel iiii. in vi.

Additio.

Huius accipe Solis præparati ſcrup.1.
Aquæ Lauendulæ correctæ,
Alcool vini atq; ſpiculæ, ana ℥.1.
Doſis eſt ſcrup.1.

Contra febres & acutos morbos.

Accipe foliorum auri liquefactorum ex aqua mellis ℥.ii.
Alcool correcti ℥.ii.
Separetur aqua mellis. Doſis eſt à ℈.ſs. in integrum.

Additio.

Huius auri præparati accipe ſcrup.iiii.
Succi centaureæ,
Salis nitri, ana ℥ ii.
Doſis eſt ſcrup.ſs. vſque ad ſcrup.1.ſs.

Contra matricis dolores, hecticam, & peripleumoniam.

℞ Auri extincti per aquam chelidoniæ ʒ.xiii.
Mirobalanorum Indorum,
Chebulorum, ana ʒ 1.
Digerantur diebus ſeptem. Separa tandem aquoſitatem à medicina. Doſis eſt à ſcrup.1. vſque in ʒ.1.

Additio.

Huius auri præparati cape ſcrup.1.

Olei nucis muſcatæ ℥.ſs.
Olei cariophillorum ʒ.1.
Doſis eſt ſcrup. ſs. vſq; ad integrum.
Deſcriptio aquæ ſalis gemmæ.
R. Salis gemmæ lib.ſs.
Aquæ pluuialis lib.1.
Deſtillentur per retortum vſque dum ſubſtantia tota ſalis per vitrum aſcenderit.
Auri purgatio.
R. Auri ℥.ſs.
Antimonij ℥.iij.
Liquefac in regulum, hac via tollitur omne quod impurum eſt ab auro: hoc in fundo lebetis reſidebit.
Argenti præparatio contra cerebri dolores, debilitatem ſplenis & hepatis defectus.
R. Argenti laminati ʒ.iij.
Salis gemmę ʒ.vj.
Stratificata reuerberato viginti quatuor horis, poſtmodum extrahatur alcali: quod iniectum in alcool vini maneat per dies aliquot, & reſoluetur vt vinum ardens: hoc per deſtillationem ſeparetur, & iterum in fundo habebitur alcali, quod in vitro poſitum iterum
ſoluitur

ſoluitur. Huius doſis eſt à granis v. ad vj. vel xij.

Alia præparatio Lunæ ad morbos qui dicti ſunt, & contra profluuium.

R. Argenti laminati. ℥. 1.
Sulphuris purgati ℥. iiij.
Reſinæ pini ℥. ij.

Fiat inde bolus quem accendas, & poſtea reducas per fontanam aquam. Doſis eius eſt ſcrupul. 1. vſque in ſcrupul. 1. ſs. Iſta præparatio bona eſt, at prior eſt melior.

Præparatio contra profluuium.

R. Limati argenti ℥. 1. Reduc in calcem per aquam Regis.
Huius accipe calcis ʒ. ij
Tartari crudi ℥. ſs.

Reducantur in quarto gràdu, & extrahatur eius alcali.

Deſcriptio aquæ regis.

Recipe Nitri, Aluminis,
Vitrioli, ana lib. ſs.

Deſtillentur in fluidam liquefactionis àquam.

Modus extrahendi alcali.

R. Argenti prout dixi quantũ libuerit
Alcool vini,

Aquæ chelidoniæ,ana ℥.x.

Reducatur per euaporationem. Dosis est ſcrup.1.vſque ag ſcrup.1.ſs.

Stanni præparatio contra ictericiam.

Recipe Stanni calcinati lib.1.

Salis ℥.v.

Cineris fabarum lib.ſs.

Reduc per ignem ad formã lithargirij.

Huius accipe ℥.x.

Alcool vini lib.ſs.

Ex diſſoluto fac alcali. Doſis eſt à granis vj.in xj.

Additio.

Huius accipe ſtanni ſcrup.iiii.

Aliptæ muſcatæ ſcrup.1.

Bedelij ſcrup.ij.

Doſis eſt ſcrup.1.in duos & ſemis.

Præparatio in Aſcite.

Recipe Stanni purgati ℥.1.

Antimonii ℥.ij.

Naturæ cineris ad pondus omniũ.

Reuerberentur horis 24. Poſtmodum accipe huius calcinatæ materiæ lib.1.

Alcool vini lib.ſs. Fiat alcali.

Doſis eſt ʒ.1.& quandoque ʒ.1.ſs.

Additio.

Huius

Huius accipe ſtanni præparati ʒ.ſs.
Sanguinis draconis ʒ.ij.
Liquoris tapſi ℥.1.Miſceantur.
Doſis eſt ℥.ſs.

Præparatio contra vermes.

Recipe Stanni ʒ.iij.
Salis communis ℥iiij.
Aſphalti ℥.j.
Aduſtione fiat puluis.Doſis à ʒ.ſs vſque ad ʒ.iij.

Additio.

Huius accipe ſtanni præparati ℥.1.
Seminis colocyntidis,
Plantaginis,ana ʒ.vj.fiat puluis.
Doſis eſt ʒ.1.vſque ad ʒ.1.ſs.

Cupri vel veneris præparatio. ad vlcera.

R.Veneris lib.1.
Botri immaturi lib.v.
Aceti lib.1.
Salis armoniaci ℥.ſs.
Ponantur in digeſtionē vaſe clauſo per menſem,& fiat alcali,hoc eſt flos æris.

Additio.

Huius accipe floris æris ʒ.1.
Vnguenti Agrippini ℥.1.
Lumbricorum terreſtrium ʒ.iij.

Fiat vnguentum.

Alia additio.

Huius floris æris accipe ℥.v.
Aquæ aluminis ℥.xv.
Fiat lauamentum.

Præparatio in vulneribus.

℞. Cupri lib.ſs.
Terpentinæ deſtillatæ lib. r.
Salis vulgi ℥.1.
Vitrioli ℥.ij.
Miſceantur & recondantur in vas clau ſum tribus mẽſibus, tum demum erit optimum balſamum. Ad huius olei flo ris ℥.1. adde olei communis ℥.1.

Additio

Huius accipe floris præparati ℥.1.
Olei anatheni ℥.iij.
Olei vitellorum ouorum ℥.ij.
Fiat linimentum.

Alia additio.

Accipe floris huius ℥.ſs.
Aloes hepatici ℥.1.
Liquoris conſolidæ ℥.iiij.
Miſce in formam liquoris viſcoſi.

Præparatio contra vermes.

℞. Veneris calcinatæ ℥.1.
Aquæ hypericonis,

Cen-

Centaureæ, ana ℥.vj.
Aquæ plantaginis,
Vini acetosi, ana ℥.iiij.

Digerantur diebus octo, postmodũ extrahatur alcali. Dosis est scrup.1.& quãdoque scrup.iiij. vel v. non vltra.

Additio.

Huius accipe floris æris ℥.1.
Saccari taberzet,
Succi liquiritiæ, ana ℥.ij.ss.

Pulverizentur. Dosis est scrup. ss. vsque ad integrum.

Ad oris vlcera præparatio.

R. Veneris cementatæ ℥.ij.
Candidi aluminis vsti,
Rupei, ana ʒ.vj.
Aceti destillati lib.1.

Extrahatur alcali.

Additio.

Huius accipe floris præparati.℥.1.
Aquæ chelidoniæ ℥.iij.
Aquæ aluminis ℥.1.

Fiat inde gargarismus.

Ferri præparatio pro stiptica virtute.

Recipe Limaturæ ferri lib.1.
Salis communis lib. ss.

Aquæ fontanæ quantum sufficit ad incorporationem. Septimanis quatuor ita maneat, postmodũ reuerbera tã diu donec in puluerem omnino redigatur.

Additio.

Huius accipe croci ℥.1.
Boli adusti ℥.iij.
Terræ sigillate ʒ.v.

Fiat puluis, quo poteris etiam ad vlcera quæuis vti, ac ad vulnera quæ exiccationibus indigent, vel incarnatione, &c. Si tamen extrinsecùs & intra corpus administrandum sit, cum bono vino rubeo propinetur eius ʒ.1.

Pro virtute constrictiua.

Recipe Limaturæ ferri lib.ß.
Aquæ aluminis lib.ß.
Aceti destillati lib.ß.

Maneant in digestione per mensem: abluantur postmodum, & in crocum reuerberentur.

Additio.

Huius accipe croci Martis ʒ.1.
Myrrhæ ʒ.ß.
Croci orientalis scrup.1.

Puluerizentur. Dosis eius est ℈. ij. in iiij.

Pro

Pro virtute exsiccatiua.

Recipe Limaturę ferri lib.ij.
Aquæ vitrioli lib.ſs.
Macerentur per menſem, poſtmodum reuerberentur in puluerem.

Additio.

Huius accipe ℥.iii.
Balauſtiarum ʒ.i.
Succi de acatijs ad pondus omniū.
Fiat electuarium.

Saturni præparatio pro incarnatione.

Recipe Cinerum Saturni lib.1. Coquantur in aceto quatuor horis. Hæc eſt eius prima pręparatio, qua redditur aptus ad incarnandum vulnera Saturnus, cōſolidandum, & carnes optimas efficiendū.

Ceruſſa ſit ex plumbo, quæ aqua madefacta plurimùm candida fit in Sole, & aſſata poſtmodum ſuper ignem fit minium.

Mercurij præparatio pro incarnatione.

R. Mercurij pręparati in puluerem ℥. ii.
Aquæ Cæſaris ℥.x.
Reduc per deſtillationem in balneo vicibus aliquot. hoc modo redigitur in oleum quod mirum in modum ſanat,

ac citiſſimè vulnera quęque nec non vlcera. Verùm quod ſpumare faciat,oſſaque denigret, vtendum eſt eo cum cautela.

Mercurius laxatiuus.

Recipe Mercurij coagulati albuminibus ouorum ℥.1.

Aquæ aluminis ℥.vj.

Deſtillentur in cineribus,vt fiat puluis. Doſis eſt grana iij. vſq; ad grana v. Purgatiuum hoc eſt efficaciſſimum in morbis ex leproſa humiditate prouenientibus,vt in puſtulis,paralyſi,guttæ ſpeciebus,hydropiſi humida,&c.

LIBELLVS SECVNDVS DE Præparationibus naſcentium ex terra, & primò terpentinarum & gummi ſpecierum omnium.

Terpentinæ præparatio ad enecandum vermes.

Recipe Terpentinæ lib.1.

Aquæ centaureæ lib. ſs. ablue, & eius accipe ℥.1.

Agarici ʒ.ij.

Aloes hepatici ʒ.ſs. Commiſce.

Doſis

Dosis est per os ʒ.j.vsque ad ij.vel iij.

Ad sanandum vlcera.

Recipe Terpentinæ ℥.iij.
Succi alkakengi ℥.vij.Ablue.
Huius accipe terpentinæ ℥.iiij.
Thuris ℥.ſs.
Gallarum ʒ.j.ſs.Commisce.
Dosis est ʒ.ſs. & nonnunquam integra.

Additio.

Huius accipe terpentinę ℥.ij.
Olei destillati non ardentis ℥.j.ſs.
Visci lumbricorum terrestriū ℥.v.
Fiat vnguentum.

Ad vulnera.

Recipe Terpentinæ lib.j.
Aristolochiæ rotundę ℥.iiij.
Lumbricorum terrestrium ℥.vj.
Destilla,&c.
Item,Recipe Terpentinæ lib.ij.
Olei communis vertonem j.
Olei laurini ℥.j.Destilla,&c.

Additio.

Huius accipe ℥.ij.
Consolidæ maioris ℥.ſs.
Aristolochiæ rotundę recentis,
Aloes hepatici ana ℥,iij.
Fiat cataplasma.

Additio vulneribus & vlceribus accommoda.

Accipe terpentinæ destillatæ lib.j.
Croci Veneris,
Croci Martis ana ℥.j.

Digerantur septem vel octo diebus & vulneribus aut vlceribus superligetur id, bis in die.

Masticis præparatio contra dolores stomachi.

Recipe Masticis ℥ iij.
Alcool vini lib.ss.
Galangæ ℥.j.

Destilla per alembicum. Dosis est ℈. ss.

Additio.

Huius accipe masticis ℥. ij.
Maceris,
Olei croci corporalis,
Galangæ ana ʒ.j.ss.

Dosis est scrup. ss. vsque ad integrum.

Ad vlcera interiora

Recipe masticis ℥.ss.
Hermodactylorum ʒ.ss.

Destillentur simul. Dosis est grana iiij. & quandoq; decem in optimo vino.

Alia præparatio.

Recipe Masticis ℥.x.

Ter-

Terpentinæ ℥.v.
Petrolei ℥.j.

Omnia simul destillentur. Dosis per os est scrup. j. Externa quidem vnctio ter in die fieri debet, manè, sub meridiem & sub vesperam.

Additio ad priorem præparationem.

Illius accipe masticis præparati ℥.j.
Olei laterini ʒ.j.
Olei masticis scrup. j. ß.

Dosis est à granis octo vsque ad xij.

Ad iuncturarum dolores.

Recipe masticis ℥.vj.
Terpentinæ ℥.ij.
Galbani ℥.v.

Destilla per alembicum.

Additio.

Huius accipe masticis ℥.vj.
Olei laurini destillati ℥.j.
Vini ardentis,
Aceti ana ʒ j Fiat vnguentum.

Cæteræ præparationes vegetabilium mineralium atque metallorum deficere videntur: quare nonnullas suo loco restituere visum est, quas huc atque illuc per æmulos di-

stractas repperi, ne priuarentur istarũ artium amatores bona præparationum eiusdem authoris parte. Ingenuè tamen adiecisse me non de meo, sed ex præceptoris nostri thesauro prius fateri volui: æqui boniq; lector optime consulere velis, & Vale.

ELLEBORI SEV VEratri præparatio.

Præfatio in præparationem Ellebori.



LLEBORVM AVT Veratrũ duabus denominationibus propter colorem, vna quidem album: altera verò nigrum hactenus appellari consueuit, cùm tamen ex proprietatibus vtriusq; radicis propriè magis nominari deberet. Quapropter si verius à virtutibus denominare licet, albi radix iunior, & nigri senior vocabitur: hac de causa: Licet vnam & eandem virtutem ambę radices, in eo tamen differentem habent, quòd radix iunior, iunioribus tantùm infrà quinquagesimum annum existentibus, & senior

ſenior his,qui dictum annum excedũt, adminiſtrari debet. Nec de Elleboro ſolùm id à me dictum exiſtimetis, ſed etiam de reliquis herbis, & radicibus vtriuſque ſexus denominationem habentis, maſculei videlicet ac fœminei: quamuis propriè tales non exiſtant in ſua natura(nam vt illa minimè concurrunt) verùm vt medicus facere diſcrimen valeat, vnam iuuentuti, & alteram ſenectuti conuenire: ſicuti poſtmodum in Elleboro declarabimus.
Maximum certè penes medicos hoc delirium taxandum eſt,qui vix tantum ſapientiæ conſequuti ſunt hactenus,vt iudicaſſe potuiſſent, aliud eſſe de iuuene, longeq; diuerſum de ſene ſentiendum,tum quòd natura duplicem pharmaceuticen inſtituit. Præter eius ordinem itaq; foret, ſi iuuenis eo, quod ſeni conuenit vteretur,& è contrà. Ad eorum declarationem exemplo ſit Luna, quæ ſingulis renouata menſibus, creſcit à ſua iuuentute vſq; ad ætatis ſuæ medietatem: illa plenilunium vulgò dicitur,in quo iuuenta ceſſat aſcendere, deſcendereq; ſenectus incipit vſ-

que ad finem ætatis illius. Quod iam de Luna dictum est, non secus de hominis ætate, cuius illa iuuentutem & senectutem præfigurat, intelligi debet. Eadem enim inter ascensum & descensum, quæ inter iuuentutem & senectutem est differentia. Quiuis ergo medicus Lunæ naturam & proprietates exactissimè prius intelligere, demùm hominis ætatem, vt est, ex ea cognoscere deberet, quæ quidem ætas à Luna tanquam à vero libro, non manu scripto necessariò discitur. Alia igitur est herbarum natura pariter & vsus in ascensu qui fit, alia sub Lunæ descensum: id vulgò mas in priori, fœmina quidem in posteriori dicitur ætate. Notandum est etiam, duobus omnia cõtineri numeris: quę numeris tamẽ subiecta sunt. Et cùm duo numeri simul cõueniunt, inde resultat integer ex duobus, quorũ neuter iam per seipsum integer existit. Quid igitur Ellebori senioris iunior ætas? quid iunioris altera prodest? Quũ verò simul ambæ cognitæ fuerint, homini medicamentũ, cùm ad priorem, tum ad posteriorem ætatem possunt

esse

esse perfectum atq; tutum. Et quia iuuẽtus & senectus simul esse nequeunt, nec etiam æquis librari ponderibus, at vna corrumpit alteram: iuuentus senectute non indiget, nec iuuentutę senectus, vti Luna iuuenis senectutem non admittit, nec etiam iuuentutem Luna senex. Diuisit Deus medicinam in duas partes, alteri neutram subijciens. Discriminis cognitio quoq; necessaria est inter morborum priorẽ & alteram ętatem: aliam quippe naturam habet Paralysis prioris ætatis, aliam in posteriore, aliam in priore curã ætate, nec non in posteriore diuersam. In Elleboro tota huius morbi cura continetur, cum discrimine senectutis & iuuẽtutis eius, ac morborũ differentia. Verbi gratia: Podagra duplex est, vna prioris altera posterioris ætatis, quarũ Elleborum est integra cura, & integra cura est in Elleboro, non tamen ambæ possunt in eadẽ radice existere: quapropter ipsamet natura diuisit, vt corruptiones nõ concurrerent. Herbarum itaq; diuisionum, ætatum, medicamentorum & hominis estote memores, vt arcani se-

cretiq; naturæ maximi, quod quisque medicus ex Astronomia natus intelligere potest. Putatitijs alijs medicis rerespondendum est, non solùm quòd istos per ea, quę dicta sunt absolutos velim, sed veris medicis etiã proponam, talem in ipsa natura fieri diuisionem, per quam vnumquodq; relegatur ad suum locum, ad quem naturaliter ordinatum est. Vt medicamentorum vires eo loci perueniunt ad quem debẽt, id est à natura disponuntur, nec aliò se per artem trahi sinunt: sic etiam à sua in aliam ætatem duci, nullo modo se patiuntur. Testa quidem ad vnum locum in corpore se recipit, vitellus oui rubificatur, & in crystallinam formam testa per artem reducitur: sic etiam alio loco sunt contraria, quum in aliena vel extranea subiecta proijciuntur.

Præparatio foliorum Ellebori nigri.

POstquam Ellebori nigri folia siccata fuerint in vmbra flatibus orientalis venti, vel subsolani, si terãtur in puluerẽ subtilissimum, & cum æquali

sui

ai pondere sacchari puri misceantur, unt præparata. Medicorum & philoophorum primi, quibus & sanitatis, & itæ longę conseruationis maxima cua fuit, horum foliorum vsum exercuerunt: cui bonum adiecerunt vitæ reginen omnibus apprimè necessarium, qui ad hunc finem pertingere nituntur. Ab ætatis anno 50 cœperunt in finem vsque vitæ medicamento, quod narratum est, vti, anno quidem 365 diebus vt nunc supputato. Factum est, vt inde sine morbis, at sani terminum vitæ suum adimpleuerint: nullum in illis vlcus, apostema, nec in hepate, nec in pulmone, multò minus in splene locũ habuit. Nullus etiam fluxus chirurgicam artem concernens, vt sunt vlcera, lupus, cancer, & id genus alia, nec intrinsecùs catharrus aliquis nasci potuit, quo Paralysis, Podagra, Chiragra, vel alij dolores, vt in coxis vel renibus, frigidi vel calidi (qui senibus communiter euenire solent) aut febres, vt sunt quotidianæ, tertianæ, quartanæ, vel aliæ, succrescere potuit. In illis nulla putrefactio generata est, propter quam

halitus fœtere potuiſſet, aut vermes procreari: quorum ſi plenā hiſtoriam deſcribere velim, plurimis folijs cōplecti minimè poteſt. Poſtmodū humoriſtæ ſurrexerunt medici, qui ſecreta naturæ contemnentes, & omnia præter ſuam nullibi fundatā theoricam, abſq; naturę proprietatum cognitione vera, purgationes, clyſteria, nec non ſyrupos excogitarunt, quibus vno die tantū efficere poſſe, quantum hęc folia viginti vel triginta perperam conati ſunt: hinc herbę cōtemptus huius & obliuio, cuius locum purgationes & clyſteria tenent, orta ſunt. Memini tempore meo plurimos catharroſos, pituitoſos, ſcabioſos, & alijs morbis onuſtos, qui hac vſi fuerunt ex antiquorū ordine, ſanitatemq́; ſuam ex renouatione ſuæ naturę prorſus recuperarunt: quos etiam curare medicis humoriſtis impoſſibile fuiſſet, ac incognitum: quod nihil opere, ſed lingua tantùm pręſtare valeant. Sumpſerunt ſingulis diebus manè ʒ. ſemis vſq; ad L X X annum, poſt quem vſq; L X X X, vel ad finem vſque ſui termini ſexto quoque die ʒ. integram.

Nec

Nec eſt quod putaticij medici miren-
tur, naturam plus poſſe, quàm eorum
ars valeat: quid poteſt locis comparari
naturalibus? quicunque hoc, & artem
ipſam ignorat. Plus virtutis & virium
ineſt huic herbæ, quàm ſcribentum o-
mnium in Academijs lectorum libris,
ad vitæ longæ conſeruationem deſcri-
bitur. Quapropter antiquorum hoc
medicamento præ cæteris vegetabili-
bus ad vitæ longę præſeruationem de-
lectatus ſum.

De radice Ellebori nigri.

Radix Ellebori nigri virtutem ac vi-
res quatuor ſanandi morbos habet, ſci-
licet Caducum, Podagram, Paralyſim,
& Hydropiſim: hæc diligentiſſimè no-
tanda ſunt, præſertim quòd graues ad-
modum in ſeipſis morbi ſint, excellen-
tiſſima radicis huius etiam virtus exi-
ſtat. Vbi primùm Caducus ex membris
in caput venerit, iſta radice curari po-
teſt ſecundum gradum, quem habent
inter ſe communem, nempe radix &
morbus ipſe. Podagrã etiam in quouis

membro, ſuperiùs aut inferiùs exiſtentem in corpore (licet grauiſſimus morbus hic ſit) expellit: quia radicis huius virtus in gradu ſanationis æquè grauis exiſtit. Poſt Guttæ vel Paralyſis in latere iactum fundamentum, cauſans materia radicitùs hac radice tollitur, & per eam vita membris paralyticis reſtituitur. Non aliàs Hydropiſis fontes & riuos morbum hunc efficientes euacuat, & omne quod innaſcitur, eijcit. Quatuor huiuſcemodi virtutes habet radix iſta, quamobrem declaratione maiori, quàm hactenns ſit in dictorũ cura morborũ, opus eſſe videtur.

ADMINISTRATIO RAdicis Ellebori nigri ad morborum ſupradictorum quatuor curam.

Ad Epilepſiam & Podagram.

LVna deficiente, radix euellenda eſt in ſigno Libræ (quod morbo comitiali maximè conuenit) ac in Planeta Veneris, flatibus venti Borealis ad vmbram exſiccanda. Mos fuit antiquis,

quis, medicamentis vti sine additione, meus vtique modus hac vtendi radice, fundatissimusque processus est iste. Prius quã patientem commitialis morbus arripiat, tribus anteà diebus (si quo modo cognosci potest, vti penes aliquos aduentus terminus) purgetur: iunioribus in lacte, senioribus in vino dentur ad potandum ʒ. ij. pulueratæ radicis ter, id est, ad paroxismi diem vsque sæpius hoc repetito processu, quẽ antiqui tenuerunt. Itidem in podagra diebus successiuis antequam dolores percipiantur, purgetur patiens: quo facto, fluxus podagricus auferetur à toto corpore, sic vt hora paroxismi parum, aut nihil dolorum sentiat. Antiquiores Philosophi soliti sunt hoc loco sæpissimè purgare, sic vt Podagram omnem expulerint. Statim ac irruperunt humoristę, vnica plus hora, quàm integro natura potuisset anno, facere præsumpserunt: vt etiam illis creditum est, ita mox medicina funditùs periit.

Ad Guttam & Paralysim

Si vetustate confirmata sit, purge-

tur patiens, vt ſuprà. Radicis iſtius efficacia eſt, vt morbū hunc à fundamento quærat, nihilque relinquat in toto corpore, quod radicitùs non percurrat: quia contra huiuſmodi morbum gradum æqualem obtinet. Quicunq; pondus hoc ignorauerit, æqualia ſcilicet eſſe debere pondera, vnciamq́; ſemis prætererierit, non curabit huiuſmodi morbos. Quamobrem adminiſtrari debet hæc medicina pro perſonarum, infirmitatum, & commoditatis reſpectibus.

Ad Hydropiſim.

In hominibus aquæ fluxus atq; fontes incredibiles his, qui non viderunt, nonnunquam exurgere palàm eſt, veluti Moſes virga ſua rupem in Horeb percutiens, aquam effluere fecit: poteſt etiam fieri, vt Deus hominem flagello percutiat, ſicuti Moſes rupem: ſed quia miſericors eſt, dat etiam remedia, quorum vnum iſtud eſt. Purgetur patiens hac radice ſæpius intermiſſis vicibus: hac ratione fluxus ille tollitur, vt ſuper abundare nequeat amplius.

Elle-

Elleborus in Hydropisi superfluam exiccat aquam à scaturigine. Medico tamen animaduertendū est, vt pro morbi qualitate plus vel minus purget, quod pro virtute radicis, & exigentia factum erit.

De alijs morbis, quibus medetur etiam radix Ellebori nigri.

Quum in hominibus Caducus morbus, Podagra, Paralysis vel Hydropisis pullulare incipiunt, dolores oriuntur capitis, oculorum, aurium, dentium, & alij plurimi diuersimodè: nam anteà, quàm horum morborum quatuor vnus arripiat suum patientē, similia nec non alia multa signa præmittit: quod rarò morbus vnicus, aut solus, imò comitatu plerumq; maximo solet inuadere. Mox atq; medicus percipere poterit (vti meritò cognoscere debet) huiusmodi morbū aduenire, qui tales nuncios, aut precursores miserit, contrarijs etiam præcursoribus anteuenire, nō aliàs acsi eorum esset præ foribus inimicus. Huiusmodi morbos auertendi

modus est verissimus, & ratio minim
fallax. Et sicuti suprà dictum est, rad
cem à corpore quidquid noxium ess
potest expellere: nam aliàs & mulier
profluuium ciet, matricemque repur
gat, abortum & molam eijcit, & inna
scentia quæuis. Non omnia laxatiu
menstruum, abortum, aut vermes pel
lunt: solum hoc præ cæteris arcanum
est naturæ, quod ab hac radice nullo
modo potest auferri. Huiusmodi naturam habet, vt contraria corporibus humanis marium & fœminarum, quibus infusa fuerint, pati nullo modo possit, quin radicitùs euellat: si modò per medicum expertum, vti decet, ac superius declaratur, suis loco, tempore, necessitateq; requisitis administrata fuerit. Vtinam doctorum expertissimus, inter Germanicas Academias omnes, istius herbæ, nec non radicis eius vsum, vti per seipsa duntaxat, existunt, valeret cognoscere: artis & scientię plus satis possideret, imò plus quàm eius authores, ac ipsemet habuerunt vnquam: experientia quidem hoc doceri potest.

Additio

Additio Theophrasti super correctionem herbæ & radicis Ellebori.

Certū est, virtutem huius herbæ maximam & admirabilem fore, parumq; distántem à gradu Balsami. Quapropter in eius folio Balsamum magis quærendum est sub herbæ Balsamo (hoc est) herba in Balsamum (id est) in suum Balsamum est reducenda. quicumque hoc nouit, efficereque potest, ingentem in arcanis absconditum naturæ thesaurū possidet: multo maiorem, quàm ars tota scribentum contineat. Hanc in Balsamum reducendi modus est iste. Putrefiat in aqua propria fimi calore, peroptimè clausa, sigillataque, postea separetur humidum eius à putrefacto: & iterum putrefactum est separandum à fæcibus, in singulare corpus resolutis: tūc erit Balsamum cum duobus gradibus in humido, & cum viginti duobus in putrefacto. Dosis putrefacti secundū gradus, & humidi secundum quantitatem consideretur in administratione post primum processum. Altius in essentia sua potest ascendere, si præmissum opus iteratum fuerit, additione recentis

herbæ. Prodest etiam post cibum in potu sumptum: de radice potissimũ intelligas. Eius correctio est, vt aliqua portio carnium vtpote libræ quadrans accipiatur, cui aquę nucismuscatę addatur vncia vna, macropiperis aquæ ℥.1. radicis huius in grandiusculis fragmẽtis vnciæ ij. Carnes minutissimè concisæ, cum prędictis omnibus in vase peroptimè clauso digerantur in aqua bulliente per se horas x, deinceps humidum effundens reserua, quod residuũ est abijce. Iuris huius pro morbi, personarum, & necessitatis existentia, non plus, nec æquo minus administrabis. hoc ipse tu medice cognoscere debes, vt purgare tutius, vtilius, promptiusq; valeas.

Additio secunda.

Audiuistis antea, radicem istam quatuor curare morbos capitales, & herbã eius longę vitę conseruatiuam esse, quî nam istis ad maiora progrediendum sit vlterius auditę. Balsami Ellebori nigri vnciæ, Balsami naturalis scrupulus 1. ad datur, amboq; simul ita permisceãtur, vt in illis vnitas, uullaq; diuersitas appareat. Ratio huius est, quia Balsamũ natu

ram

ram habet Ellebori, quod ad conseruationem, & non laxationem attinet. Est namq; Balsamum naturale, medicina præseruans ab astrorum infectionibus omnibus, à Pleuritide, & Peste. Non solum terrestrium infirmitatum, sed earũ etiam, quæ per aereos, & cœlestes influxus oriuntur, est habenda ratio, contra quos Balsamum æqualem gradum obtinet, præ cæteris.

Quatuor morborum capitalium perfecta cura.

Si comitialis morbus curari potest purgationibus, ista radix id omne præstabit, quod ad eius curam necessarium fuerit. Vegetabilia quædam Epilepsiã, alia ictericiam, & alia membrorum cõuulsionem expurgant: nam ad vnumquodque morbi genus, quodlibet etiã suæ purgationis genus reperitur, vt hic de Elleboro: verum purgatio non est cura perfecta, nec sufficiens: progrediendum est vlterius. Licet ventus (aquam existimo legendum) ignem extinguat, ibi remanent adhuc carbones.

Inde colligendum post debitam pur

gationem,vt suprà dictum est, factam Epilepsiæ curam subsequi debere, quæ in arcano spiritus vitrioli latet: eo quidem ordine seruato, iuuenes atq; senes curari poterunt. Hic tamen animaduertendum est medico, purgationum & essentiarum ordinem, ex pharmaceutices arte minimè, sed ex ratione rerum pendere, quę dosim, & ipsam administrationem in omnibus indicat.

Ex alio libro Paracelsi radicis huius exaltatio.

In his morbis quod etiam experientia mihi comprobatum est, suaderem, vt ab ista radice recentissima tota humiditas,& oleum per vini spiritũ extraheretur,deinceps spiritus ille separaretur,vt radicis essentia sola maneret absque mixtura,peroptimeque dulcificaretur. Talis est inter hanc essentiam, & præmissos processus differentia, quòd parum,aut nihil phlegmatis,aut humoris in ea, sed corporis epileptici plurimum existat.Quapropter hoc processu tutius agetur,cũ hactenus melior purgatio non emerserit in lucem,nec potẽtior cura. Multoque melior adhuc eua

det

det, si viscus quercinus, pyrethrum & peoniæ semen addita fuerint in eius extractione sic vt istorum etiam spiritus medicinales accendat, seniorique radici Ellebori incorporentur, ac simul administrentur omnia pro discretione. Hoc etiam notandum est, medicinam hanc suas operationes non ita repentè, sicuti solent aliæ, demonstrare, sed paulatim & successiuè, secundum personarum, infirmitatis, regiminis, & aliarum commoditatum proprietates.

De podagra.

Podagræ cura potissima est, vt ipsa curetur, & non aliud: quòd sic intelligi cupio. Humoristæ purgant humores: at isti non sunt infirmitas. Humor, aut humores, Podagra vel Podagrica, non magis quàm album & nigrum conueniũt: quamobrem inutiliter purgant, & non absque detrimento. Morbus ipse curandus venit, cui nomen est, Podagra, & nõ humores. Non alia cura videtur hæc, quàm si loco Petri curaretur Ioannes. videte quæso quænam sit ista curandi ratio. Est igitur summopere notandũ, radicem hanc podagram solam purga-

re, medicinamque fore Podagræ, nec solum istius, verumetiam specierum eius quotquot sunt est vera purgatio: postquam tuto progrederis ad curam ab essentia specificata vitrioli tartarique, tale medicamentum penetrat omnia mēbra, vsque ad suum terminum: tutò igitur huic fidem adhibere potes, quamuis istud humoristæ non intelligant. De quibus Ouid. 2. de Ponto ridens eos ita cecinit.

Soluere nodosam nescit medicina Podagrā.

De Paralysi siue Hemiplexia.

Eadem ratione Paralysis ad terminū vsque purgari debet, quem ab ipsa natura, medicorum sola magistra discere te oportebit. Quum id perfeceris, accipe animam ab esse animato secundum eius descriptionem: eo quod remanet vngatur tota corporis paralytica pars: etsi cutis auellatur, nō est quòd cures: progredere donec patiens tres gradus caliditatis in ea parte sentiat. Postmodum esse animato coniuncto (sicut in experto lumine reperitur) vngendum erit vsque ad terminum tertij gradus mobilitatis. Ab hinc ad curam progredere

dere per se,termis naturalibus,confortatiuis, & calefactionibus vtendum erit.Hac via poteris ad finem curæ perfectissimæ cuiusuis morbi paralytici peruenire.

De Hydropisi.

In Hydropisi processu hic obseruandũ,vt aquę prius quicquid est superfluũ euacuetur:& postquã Elleboro purgatum fuerit ex processu,veniendũ est ad curam:nam euacuatio cura non est,sed expulsio superfluitatis tantùm.Cura dicitur,vbi morbus non redierit, vt sequitur.Memineris tincturæ martis,hæc sola potest idipsum efficere:quã te lumen expertum,& alia quędam extrahere docebũt,ad curam istam excellentissima, quartum exsiccationis gradũ excedentia:quod infra hos gradus fuerit medicamẽtum,hoc loco minimè curare potest. Huiusmodi præparationes ab Alchimia,nõ à decoctionibus artis Pharmaceutices petendæ sunt. In Marte grã dus iste multiplex reperitur; ab eo qui potest igitur,& habet extrahito:per cuius essentias efficies, vt hydropicus in hunc morbum de cætero non incidat.

De morbis concurrentibus.

Superius diximus huiuſcemodi morbos alios plurimos comitari, quòd nullum (vt aiunt) infortunium ſolum eſſe videatur. Quum ergò dolores dentiū, colli, aurium, vel humerorū irruperint, dicta radice purgandum eſt: poſtmodū tinctura Martis vtendum, quæ peccantem cohibet materiam ne augeatur, eo quod iſta materia præmittit huiuſmodi ſigna, peius quid augmento ſui ſucceſſurum indicantia. Tales purgationes annuæ fieri debent: eſt enim laxatiuum annuale, quum incrementum aliquod iterum pullulare cupit, quandoque ſecundum lunam, aliquando ſecū dum Solem aut ſigna. Hæc igitur purgatio non intelligitur ex anno 365 dierum, ſed ab incremento paroxiſmi. Quā obrem eſt quod renoues, & præſerues corpora tincturis ex Marte tractis, vti medicina docet, myſteriaque naturæ poſtulant.

Tractatus Theophraſti de Poroſa.

Ad omnes apertiones internas, & externas, vt in cute Poroſa confert maximè ad expulſionem eorum, quæ per po-

ros euacuari debent, & ad putridarum carnium è vulneribus eiectionem. Gesta forinsecùs vti corallia solent, phantasma (quod est excellentissimum) spectra producentia pellit, quibus spiritus videre, quæq; horrenda sunt audire, se falsò homines imaginantur. Morborũ genus hoc ex sui natura patientes, ad sui ipsorum trucidationem cogit, ab intellectu sano trahit in dementiam vanaque deliria. summatim eorum quæ dicta sunt in hominibus esse nihil potest, quod ista non eijciat, hinc vniuersalis hominum medicina dici, non immeritò potest. Sapor atque spiritus perforatæ contra vermes est ita vehemens, vt illos mox abigat. Nulla reperitur herba, quæ possit per præparationes altius in vulnerum adduci curam ac ista: nullumque medicamentum in receptis omnibus quod præter detrimentum & accidentia quæuis, ita perfectè curet ac Perforata: foret impossibile melius ad vulnera medicamentum inueniri per vniuersum orbem: omnia quæ scripta fuerunt vnquam in huiusmodi curis excellit.

Perforatæ cura contra phantasiam.

Secundum cursum cœlestium carp debet contra phantasias, vt influentia contra spiritus potentiores existant, pc tissimum sub Marte, Ioue & Venere: cũ Luna verò nullo modo, sed contra ip sam nec post meridiem, noctu minus at sub ortum Solis in aurora. Melior est illa, quæ penes alios flores optimos creuerit, aut inter illos: quantò altior, & floribus onusta magis, tantò præstantior, & eo tempore maximè, quo flores in summo gradu fuerint. Deberet, vt est per se, continuatè gestari sub pileo vel in pectore, manibus, & olfieri sępius noctu sub puluinar poni, domus ea pro sterni, parietibus eius appendi, &c. Quē uis medicum id meritò ponderare foret æquum, in hanc herbam Deum arcanum in clusisse maximum, quoad spiritus, & phantasmata, quæ nonnunquam homines in desperationem inducunt.

Contra vermes.

Nulla huius correctione contra vermes est opus: nam vt à Deo creata fuit, hoc habet. Sub signo quo ligna scindi, fo-

[f]odiq; solet argilla,ne vermes postmodum his innascantur, carpenda est.
Vulneribus in quibus vermes orti [s]unt propter inualida medicamenta, quæ tonsores & balneatores applicare, hisque deprauare magis quàm curare solent, est superponenda. Aestate plerunque, diebus canicularibus per putrefactionem id naturaliter accidit,non nisi præ medicinæ defectu. Hyeme quoque vidi vermes in vulneribus, visu perceptibiliter nasci per tres septimanas continuas, vt mane vesperique singulis vicibus,quantum bona manus capere posset extraheretur: cuius causa fuerit vulnerum ligamentis, & pannis superfluis nociua suffocatio: tales vermes perforata sunt expellendi per eius applicationem, & à vulneribus decident. Si verò vermes in corpore nati sint, vmbilico superponatur. Obseuandum est tamen, aliquos vermes reperiri qui non oriuntur ex putrefactione, tales etiam perforata non pellit, vt in caseis, in carnibus, &c.sed in humanis corporibus orti porosa super cutem posita, vel vmbilicum, intereunt,

postmodum leui purgatioe debent e uacuari. Omnium enim contra vermes potissimum & validissimum remedii est in Hypericone.

Olei perforatæ compositio pro vulneribus.

EXaltatio Porosæ maxima subtilissimaq; pro curandis vulneribus est vt ex eius semine fiat oleum, cui terebinthinæ pondus addatur æquale, quibus & vinum rubeum optimum affundatur, & simul bulliant per horam vnã. deinceps olei recentis oliuarum, quantum illorum fuerit medietas addatur, & iterum vt prius per horam bulliant, tum demum adiungatur bona florum perforatæ quntitas, ac vinum, vt anteà rursus per sex horas bulliant, donec vinum totum fuerit absumptum, binaq; tantùm olea cum terebinthina floribusque maneant. Postmodum in Sole digeratur compositum hoc per mensem: cuius vsum processus eius indicabit.

Additio super compositionem olei Hypericonis.

AVgentur eius exaltationis & curæ gradus per correctionem hoc modo, cùm additi fuerint flores centaureę, mastix,

mastix,thus,myrrha,mumia,pręparata-
que fuerint vt suprà. Notandum etiam
quum terebinthina destillata floribus
affunditur,& per mensem in Sole dige
ritur,postmodum cum seminibus etiã
per mensem,& iterum additur terebin
thinæ lotæ,quantum est pręcedentis to
tius medietas, & rursus in Sole digeri-
tur vt prius,ad omnia graduata vulne-
ra probatissimum esse medicamentum
nullos dolores post conclusionem re-
linquens,connectens absq; suturis con
tractiones membrorum, & impoten-
tiam auertens:vbi vulnera,vel sunt,aut
esse possent in istorum aliquod accidẽ
tium prona . Nonnunquam etiam im-
pinguntur vulnera sub aspectu, vel si-
gno malè disposito,quæ tametsi parua
fuerint, mortem inducere possunt: per
se tamen aut respectu loci vel membri
cui fuerint illata, periculosa non sunt:
balsamo quod sequitur curari poterũt.
Accipe olei laterini quantum voles:
huic florum quos diximus bonam ad-
des quantitatem, & in Sole digeri per-
mittes,vt fermè siccum videatur: dein-
de plus florum addito,rursus per 6. dies

digeratur: processum hunc septies repetendo Balsamum efficies, quod immaturæ morti prçuenire poterit in vulneribus.

Potio vulneraria.

Est etiam potio quædam instar Balsami facta, quę pota, prę cęteris vulnerum medicamentis optimum est remedium ad profundissimos ictus, etiã si capitalia membra læsissent, quale nõdum visum fuit, nec esse poterit melius: cuius confectio talis est.

R. Olei de semine Porosæ librę quadrãtem, cui flores eiusdem impone: digerãtur ad Solem, vti communiter fieri cõsueuit: siccum iterum floribus impleatur: hoc repetendum erit aliquot vicibus, quo sepius eò melius, & postmodũ bibatur vt moris est, cum aliis vulnerũ potionibus quibuscunque: quod hæc potio non adimpleuerit, nullo alio medicamento curabitur.

Processus in vsu balsami ad vulnera.

Balsamum calidum guttatim infundendum est in vulnera, quæ postea filis de panno lineo tractis cooperiantur, nec permittantur, quin semper eo bal

samo

amo ſint humentia.

Potionis vulnerariæ vſus.

Singulis diebus, manè, ſub meridiem, & veſperi bibat vulneratus coclearia duo potionis iſtius. Cùm decem coclearibus optimi vini miſceatur coclear vnum prædictæ potionis, de quo mixto qualibet vice duo cocleria plena bibat, hoc eſt quolibet die coclearia ſex in curæ finem vſque. Recepta quę propoſuimus omnia Balſami talem virtutem habent, vt viuentia corpora minimè corrumpi, vel in eis vlcus aliquod, apoſtema, vlceratio, ſiue tale quid oriri ſinant.

Aliam docebo vos graduationē. Ad primum compoſitum accedat theriaca, Mitridaticum ſelectū, cum alijs diaphoreticis: & digerantur ad Solem, vel in temperato calore: poſtmodū adminiſtretur potus hic pro diſcretione, ſecundum perſonam, & conſtitutionē, quod peritiæ relinquo medici.

Poteſt etiam ab herba floribusq; per balneum maris aqua deſtillari, his quæ de Perforata dicta ſunt, vtilis in additione, ſed non vſq; adeo efficax: in illis

tamen quæ minorem curam admittũt poterit intrinſecùs, vel extrinſecùs ad miniſtrari. Concluſiuè, curat Balſamũ iſtud crurium fracturas, oſſium contu ſiones, & quę ſanguinem congelatum habent perfectiſſimè.

PERSICARIAE PRAEPARA-tio, quæ vulgò Sanguis vel piper aquaticum, & vulgariùs, Pulicaria nuncupatur. Latino verò nomine, Saphena riparum.



Atura quodlibet à ſe productum ſuis peculiaribus ſignis, per quæ vires eius cognoſci poſſunt, manifeſtiſſimè notat. Quare ſi quæ natura dotauit ſcire diſideretur à ſignis rerum petendum erit, quæque virtus earum ſit perquirendum. Medico ſiquidem apprimè ſciendum, virtutes omnes rerum naturalium à ſignis earum optimè cognoſci. Sequitur inde Phyſionomiam & Chiromantiam earum ſibi cognitum ſummè præ cæteris artibus eſſe neceſſarias: aliter nullum natu

æ poteſt arcanum certum reperiri iux-
ta veram eſſentiam. Optimum exhibet
exemplum Sãguis aquaticus aut piper
aqueum, quod ſignis manifeſtimè ſuas
patefacit vires atque virtutes, à quibus
etiam optimè cognoſcitur quid in eiuſ
modi herba lateat. Nec eſt quòd mire-
tur quiſpiam, ſigna rerum proponere
me: nihil enim à ſe natura dimittit, quin
priùs extrinſecùs notet, quod intrinſe-
cùs occultatur. Manifeſtiſſima in ho-
minibus videtis exempla, quæ vos mi-
nimè fallunt, eorũ internas inclinatio-
nes & animos indicantia: cùm nihil in
eis tam occultum, quod non exteriùs
aliqua nota ſignatum ſit in cognitio-
nẽ. Eiuſmodi ſignaturæ cognitio pror-
ſus in obliuionem tranſijt penes medi
cos, & eius vſus vnà perijt, vnde maximi
quidẽ errores orti ſunt, videlicet quòd
ab eo tempore hactenus, medicus nul-
lus, nec ſcribens in medicina iuxta ve-
rum iſtius fundamentũ ſcripſerit, quid
in rebus naturalibus contineatur: quot
quot eorum extiterunt, ſolùm ex audi-
tu, cæcæ prorſum adhuc hominum ex-
perientiæ rudium deſcripſerunt eam.

Quicunque de rebus naturalibus ſcribere cupit, ſigna ſibi proponat earum oportet, ex quibus idipſum cognoſcere debet experientia quod ſcribit. Nam prout homines à fructibus eorum cognoſcuntur, nō aliàs ex ſuis herbæ, quū ex ſignis inueſtigantur. Quemuis igitur medicum verum ſequi fundamentum oportet, non ex auditu quid agere. Maximè cuperē naturales magiſtros, aliud nihil quàm de natura garrire tātùm vt addiſcerent. Si tamen fundamentum verum ſit inquirendum, à magica ſcientia primùm inchoandum erit, atque diſcendum. Si medicus de naturalibus coram ægro dixerit: hæc eſt iſtius aut illius rei natura, & magicam ignorauerit artem, vt fatuus loquitur. Quid eſt quod quiſpiam ex auditu loquatur? Si naturam herbarum cognoſcere vultis, præſens hoc à me poſitum ſequimini documentum & Dioſcoridem relinquite, Macrum & alios fore tales vt ſunt: item ex auditu non eſt quod addiſcatis.

Natura tam egregiè dotata eſt à Deo, vt non ex auditu, ſed ex ſua luce propria debeat inueſtigari, ſolùm in ſolido

lo fundamento, non autem in arena. Hæc à me tantùm dicta ſunt quòd multi ſcribant herbarum fictam hiſtoriam, non ex vero fonte, ſed potiùs more ſuper auditum & arenam ædificāt. Medicum verum decet ponere ſolidū, fixum & ſtabile fundamentum ſuper lapidem, id eſt, propriam experientiam, & non ſuper arenam, hoc eſt ſuper auditam ab aliis opinionem. Quandoquidem vt nemo poſſit errare, natura ſuis in obſcuritatibus & occultis viribus lucem addidit in ſignis, quæ vobis addiſcenda ſolùm modo proponit.
Poſſetis enim ei ſic obiicere: quis poteſt herbas introſpicere, quid in ipſis lateat? Ab hominibus primùm aliàs diſcite cognoſcere creaturas, quum à barba rufa, nigra, veſtitu, geſtu, habituq́; diiudicantur eorum conditiones & mores. Iam habetis fundamentum ad inquiſitionem omnium ſecretorum naturæ vobis propoſitum per ſua ſigna, quę manifeſtò cunctis ob oculos ponit.
Videte iam ò vos medici quidnam didiceritis, vtpote vanos omniq́ue ſcientia vacuos libros, quibus fundamen-

ti nihil ineſt,& quos ſequimini : verùm ipſam naturã nulla ex parte cognoſcere: tales eſtis vos. Quapropter vt vos meliùs doceam medicinæ fundamentum inueſtigare, coactus ſum vobis aquatici vires ſanguinis detegere. Non enim ſatis foret me dicere: hoc aut illud efficit,verùm quî & qua ratione fuerit æquum exponere:quo facto, plura cognoſci poterũt quàm ſcripta fuerint vnquam. Et cùm ad ſigna tam arduè vos admoneam, in perquirendis naturæ myſterijs, eaque ſolũ à ſignis cognoſcibilia fore dicam:notate latiùs quare ſanguinem aqueum propoſuerim ex ſignis ſuis declarandum,per quæ vires eius atque virtutes auſus ſum conſcribere:non ex auditu quopiam ab alijs, ſed iuxta veram iuſtamque ſcribendi rationem,in dubio nullo modo poſitam neque fundatam,aut in eo quod quandoque bene ſucceſſerit alicui,iam nihil in alio poſſit efficere: verùm ex integro fundamento, prout in ipſamet natura habetur: ita ſcribendum & non aliter. Hæc ſunt illa ſigna, per quæ virtutes eius experiendo comperi:nec ſolùm de

hac

ac herba,ſed etiam de alijs,ac rebus na
uralibus omnibus,qualibet in ſua na•
ura conditioneque.A ſanguinei igitur
naculis in aquatico ſanguine virtus e•
us cognoſcenda.Hoc eſt ſignatum eiuſ
lem indicans in eo peculiarem naturã
tque virtutem exiſtere ſupra cunctas
lias herbas. Eſt influentia carnalis,quę
uum ex elemento ſubiectum accipit.
Cùm ergo ſanguineæ guttæ ſyderum ſi
natum exiſtant, eiuſmodi ſibi meritò
roponendum erit, vt ex eo iudicium
at. Quapropter medicum aſtrono-
num fore priùs opportet, vt ex arte
ac virtutes rerum iudicet.

Latiùs aliud ſignatum habet,vtpote
ormam:item adhuc aliud , nempe gu-
tum. Ex tribus eiuſmodi ſignis virtu-
es cognoſcuntur in herba hac exiſten-
es,& non ſolùm in iſta verùm etiam in
lijs omnibus. Quicumq; de herbis , &
lijs rebus naturalibus ſcribere cupit,
x ſignatis id faciat oportet : ad hunc
modum reperietur verum fundamen-
um,vt nihil in eis tam occultum exiſte
e valeat,quin veniat in lucem. Dicere
poſſum igitur hactenus malè de rebus

naturalibus scriptum fuisse, quod ex au-
ditu solùm ab alijs idipsum acciderit,
per incertas experientias, & non ex fun-
damento vero naturalis scientiæ. Si-
gnatum enim scientia est per quam oc-
culta rerum omnium inueniuntur, &
præterquam in similibus veri fundati-
ué nihil fit, nisi vanum atque friuolum
quicquid attentatum fuerit. Si verum
itaque sanguinis aquatici fundamen-
tum intelligere volueritis, primò scien-
dum erit vobis ad quid conducat, &
quibus conueniat: quo cognito, iam
extat qua ratione hoc aut illud efficiat,
quibusque viribus. Iam sanguis aqua-
ticus est attractiuum influentiale, vt
per influentiam quam habet in se, tum
per vires attractiuas, omnia vulnera
necnon vlcera persanet. Vti per exem-
plum: Sol à terra sursum attrahit om-
nem humiditatem superfluam in ea,
qua de causa redditur frugifera: hoc e-
tiam fit vt rorem & pluuiam absque sui
detrimento recipere valeat, & in cor-
poralitate sua prorsum perfici. Nec
solùm id Sol efficit, verùm etiam om-
nia sydera vires habent attractiuas, qui-
bus

ius à terra humiditatem attrahunt, quoque iuxta suas proprietates. Item n syderibus nedum attractiua similis acultas habetur, at in omnibus etiam liis corporibus inferioribus,& animaibus,quorum quodque peculiariter in ua natura vim suam attrahentem habet. Inde sequitur inferiora quæuis attractiua, potestatem in homines operandi nedum habere, verùmetiam in superiora sydera, non secus ac ista superne deorsum in nos habent. Ex eo contingit vt inferiora corpora videlicet potus atque cibus inficiantur veneno, quod attrahunt ex elementis illud imprimentibus eis influentia quadam: quod hoc loco declaratu minimè necessarium est. Verùm quod ad inferiorem attractionem attinet, vt sanguis aquaticus peculiariter demõstrat, opus est superioris attractionis declaratione, qua melius inferior intelligi queat. Eo me cogit medicorum ignorantia,tum rudium aliorũ hominum simplex admodum intellectus, qui similes operationes fascinaticias atq; superstitiosas fore iudicant immeritò, cùm ta-

men ex & per naturam ſolam fiant omnes,& non per faſcinationes neq; ſuperſtitiones,at ex proprijs virib. & proprietatibus à Deo conceſſis:quas tamen puptaticij præſumptuoſique medici prorſum ignari contemnunt ac derident Academiarum, cum alijs ſibi inſcijs & imperitis hominibus. Ad ſanguinis aquatici virium naturalium internarũ cognitionem,&maiorem declarationẽ exemplum hoc vobis proponendum fore iudico. Videtis Magnetem & acũ indiciariam ſtylumúe, ſi ventre ad ventrem & tergo ad tergus confricentur, ſtylum eiuſmodi locorum vbiuis mundi fuerit ad ſe trahit,vt manifeſtò patet. Expoſitionẽ præcedentium ex eis iam audite. Homo eſt magnes,qui magneticam attractionem in ſe continet ſtylorum ſibi cõfricatione matrimonio iunctorum:& ſanguis aquaticus tanquam ſtylus eſt erga ſuum magnetem, qui homo eſt.Inde ſequitur,hominẽ ad ſe trahere quod in hac herba fuerit in ſui nutrimentum , prout magnes à ferro ſui ſuſtentationem habet,ab eoque ſanitatem & integritatem recipit,vti fore debet

et. Notate latiùs, quum homo quispiam aut brutum aliquo corporis loco sauciatum fuerit per apertionem, si iuxta suum processum herba sumatur hęc & ad vulnus, vlcus aut simile damnum affricetur, & postmodum auferatur, sanat absq; alterius cuiuspiam additione medicamenti: hac de causa quòd medicamentum in herba sit, & in homine magnes illud attrahens in vulnus vel damnum, & ad hunc modum sanatio sequitur. Hæc est cura magnetica vel magnetina, quæ non solum de herba hac, sed etiam de similibus omnibus pariter intelligenda venit, quarum aliarũ hoc loco nullam facio mentionem, at in suis capitulis. Quod ad hunc modũ cura magnetina, per attractionem ab influentia factam, & à Deo sic prius ordinatam sanatur, an fascinatione vel superstitione factum sit, quæso? Nemo hoc dicet præter garrulos Academiarum Doctores, ac illos qui naturalium virium prorsus ignari sunt: isti propriã in sui philosophi sententiam incidunt ita scribentis. Inimicum sapientia nullum habet præter ignorantem. Sic &

natura non habet alium inimicum, prę terquam illum qui non intelligit eam, & solùm de hac iuxta fatuam opinionem loquitur. Vt apertius vsum istius intelligatis herbæ in essentia sua naturali, iam in bruto ponemus exemplum. Equus nimia fatigatione vulneratus in dorso per sedulam equitationem, aut aliud accidens damnum tumefactum vel apertum qui habuerit, hac herba sanari potest, ad hunc modum videlicet. Recens accipiatur, & in flumine quopiam vel aqua fluente lauetur, & sub sellam super equi dorsum, quantò cōmodius & aptius ponatur, postmodum equitetur semper absque magno respectu, singulisque diebus remedium hoc innouetur, & mirum in modum curabitur equus. Notate iam sanationis huius occasionem vnam, videlicet eam exercitium expetere: nam quo magis equitatum fuerit, eo citius curabitur ac melius. Exercitium enim est speculationi simile: nam qui speculatur longè citius aliquod fundamentum reperit eo, qui nullis speculationibus vtitur. Sunt igitur aliqui spiritus medi-

cinæ

cinæ cœleſtis, qui verſantur & conſiſtunt in exercitijs: alij verò non iſtos conſiderare notareq́ue decet vos medicos. Altera cura per magneticam virtutem, cuius antea memini per exemplum hîc repetam largius. Accipiatur herba dicta recens, & per aquam recentem etiam tracta, lotaq́ue ſuper damnum confricetur, & poſtmodum aliquem in locum reponatur humidum, in quo melius ac citiſſimè putrefieri queat, aut ſepeliatur in terram pinguẽ, & magno lapide cooperiatur & aggrauetur: mox atque putruerit herba, malum, atque damnum curatum eſt. Eius rei cauſa eſt, vt antea diximus, quòd magnes hominis ad ſe trahit. æquè diu ac ibidem aliquid ex herbæ ſubſtantia fuerit: quo citius putrefit, eo celerius attrahitur per magnetem, vt medicinæ ſpiritus à magnete per moram non deficiat fugiatúe: ſi verò tardius ad putreſcentiam deueniat, erit etiam attractio tarda, & per conſequens cura iuxta putrefactionem vel protrahitur vel acceleratur: nihilominus putrefactio ſuum tempus expetit in materiæ totius con-

ſumptionem. Concluſiuè, quoduis animal ob ſenſitiuam facultatem, ad medicamentum in magnetinam curam dictum, eſt magnes, iuxta magneticas operationes procedendo. Has verò facultates naturæ, medici parum aut nihil intelligunt: & ſi contingat aliquem eis feliciter vti, non aliter hunc illi quàm Iudæi Chriſtum excipiunt, venenum ſuũ his verbis euomentes: Dæmonium (inquiunt) habet, per quod ſimilia perficit. Verùm non conſiderant aſini, diabolũ vnum alteri minimè fore moleſtum, neque mordere ſocium, quo regnum eius maneat integrum. Scitote vos igitur eiuſcemodi vires atque virtutes ex cœleſtibus procedere ſolùm impreſſionibus, per quas tam admirandæ curæ quandoque fiunt, vt maniſeſtò videatur clauum in ſoleam equi transferramenti foramẽ ad carnem viuam concuſſum: item gladium in hominem truſum, exceptos & in terram, laridum, pinguedinem, &c. defixos, iterum iuxta verum proceſſum efficere, vt in eiuſmodi vulnera nihil accidentis incidere poſſit verum vt ſanentur & fœliciſſimè. Innu

meræ

neræ ſimiles curæ fiunt, at has tantùm numerare volui, quò tales virtutes intelligere poſſetis, eoque referre vbi conueniunt, ſcilicet ad magnetinam curã, qua ſimiles operationẽs perficiuntur. Et prout magnes à ferro ſuam naturam accipit, non ſubſtantiam, at ſpiritum eius: non aliter mumia trahi ad ſe virtutes rerum in iſtis exiſtentes. Nam ibidẽ eſt concordantia quædam, quæ per attractionem, & in ea conuenit. Memini tamen prius medicamenta fore ſepeliẽda, cuius rei cauſa talis eſt, ſi manerẽt herbæ ſimiles in aere, ſiccarentur, & ſpiritus earum euaneſceret, qui debet per magnetem attrahi, ſic vt eiuſmodi cura debitum finem conſequi nequiret.
Etiam ſi manſerint in ſuo caule naturali non ſeparatæ, ſed in vita ſua vegetatiua non operantur in hominem, ſed cũ ſyderibus tantùm exiſtunt in concordantia, & in aſſidua quadam operatione, ſic vt interea nihil cum hominibus commune habeant. Verùm vbi ſeiunctæ ſunt à ſuis ſtirpibus, nihil tum demum ſydera cum eis agunt, quod ab eis non aliter ſeparentur, quàm à cor-

pore vita per mortem, ſic vt homo nõ amplius in corpore viuat, nec in eo ſit vtilis amplius. Pariter in eiuſmodi medicina, poſt ſeparationem herbarum & carpſionem à ſuis corporibus eſt cõcordantia coniunctioque fienda cum hominibus, & in eis quærenda. Quandoquidem à ſeparatione ſunt microcoſmo commiſſæ, nec non ſyderi ſuo quod accepit ex limbo terræ, tum quia homo eſt eſſentia quinta, cuius viribus ad ſe trahit omne quod à terra ſeparatum eſt, æquè potenter atque ſuperiora, tempore quo adhuc in terra fixũ erat. Amplius eſt quod in aquatico ſanguine diligentiſſimè notetis, vltra dictas vires, narcoticam ſtupefactiuam ineſſe. Iam varia eſſe narcotica ſciendum eſt, non vnumquodque ſtupefactiuum, ſed vnum ab alio diuerſum.
Dolores enim qui ſolis ſtupefactiuis mitigantur & auferuntur varias habẽt origines & cauſas, ex quibus enaſcuntur diuerſimodè. Item quot eiuſmodi languores atque dolores exiſtunt, vnum ab alio diuerſum, tot & ſimilia contrà ſtupefactiua reperiuntur à Deo creata

creata nec non ordinata. Peculiarem igitur notate mitigationem in hac herba, videlicet eis locis, quibus dolores ex corrosiuis fluxibus incidunt, vel ex subtilibus ſalis fluxionibus, vnde maximi quidem oriuntur: vbicunque reſolutio ſalis acciderit in apparentibus, prout in dentibus & in panaritio ſalis, &c. Herba dicta ſuper poſita, prius tamen aqua recenti frigidaque madefacta, prout ſupà diximus, in quibus narcotica cætera nihil profuerint, omnem dolorem protinus aufert atque perſanat. Hæc à me dicta ſunt ob medicorum inſciorum ac mendoſorum ſtultiloquia, dicentium, Narcoticorum vſum eſſe noxium, & in omnibus euitandum: propter iſtorum turpia mendacia cogor iſta neceſſariò declarare ad hunc modum. Plurimi dolores exiſtunt, qui nullum prorſus medicamētum admittunt, pręter ſtupefactiua ſolùm, alia nō, niſi laxatiua: quędam ſola confortatiua & alia tanùm infrigidatiua: quare iuxta morbum erit applicanda medicina. Quod per laxationes mitigari debet, aliud fore neceſſum eſt, vtpote per natu-

ram ad eas ordinatum. Videte vulnera non ſanantur purgationibus, nec infrigidantibus, at ſolùm conſolidatiuis.
Quid eſt conſolidatiuum, quid ſtupefactiuum? nonne ſunt ambo virtutes atque vires? Ita ſanè, ſed omne conſolidatiuum ad ſuum vulnus, & ſtupefactiuum quoduis ad ſuum morbum in vſum venit. Nunquid & peculiares curæ ſunt panaritii & dyſenteriæ? quis dubitat, & vtrumque ſuum habere peculiare medicamentum? Sic de cæteris: nam quiuis morbus curam ſuam in fluxionibus non habet, vt auferantur iſti, ſed cura vera eſt vt ipſi dolores tollantur, tum demũ fluxus erit ſine damno, quod naturalis exiſtat, ibique fore debeat & non auferri. Verùm contrà volunt Academiæ, nempe cuncta quibus aliquid ineſt mali, prorſum auferri, putantes quum id ablatum fuerit, ſufficienter curatum eſſe. Contrà dico, ſi quodpiam in ſanguine fuerit accidens, hoc auferendum, tamẽ ſanguine relicto prorſus integro. Si dolor in dente, hoc relicto tollatur ille. Sed vt vobis intolerabiles dentium dolores à ſuis declarem originibus

bus vt cognoſcatis eos, cùm varij ſint, veros & potiſſimos ad hunc intelligito modum. Dolor iſte ſimilis eſt panaritio, hoc eſt, illi quem rodens vermis efficit, cùm tamen vermis non exiſtat: item podagræ ſimilis in ſynonia ſitæ. Ad eiuſmodi fluxus ita vehementer corrodentes, herba quæ dicta maximè venit in vſum. Plura de hac mihi non conſtant in præſentia: patet ab his quæ per me dicta ſunt hoc loco, virtutes ac vires eius herbæ ſatis intelligi poſſe: quãuis infra latiùs ac particulariter adhuc eas reuelaturus ſim. In ſumma damna quæuis illata corpori, cura magnetina poſſunt inſtaurari ſanarique: cura ſanè mirabilis eſt & magni momenti. Quandoquidem ſi quiſpiam in ea medicus diligentiam adhiberet, eique foret intentus, nihil morbi reſiſtere valeret, quod non magneticè curari per ipſum poſſet atque ſanari. Quamquam & alia medicamenta ſunt, quæ per aliam viam etiam naturalem curant: iſtud nihilominus eſt ſuo tempore mirabile, tum præ cęteris omnibus vtile. Non quòd ratione ſanguinis aquatici tãtum ſcri-

bamus hæc, ſed propter alia multa ſi-
milia, per quæ ſanguinis fluxiones, i-
tem ſynoniæ, dolores oculorum, &c.
tolluntur, qui morbi non poſſent alijs
proceſſibus ita commodè facileque ſa
nari. Tum hac de cauſa pariter iſta ſcri
bere volui, vt ſi fortè quis magnetico
proceſſu morbos curet, non dicant i-
gnari medici faſcinationem eſſe, cùm
ipſi neſciant quid faſcinatio ſit, & quid
non. Tantùm enim nō didicerunt om
nes quotquot ſunt, vt articulum eiuſ-
modi cognoſcere poſſent. Quapropter
ſtoliditas eorum eſt mundo manifeſta
iam, & certò conſtat eos ex natura mi-
nimè curare, ſed ex fabulis Aeſopi tan-
tùm, atq; doctrina Marcolphi, cùm ſuis
æquipolleant.

Nec id etiam de herba hac ſubticere
volo, videlicet vbi ſecundùm influen-
tiam integra fuerit eradicata prorſus à
fundamento, mirabilem ſemper opera
tionem retinere, nedum virens, verùm
etiam exſiccata. Pariter omne quod ex
trahitur ab ea per deſtillationem, vt a-
qua, oleum, & ipſum alkali: quamuis
magnetico modo, vel iuxta proprieta-
tes

tes illius processus, non operetur, tamen ea conditione viribusque talibus, vt singula per communem applicationem perficiant, quæ superiùs scripta sunt. Medicum enim Astronomum fore decet, vt homines ægros ita miserè non torqueat, quum tempus & horam eiusmodi virium conseruationis optimè nouerit. Vt eius aqua destillata vulnera necnon vlcera lota, peculiaribusque linteis ea madidis persanantur omnia, quamuis cancrosa, fistulosa, vel alia forent. Similiter etiam puluis inspersus quolibet die bis, non secus ac aqua priùs dicta curat, etiam æstiomena quęuis vlcera, sic vt nō amplius erumpant, vel damni quicquā adferant. Item eius alkali dolores omnes mortificat, in viuam eijciens escaram, perbellè mitigando. Facilè conijcere possum in herba hac plures fore virtutes, quas ego libenter fuissem expertus ex eius physionomia, verùm ob impedimenta mihi per meos aduersarios allata, fieri minimè potuit. Spero tamen eiusmodi nebulonum finem quandoq; futurum, aureumque mun-

dum aduenturum, in quo non, vt in hoc pręſenti, longè lateque per omnia diabolus regnet. Interim vulgò herba, ſanguis aquaticus dicta, Latinè verò ſaphena riparum, optimè vobis per me cõmendata ſit, vt magneticas vires in alijs rebus per eã cognoſcere valeatis.

Vſus & operatio Perſicariæ.

Vt clariùs quàm antea poſſitis vſum & operationes iſtius herbæ cognoſcere non grauabor ſæpiùs ac diuerſimodè repetere, hunc in modum videlicet. Herbam hanc accipe, quam in torrente mundo fluido, recentique mergito, poſtmodum ei quod curare voles imponito, ſuperligatoque, tam diu donec medium quis ouum edere poſſet, inde mox ſepeliatur aliquo humido plurimùm loco, vt putrefieri cito valeat: interea damnum ſanabitur. Eſt quòd hoc loco mentionem faciam eius ſuperfluitatis, qua plerique ſolent ad hæc vti, nẽpe ſignis crucis orationibus, &c. quæ minimè neceſſaria ſunt, & his non conuenientia: cùm ſit operatio quædam naturalis

naturalis, quæ talia naturaliter perficit, non ſuperſtitiosè, neque faſcinaticiè. Similes igitur phantaſiæ relinquendæ ſunt, naturali tantùm ordine ſeruato, cùm admirabilis herba ſit in ſuis viribus à Deo conceſſis.

Certum eſt me, nec non plures alios curaſſe talia quæ ſuprà diximus vlcera, per eundem proceſſum. Verùm optimum etiam fore mihi viſum fuit, quũ herba hæc per frigidam & fluidam aquam ducta madefactaque ſuper damnum humida ſuperligatur & frigida (nam eius correctio frigida eſt aqua, & quo frigidior eo melior) poſtquam excaleſcere cœperit, vrere, putrefieri, vel fœtere, ſtatim auferatur, & recens apponatur, in curę finem vſque ſic progrediendo. Quod hac non curatur herba, cunctis etiam reſiſtit vltramarinis. Ex prædictis iam duobus proceſſibus colligere poteſtis, curam hanc eſſe naturalẽ & ex luce naturæ procedere, non ex faſcinationibus: docetur per ſuperpoſitionem cotidianam apertè ſatis naturaliter id fieri, ſic vt maiori probatione haud indigeat. Priorẽ verò proceſſum,

contra quem ſcribentes omnes ex auditu ſolùm ab alijs, mētiuntur, per exēplum vt prius à magnete ſumptum iterum ſic probo. Magnes virtutem habet ferrum ad ſe trahēdi ſine manibus vel pedibus, admirando quodam, at naturali modo. Si quis velit vt ſtylus ferreus in æquilibrio ſitus per magnetem attrahatur, & ſit indiciarius: hęc duo ſimul confricanda ſunt, ſic vt venter contra ventrem, & tergus contra tergus dirigantur, tum demum magnetis venter ſtyli ferrei ventrem ad ſe trahit: hoc ſatis probatum eſt, omnibusque notum. Hoc eſt in ipſa natura ſecretum myſterium & magnale, per quod omnipotēs Deus in luce naturæ, ſua mirabilia patefacit opera. Similis eſt in perſicaria natura conditioque, per quam in lęſas carnes operatur, prout magnes in ferrum. Iam eſt quod intelligatis ventrem debere fieri, hoc eſt, concordantiam ex carne læſa & herba, per hoc videlicet, quòd ſeſe mutuo tangant & confricēt, vt in exemplo videtur magnetis & ſtyli ferrei, tum demum operatio ſuum conſequitur effectum. Non aliter vbi damni

ni venter cum herbæ ventre confricatus fuerit,& iſtius tergus contra tergus illius, vt ex proceſſu magnetico patet, poſtmodum in terram,vt ſuprà, poſita herba mirum in modum ad ſanationem operatur.

Nec eſt quod miretur quiſpiam, ob id quòd ſepelitur, ac lapide graui ſupprimitur & cooperitur, cùm naturali quadam occaſione fiat. Virens enim ſuper ſuum caulem & in hortis herba nihil operatur hæc: nam viuens cum ſtellis & ſyderibus commercium habet, necnon iſtà cum ea,qua quidem operatione durante, non eſt hominibus vtilis. At poſtquam ſeparatur ac decerpitur à ſuo ſtipite, non viuit ea vita qua priùs,nec aſtra cum ipſa ludunt vel operantur ampliùs,non magis quàm homines viui cum defunctis,&c.Poſt ſui mortem igitur, ſimilem eius impreſſionis virtus quam receperat à cœleſtibus,trãſit in hominẽ,ob quã cauſam etiã creata fuit:item ex natura proprietatis hoc habet,vt operatio, tantiſper maneat eius,donec integra fuerit. Exemplũ à labore diei cuiuslibet hominũ operario

quem vbi compleuerunt, ac ad finem perduxerunt, adeſt mors operis, quæ finis eſt iſtius. Non ſecus de herba hac intelligendum, quæ ſuum à Deo conſtitutum opus habet, vtpote ſanandi: hæc eſt operaria dies ipſius, qua quidem operatur, ac tamdiu laborat, donec omnino putruerit, tum demum eſt eius operaria dies finita, ſanatumq́ue damnum. Quare quò diutius in opere putrefactionis herba fuerit, eò tardius dãnum hoc ſanabitur, cui coniuncta eſt ob tardam operationem eius: & quanto proximius in putrefactionem dirigitur (modò hoc in terra fiat, ſimiliq́ue loco, in quo prius creuerat, & habuerat ortum ſuum) tantò citius perſanabitur. Meta quidem eius eſt ac periodus, id ſanare debere, ſiue tardè vel citius. qui curam expeditiorem eſſe cupit, acceleret putrefactionem. Iſtud negotium peregrinationi per equitationem complendæ venit comparandũ, quæ iuxta quòd eques equum ſolicitarit, finem tardius aut celerius pertingit itineris.

Qui-

Quibus alijs persicaria medetur morbis.

Non solùm ad eos morbos qui dicti unt, persicaria, vel sanguis aquaticus st vtilis, verùm etiam ad alios plurinos, videlicet ad maximos dolores den ium ex frigiditate prouenientes: vbi nersa fuerit sub aquam frigidam herba, & super dentem posita, prorsus eos ollit. Potest etiam ad curam hanc in erram sepeliri. Verùm quòd putrefactio tarda sit, communis eius vsus est in doloribus dentium superposito, quories isti sæuiunt. Plurimi similes dolores ex frigiditate prouenientes, per sepelitionem eiusmodi herbæ prorsus ab lati sunt, qui nunquam redierunt amplius.

Peculiarem etiam persicaria conditionem habet narcoticam, vt in omnibus inflammationibus maximoperè iuuet eas extinguendo, sanandoq;, prout in omnibus doloribus capitis, mania. phrenesi, & similibus. Item vbi corpus aliquo morbo tam acriter incenderetur, vt id magis haud fieri posset, optima postremaq; persicaria cura, nec nō

extinctio fuerit, intra corpus assumpta. Penes antiquos fuit in vſu,vt mordacitas ei prius ablata fuerit, cum admodum acuta ſit: hoc aſſationibus in butyro vel oleo factis perfecerunt,poſtmodum in cibum adminiſtrata ſumptaque ſuam operationem adimpleuit,vt ſuprà.

Notandum eſt latius, herbam iſtam virtute ſua narcotica putrefactionẽ abſtuliſſe,pulmonisq; dolores & morbos, tuſſim,atque tormina ventris, & matricis aſcenſum. Igni perſico ſimiliter extrinſecus ſuperpoſita,cęterisque omnibus inflammatis vlceribus, curauit ea ſanauitque, ſola roſarum aqua prius madefacta,quàm applicaretur.

Additio.

Ad primum ſub exemplo magnetis à me narratum proceſſum,correctionẽ addam,vt ſatis amplã de perſicaria habeatis inſtructionem,ad hunc modum. Antea diximus, herbam hanc in aqua fluente frigidaq; medefiendam,eaq; ſic madida & frigida,nec non recente vulnus aut quoduis damnum aliud ſuperpoſitione tangendum, poſtea ſepelien-
dam

am esse. Verùm optimè consideran-
um venit, quòd accidere contranitẽs
osset, ob vehementiam damnorum &
norborum non facilè sedabilem, neq;
uperabilem: quare maiore vti necessa-
ium est additione quàm antea dictum
it, ad hunc nempe modum: Si talis con
rarietas percipiatur, singulis diebus
nane qui dictus, repetendus erit pro-
cessus in tertium diem vsque, & si vide
bitur expedire, foreque necessum, plu-
ries, vtpote duodecies, & quatuor ac
decies, vbi fuerit opus continuando sin
gulis diebus in finem vsque sanationis.
Notate iam cur id adiecerim. Eueni-
re solet nonnunquam iter agentibus,
vt eorum equis aliquod superueniat ac
cidens, qualia solent occurrere, sic vt
retardaretur intentio peregrè profici-
scentium: quare bonum erit antedi-
ctum sæpius processum repetere, si pri-
ma, secunda, sextaque vice iuuare no-
lit. (Vehementes namque morbi, vehe
mentia requirunt medicamina). Qua-
propter accidere posset in aliquib. mor
bis, vt nō ita cito prænarratus iuuaret
processus, vt in multis vna purgatio pa

rum aut nihil efficit, aut pōdus aliquod nisi hoc augeatur. Per additionem hāc igitur quam huic adieci processui, morbus omnis euincitur, id est, per assiduitatem repetitionis. Considerare per vosipsos etiam potestis, vulnera damnaque reliqua sub mundatione regenda conseruandaque fore, vel aliter eorum curam plurimum impediri. Item ad curam istam exercitium nihil damni potest adferre, sed quietè longè plus conducit, & quò magis patiens dolente membro fuerit vsus, eò felicius etiā sanabitur propter meliorem sanationem herbæ magneticæ. Sciendum etiā alia medicamenta penes hoc locum habere posse, modò bona sint & vtilia, nō contraria, hoc est, non barbitonsoria, non balneatorum, &c. qui nimium sapere per se cupiunt. Verùm quòd à natura fuerit ad hoc ordinatum concurrere potest, & curam istam, nempe magneticam accelerare iuuando. Nec prætereundum, quòd hac via persanatur, constans manere: item nihil concludi per eam, quod natura manere vult apertum: at solùm id quod conclusum esse debet.

ebet. Sic intelligendum, in magnis il-
s fluxionibus quæ requirunt exitum,
on eſt concludendum vel conſolidan
um, aliàs ſubſequetur mors. Poteſt igi
ur hæc herba quod vnuſquiſque medi
us non poteſt, maximam ſcilicet mœ-
eri laudem. Quandoquidem ab iſtis
nulta curanda ſuſcipiuntur, quæ mini
nè ſuſcipienda ſunt, & ideò perdita vel
eprauata, quæ per hanc ſanari poterãt
erbam. Plus enim artis natura in ipsã
ollocauit, quàm tribus aut quatuor
Academiarum doctoribus ab ea con-
reditum ſit, aut quàm iſti habeant ſci
ntiæ.

Latius, quum perſicaria prout ſequi
ur aſſumpta fuerit, in lauamentum dẽ
ium, & calidiſſimum hoc in ore tẽtum
c tam diu donec frigeſcat, poſtmodũ
ta calidum iterum ſumptum in os, id-
que vicibus aliquot, omnes dentium
dolores adimit. Lauamenti proceſſus
ic eſt.

Recipe dictam perſicariam, & corti
ces iuſquiami, coque in aceto roſaceo,
hoc eſt lauamentum. Quod herbæ reli
quum fuerit, ſepelias in terram & aggra

ua lapide, prout audiuisti. Pariter in d
loribus eiusmodi maximis, vt illi sun
qui procedunt ex sanguine, dentes con
fricentur persicaria cruda, recenti, & a
qua fluente madefacta frigidaque, tun
demum sepeliatur superposito lapid
grauissimo, sicut antea diximus, & iuxt
quod putrefit, herba simul vnà cum
dolore transit, abitque.

Quod ad alios morbos internos att
net, quorum suprà memini, correctio
talis est, vt cùm aqua solani vel solatri
aut barbæ Iouis persicaria dicta miscea
tur & coquatur parumper, & frigescens
decoctio bibatur, sepulta postmodum
herba, sicut suprà declaratum est. Item
ad extraneos morbos itidem fieri po-
test, excepto solo quòd camphoræ pa-
rum sit addendum.

Suprà quæ diximus omnia de persica
ria, plurimũ excellens adhuc habetur
eius arcanum: verùm tacere volo, nec
plura de nobili gẽma hoc loco dicere.

Sunt & aliç similium virium herbæ
magneticç, prout Solidago minor, Dra
cũculus alter, &c. quç virides iuxta per
sicariæ processum easdẽ ad vlcera, nec

non

õ alia, curas magneticas adimplent.
Si tamen ſiccę fuerint, & ſub hyemẽ
d vſum hunc aſſumendæ, prius ex eis
ſtate habeatur aqua deſtillata, qua ma
erentur aliquandiu, poſtmodum cum
is procedatur vt cum virentibus, & ex
erſicariæ proceſſu conſtat.
Item Symphitum maius virens, & in
qua frigida fluenteq́ue madefactum,
ec non ſuper vlcus poſitum, relictum
ue tam diu, donec omnino putrefiat,
oſtmodum recens appoſitum, curat
ptimè ſanatq́;. Lauamentum addi po
eſt ex iſtius herbæ liquore deſtillato,
ui ſal alkali tractũ ex eadem, iniectum
tq; reſolutum in eo fuerit. Itidem effi
iunt Althea, nec non Mercurialis, ad
undem applicatæ modum, &c.
Oleum etiam ex eiuſmodi herbis de
tillatione tractum, vlceribus illitum, ſu
perpoſito folio recẽti, aqua madefacto
per quàm excellentiſſimè ſanat.
Pellicanata vel circulata pariter di-
ctarum herbarum eſſentia, ſcrupuli põ
dere cum bono vino pota, mundificat
vlcera quæuis, & radicitus euellit.
Chamæleorigee herba vel anethum

ſylueſtre, ſi iuxta ſuam carpatur influen-
tiam, alteri ſanitatem, fortitudinem, &
inclinatam proprietatem adimit, eiq́
nymphidicè tribuit, qui ſuis radijs fue-
rit vſus, & è contrà ſine præiudicio: hoc
eſt vltimum ex mundanis remedium
ad infrugalitatem eis qui ſuorum vide-
re cuperent hæredes. vt interim de ma-
gnetino ſmaragdo & electrina taceam
pyralide.

Alia præparatio ellebori, ad caducum purgandum.

Recipe radices ellebori nigri, purpu-
reos flores habentis atque recentis,
quantùm voles, & in ardente vino ma-
cerato, poſtea deſtillabis igne lento pri-
mùm, pòſt aucto, donec liquor omnis
aſcenderit. Poſtmodum ſeparetur vi-
num ardens à ſubſtantia per balneum
igne leuiori, & in eo quod remanſerit,
ſoluatur ſaccari candi quod ſat eſſe vi-
debitur: ad hunc modum præparatum
eſt elleborum. Doſis eius eſt grana tria
cum aqua mulſa vel communi, in qua
hippogloſſum decoctum fuerit.

Syderici virtus contra venena.

Herba hęc in poculũ infectũ aliquo
veneno

eneno, cuiuſcũque generis extiterit, oſita, ſi vas vitreum ſit, frangitur, ſi tamen aureum vel argenteum, ebullire acit omnino, ſic vt nihil in eo maneat.

Antimonij præparatio contra morbum caducum.

Recipe Antimonij quantum videbiur in alcool facti: hoc in ſuos flores ad quartum ignis gradum reuerberabis igne leui primum, deinceps aucto ſecun lum artem. Eius doſis eſt in acceſſio ıis morbi principio nouem grana. poſt n exagitatione decem & octo cum inluſtria quadam indantur, & à paroxiſni receſſu poſt horam, vt priùs, nouem grana. Si morbus adhuc redeat in teriam vſque vicem, proceſſus hic repetẽdus erit.

Aliud contra caducum remedium.

Recipe liquoris auri ſcrup. 1. Detur ante paroxiſmum vna hora. pòſt verò tribus horis adhibeatur ſcrupulus medius: idque ſexies repetendum eſt ante paroxiſmi ſemper acceſſionem.

Aliud ad morbum eundem.

Recipe Corallorum tincturæ ʒ. 1. ſs. Detur ſemper antequam arripiat mor-

AA

bus ipſum patientem, ſi percipi queat acceſſus.

Gemmarum liquores vt Adamantis, ſmaragdi, turcoidis, granati, &c. caducũ arcent ne redeat. Idẽ efficiunt olea, prout cryſtallinum & beryllinum.

Præparatio vitrioli contra morbum caducum.

Recipe vitrioli vngarici lib. 12. limaturarũ cornu vnicornis, vel in eius defectu eboris, ſpodij electi, camphoræ, ana ℥. v. Hęc ſeminis peonię luna decreſcẽte carpti, priùs irrigentur aqua, & omnia poſt modum ſimul per deſcenſum deſtillentur vſq; ad rubedinem capitis mortui. Huius accipe colchataris lib. 1. & ſui liquoris lib. ij. alcool vini.

Aquarum chelidoniæ,
Valerianæ,
Mellitenæ,
Plantaginis,
Chamedrios, ana ℥. 1. ſs.

Deſtillentur omnia ſimul per vas retortũ. Deinceps iſtius accipe colchotaris lib. ij. liquoris ab eo iam primùm deſtillati lib. 1. Macerentur, & poſtea deſtillentur per vas retortum, & phlegma; ſpiri-

ſpiritus & oleum ſimul aſcendent, ad hunc modum ea ſeparabis. Per balneum Mariæ phlegma ſeparatur, & inde pòſt per athanor oleum rubicundiſſimum. Doſis eſt pueris ante paroxiſmum phlegmatis ℥.1. Viris fortibus ſpiritus ſcrup. 1. Senibus autem olei grana iij.

Mercurij præparatio.

℞. Mercurij lib.1.aceto in quo ſal diſſolutum fuerit optimè lauetur,&poſtmodũ cum lib.ſs.puriſſimi ſalis cõmiſceatur in pila marmorea, ligneo piſtillo, tam diu donec ſal nigreſcat,& ar.vi.abſorbuerit. Quo peracto, ſal hoc & mercurium per vas retortum orificio merſum in aqua recenti pellatur,vt mercurius totus, vel quod purum eſt eius in aquam deſcendat: hoc toties repeti poterit vſque dum optimè repurgatus videbitur. Tum demum in lixiuio prout ſequitur facto bulliat,quo diutiùs eò meliùs.

Accipe calcem viuam, ad quam affundas feruentem aquam, agitatoque ſemper,donec frigeſcat,& reſidentia facta, quod clarum eſt, per manicam fil-

tream in forma ſacci hyppocratici confectam inijciatur & coletur: colatum hoc iterum ad cineres optimè vſtos glaſti affundatur, & perturbetur vt prius, donec omnino frigeſcat, & poſtea per dictam filtream coletur manicam vt ſuprà. Poſtquàm iſte mercurius in hoc lixiuio ſatis bullierit, eruatur, & aceto cum ſale in eo diſſoluto abluatur, & per ſal vt antea retorto vaſe repurgetur: factus ſeruetur, donec eo ſit opus. Accipe tandem antimonij in pollinem redacti, ſalis nitri purgati, tartari calcinati ana ℥.iij. & omnia liquefiant in vrceolo fuſorio, ferreoq́ue ſtylo dum canduerint vt prunæ concutiantur, vt regulus in fundum cadere meliùs valeat. Frigefacta materia, frangatur fuſorium vas, à maſſa regulus ſeparetur, & per ſe conteratur. Poſtmodum huius pulueris ℥.1. in vas vitreum oris ampli poſita, cæſaris aqua vel regis irrigetur, & ſuper cineres calidos exſiccetur, irrigetur & ſiccetur, idq́ue ſexies. Tandem eadem quæ dicta fuit aqua ſoluatur, & hæc ſolutio ſeorſum poſita ſeruetur.

Aquæ

Aquæ cæsaris aut regis compositio.

Recipe vitrioli boni lib.ij.ſalis armoniaci lib.1.ſs. ſalis nitri lib.1. aluminis vſti lib. ſs. Fiat ex iſtis omnibus aqua ſolutionis per deſtillationem ſecundum artem,& iniectis argenti laminis repurgetur. Tandem in aqua priori ſimili ſeorſum reſoluatur auri laminati vel in folia redacti ℥.1. Tres prædictas ſolutiones in vas vnicum optimè lutatum & retortum deſtilla ſexies aut ſepties,qua libet vice deſtillatum ad ſuas feces, ac id quod ſublimatum eſt reaffundendo. Poſtrema deſtillationum harum,quod reſtiterit in fundo ſemoueatur. Liquor hic vltimus per ſe deſtilletur vt priùs,& ſi quid in fundo reſtiterit, ad id quod ſublimatum erit adhærens vaſi retorto ſuperiùs adiungatur, & ſimul tria hæc in figulinum vas fuſorium,prunas inter modicas ponantur,& ſtylo ferreo ſemper agitentur, donec rubicundum colorem omnino concipiat materia, necnon aquæ regię virulentia prorſum euaneſcat.Poſtmodum aqua calēte pului hic toties abluatur,donec ſalſedinē amittat:exſiccetur poſtea, & ei tantùm

essentiæ vini affundatur perfectissimæ, vt quatuor digitos latos superemineat, superque cineres calidos in cucurbita clausa collocatus quatuor diebus aut sex maneat, ac singulis ter agitetur. Deinceps essentia vini hæc separetur à materia, quę sicca iam aqua rosarũ mosco mixta perfundatur, in qua maneat quatuor aut quinq; diebus, singulis ter cõmotione vitri perturbãdo. Et postremò liquor hic abstrahatur, & exsiccata materia, quę Mercurius præparatus est, vitro seruetur optimè clauso.

Additio.

Huius accipe Mercurij pręparati granũ vnum vsque in tria, pro personarum, morborum & necessitatis respectu, & in ʒ.i. theriacalis aquæ, vel mitridaticæ per os administrentur, ad internos morbos corporis.

Aqua theriacalis ad hunc vsum fit hoc modo.

Recipe Alcool vini correcti ℥.v,
Thæriacæ seu Mithridati ℥.ij.ss.
Mxrrhæ per quàm recentis ʒ.x.
Croci optimi ʒ.ij.

Misceantur, & per balneum Mariæ destillentur

stillentur. Hac aqua pota, capitalia corporis totius membra purgātur. Nam vt argentum viuum non, aut malè præparatum per ſolam ſublimationem, in corpus aſſumptum, iſtud per ſingulas eius partes in perniciem & perditionē eius penetrat, contrà quidem ad hunc modum præparatum, in ſummam ſanitatem & curationem.

Applicatio Mercurij præparati ad externos morbos.

Recipe Mercurij præparati huius ʒ. ij.
Myrrhæ optimæ ℥.ſs.
Camphoræ grana vj.
Croci grana v.
Olei è charyophyllis puri grana v.
mixti verò ℥.v.

Fiat vnguentum, quo cuncta vulnera, necnon vlcera peruncta, quantumuis deſperata ſanantur, ac alij quiuis tumores atque defectus.

Ad Peſtem vel Epidemiam.

R. dicti Mercurij præparati granum 1.ſs.
Theriacæ alexandrinæ ſcrup. 1.
Alcool vini rubei in quo priùs apiarium herba macerata fuit ℥.ſs.
Decocti prunellæ ℥.1.

Valerianæ ʒ.vj.

Miſceantur & fiat potio,quę venenum extirpat, eſtque medicamentum diaphoreticum,ad excitandos ſudores ægris optimè coopertis, cum additione quæ ſequitur.

Additio.

Huius accipe mercurij cum prędictis in potionem redacti ℥.ij.

Liquoris orizontis vel auri,
Gemmarum,ana ſcrupulum ſs.
Aquarum deſtillatarū vt fumarię,
Cichorij,
Chamædrios,ana ʒ.iij.
Alcool vini rubei ℥.ſs.

Fiat potio diaphoretica,&c.

Ad hydropiſin deſperatam.

℞. Mercurij primo loco præparati gran.1.ſs.

Quintæ eſſentiæ tractæ ex alandahal grana iij.

Saccari roſacei ʒ.ij.
Maſtiches ʒ.ſs.
Croci grana iij.

Commiſceantur & fiat bolus, qui ter vel quater adhibeatur, vel tam diu donec tumor corporis diminui videatur.

Poſt-

ostmodum detur sequens potio ma-
e vesperique, donec pallidus color in
iuum transmutetur.

Potio.

R. Croci Martis è chalybe perquàm
ptimè reuerberati ʒ.ss.
Liquoris orizontis grana iiij.
Olei nucum muscatarum gran. v.
Aquæ veronicæ ℥.iij.
Commisceantur, & fiat potio quæ sanguinem emendat.

Ad podagræ quamcunque speciem.

R. Mercurij præparati ℥.ss.
Aloes optimæ,
Chamepityos aqua destillata lotę ʒ.ij
Antimonij reuerberati scrup. j.
Croci Martis è calybe correcti ʒ.ss.
Moschi recentissimi grana iiij.
Ambræ fuluæ grana iij.
Fiat massa cum essentia stechados massiliensis, in qua grana quinque vel sex olei vitrioli fuerint infusa. Formentur pilulæ pisorum instar, & à quinto vel sexto semper interposito die, detur vna deglutienda. Post eiusmodi pilularum sumptionem, dolorum locus inungatur oleo Macrobij calido, quod

ad hunc modum componitur.

R. Ceruini ſanguinis tres cantharos quos deſtilla per alembicum igne lēto tantiſper, donec phlegma totum aſcenderit, & color citrinus tādem puniceus fiat. Per athanor tum demum igne vehementiſſimo tam diu pellatur, donec olei nihil amplius aſcendat. Poſtremò deinceps ignis gradu ſublimetur, & qđ ſublimatum eſt, frigefacto vaſe colligetur, & cum oleo miſceatur, ac eo perungatur pars dolens aliquot ſeptimanis poſt purgationem. Vinum quod patiēs biberit, cum charyophyllatæ radicibus, & acori vulgaris dum adhuc herba recens eſt, efferuere, nec non expurgari debet. Hoc proceſſu podagrici dolores à radice tolluntur.

Cancri fiſtularumq́ certiſsima cura.

R. Mercurij præparati vt ſuprà ʒ.1.
Oleorum è lateribus vertonem 1.
Terebinthinæ lib. ſs.
E cariophyllis per mixtionem ℥. ij.
Miſceantur, & per balneum deſtillētur.
Huic poſtmodum adiungatur,
Maſtiches,
Myrrhæ,

Thuris

Thuris,ana ℥.iij.
Mumiæ verto 1.

[O]mnia ſimul commixta per alembicũ [v]erum deſtillẽtur in oleum,quod Mer[cu]rio ſupraposito iungẽdum venit iux[t]a proportionem,videlicet ad huius o[le]i ℥.1. dicti Mercurij ʒ. 1. Fiat ex eis lini[m]entum,quo perungãtur vlcera dicta, [p]óſt vnguento vel emplaſtro ſodicatio[n]um,ligentur vt moris eſt.

[L]auamẽtum hoc tamen præcedat lini[m]entum.

℞. Aluminis ℥.ſs.
Salis ℥.1.
Mellis ℥.ij.
Vini & aquæ,ana lib.*1*.

[H]æc per diſſolutionem optimè commi[ſ]ceantur. Multò præſtantiora ſunt iſto [l]inimento olea dulcia antimonij,plum[b]i,& Mercurij.

Accedit ad hæc potio vulneraria, quæ talis eſt.

℞. radicis cyclaminis ℥.ſs.
Herbæ diapenſiæ candidæ.m.1.
Solidaginis mediæ m.ſs.

Decoquantur in lib. ſs. vini ad tertiam partem conſumptionis.

Additio.

Huius accipe decocti ℥.iij.

Olei è chariophyllis destillati scr.

Commisceantur in potionem, de qu

ter singulis diebus hauriatur,&c.

Tartari præparatio in suum arcanum.

R. Tartari per reuerberatorium calcinati & albissimi lib. iij. excellentissim vino ardente soluatur in balneo Maria per dies 7. putrefactione. Postmodum per vas terreum fortissimum, igne leu primùm,& sub finem violentissimo materia hæc destilletur iuxta processum aquæ fortis: & ascendet primò liquor subniger cum ardente vino, quod à substantia tartari per balneum separari potest. Inde post relictæ feces calcinentur iterum in reuerberatorio viginti quatuor horis cum æquali sui pondere vini ardentis prius madefactę. Processum hunc toties iterabis, donec tartari nihil in fundo maneat. Postremò collectos liquores summe rectificatos, calore solis in puluerem exsiccari facito, ac ab ea materia spiritum vt ex calcinato tar-

taro

ro antea factum fuit prorſum elicito. uius ad hordeacei grani pōdus vnius, am ʒ.ſs.mithridati in ℥.1.ſs.aquæ cicho j vel plantaginis deſtillatæ,iuxta reſpe tum perſonarum aliquoties admini- rabis : hoc medicamentum origines tq; radices omnium vlcerum aufert. Ioc loco paucis adhuc verbis inſtrui nulti poſſent,ac ad ſummum chirur- iæ fundamentum adduci, & ad veram ulcanicæ tranſmutationis atque gem narum colorationis cognitionem. Verùm auaritia, pigritia, nec non am- oitio mundi huius, per ſummum arca- num ignis philoſophici, vel aquæ non ſunt prouehendæ.

Sanguinis humani præparatio.

R. Sanguinis humani calentis adhuc ℥.v.& vini ardentis ℥.1. Digerantur in cu curbita quadraginta diebus, & poſtea balneo Mariæ deſtillentur,& ſeparetur liquor albus à flauo. Huius detur ſcru.1. à nouilunij temporis exordio ſub pri- mam acceſſionem.

Cranij

Cranij humani præparatio.

R. Cranium humanum recens & nu quam ſepultum. Conteratur minutiſſi mè, perq; retortum deſtilletur igne m diocri, donec omni phlegmate priuat ſit: hoc iterum ad feces affundatur, & rurſum deſtilletur, idque tertiò repet do: tum demum aucto paulatim ign ad quartum gradum vſque, ſic efflue oleum, à quo phlegma per balneum eſ ſeparandum, vitroq; ſeruandum. Eius doſis eſt pondus granorum trium: eo tollitur caducus morbus, &c.

Item animalia bruta quædam ſimi- les virtutes ad hunc morbum pellen- dum habent, vt apes, alcis, vultur, &c.

Finis præparationum.

THEOPHRASTVS EX HOHENHEIM HEREMITA, VTRIVSQVE MEDICINAE DOCTOR, PHYSICVS ET ORDINARIVS BASILIENSIS, CLArissimo Domino Christophoro Clausero, Doctori Medicorum ac Philosophorum Tigurinorum eruditissimo suo Salutem.



Xcellentissimum atq; optimũ cuiusque viri medici est, vt suum ipsius ac proprium mẽtalem medicum probè cognitum habeat, sciatq́; sui ne arcani potens sit an non, perinde ac tu Christophore Tigurinorũ medicorum optime nihil planè citra iudicium & exquisitam (quam mille testem haud immerito vocant) conscientiã in medica facultate vsurpas. Sed quã potestate in hac nostra monarchia ego me exerceam sic habe: Innata mihi mea est violentia medica ex patrio solo: Sicut enim Arabũ medicus erat Auicẽna Pergamensium Galenus, Italorũ verò Marsilius medicorũ optimus fuit, ita etiã ipsa me Germania fœlicissima in suum medicũ necessarium delegit. Scis namq; et tu ipse vniuscuiusq; medi

Medicorũ officium.

Violentia medica innata.

Theophrastus Germanię medicus.

ci velut matrem esse ipsam experientiam imo nostræ quoque totius monarchiæ. Præterea vero, & sui quoque iuris esse omnem patriam, insuper, nullum peregrinum cum patritio patriæ probè vniri, neque contrariũ hoc est, alienum, cum alio sibi contrario, vnquam bene comparari posse. Ex eo quidem obserua, vt ad me Hyppocratem conferas me vero ad Auerroen, Rasim autem cum nobis tribus compara simul, quemlibet nempe iuxta suam patriam.

Experiẽtia est mater medicorũ.

collatio medicorum.

Quandoquidẽ & Arabes & Græci vna cũ Germanis non secus atque triplex marrubiũ in eodem consistunt æquilibrio. Et ambram Germaniæ græcamque cum storace & theribintho, balsamo & mumia parem faciunt. Neque enim clam est, vnanquamque patriam sui elementi in se continere matrices sibique ipsi id quod est necessarium exhibere. Est enim Arabia suæ patriæ ambra: Et licet fortè Chaldaicæ rosæ ad Arpinatem nulla sit comparatio, quid hoc ad ipsas attinet ægritudines? Rosa quippe semper suæ patriæ rosa. Eodem sane pacto qualibet natio suum sibi proprium ac peculiarem medicum producit, illumque nimirum ex suo archæo. Omnis enim necessitas artifici suo præstat industriam:

viam: Cæterùm ipſa eadem neceſſitas me-
icinæ visq́; velut præceptor ac parens eſt.
uocirca excuſare ſe poſſunt à Græcis Ita-
, & ab vtrisq; Germani: quilibet enim
rum ſuam ſibi ipſis habent neceſſitatem,
usq́; neceſſitatis peculiarem item adiuto-
em, propriæ ſcilicet nationis naturæ. Atq;
t Arabum aut Græcorum quis inſomnia
ctetur ac mores neceſſitas nulla eſt, pa-
iæ autem error, peregrina verò arrogan-
a. Oſcitanter ſiquidem hoc ſit ac velut per
mnium citra omnem rationem incoactè,
æterquàm vel opportunitatem vel occa-
onem, ex quib. tamen rebus medicum gi-
ni oportet. Cæterùm qui propter eiuſce-
odi oſcitantiam ac ſomnium ex patriæ
æ neceſſitate in medicum excitatur, is de-
ùm nationis ſuæ perfectus medicus exi-
it, ac planè eius ſoli Hippocrates ipſe, Aui-
enna ipſe, ac ipſe deniq; Lullius. Quan-
uam hoc in loco non idcircò eos laudarim
n hoc, quaſi qui ex neceſſitate ſint progna-
i, cùm quod de iſtis ſilentio prætercam, eo-
um errores ſua ipſorum etiam patria ſuf-
erre nequeat. Quid enim quæſo Viennam
aſis iuuat? quid Friburgo prodeſt Sauo-
arola? quid Arnoldus Sueuis? quid Gen-

tilis, Iacobi de Partibus, & Turisani com-
mentarij Misnetis conferunt medicis? quid
his omnibus Auicenna? quandoquidē ve
sola infirmo non consideranda est sanitas.
Hæc igitur facultas ea est ex qua scribo
quam ipsa mihi patria dedit, idq; ipsum pe
necessitatē quã dixi, ex qua prognatus eg
sum: proinde & hoc quicquid est libelli tib
dedico, vt in typis excudendo, eum comme
datum tibi habeas. Persuasum verò mih
est, hisce meis, propediem ab aliquo forta
sis imperitiore responsum iri, atq; illi ipsi
me rursum: inde enim vtrinq; manifest
fiet atq; innotescet planè cuiusq; medici n
Effectus acta probabit. cessitas ægrorumq; sanitas. Cæterùm ij quo
ego dilectissimos habeo, breuiter fortè al
quot obscuriorũ in his locorum interpreta
tiones dabunt, non autem ille ex meis ve
tustissimis vulpib. Nempe dissecta est qui
pe ac lacera mea medicorum turba, pars v
na linguæ fallacis, altera cordis & lingu
Quid nam velim nimirum intelligis, pro
ximè ad te aliquot mittã descriptiones v
nà cum mea olei cholchotarini emendatio
ne. Boni consule semperq; amicum vt aga
operam dato. Vale, Basileæ quarto Idus No
uembris, anno XXVI.

THEO

THEOPHRASTI EX HOHENHEIM VTRIVSque Medicinæ Doctoris de

GRADIBVS ET COMPOSItionibus receptorum & naturalium

LIBER PRIMVS.

CAPVT I. LIBRI I.



ANTEquam de Gradibus tractare incipiam, obseruandæ sunt complexiones naturæ, quarum duæ sunt: alia calida, & alia frigida. Porrò quælibet harum ingenitam quandam diathesin habet in se. Nam omne calidum est siccum, & omne frigidum humidum: neque enim calor neq; frigus sola esse possunt. Itaque hæ duæ naturæ calidum & siccum vnum sunt, similiter frigidũ & humidum. Hinc igitur gradus facilè deprehenduntur, quemadmodum scilicet vnumquodque in suo gradu existit, [a] & quotumquenque gradum singula oc-

Duæ complexiones naturæ.

Diathesis est affectus siue dispositio.

[a] Nam gradus aut est calidus, aut absolutè frigidus: si callidus, absolutè siccus: si frigidus absolutè humidus: nã hęc est natura Taphnæi iuxta naturam essentiarum.

cupant. Huic loco forsitan reclam
bunt hi, qui catarractas aliquandiu
panniculis gestauerunt: [a] præterea h
qui cum scotomia cõsuetudinem[b] h
bent, quatuor scilicet esse complexio
nes, calidam, frigidam, siccam & hum
dam, ex quibus isti collegerunt, frig
dum adesse humido & sicco, similit
& calidum cum vtrisque copulari.
in hanc sententiam [c] singula direx
runt, frigidum scilic. posse esse siccum
& calidum humidum, quæ verè Eua
tiosis est. Ipsi si propius accessissen
naturamque penitius indagassent, a
gumenta nostra insequentia propri
ra vera deprehendissent, qui cùm ha
quatuor, duo solùm esse non satis int
ligerent, quatuor elementis falsò ascr
pserunt, cùm nihil minus quàm ele
menta sint, id quod philosophia [d] p
làm indicat.

a In suis immaturis opusculis de existentibus rebus in quatuor complexionibus.

b Contra rerum naturã.

c Viam inter spinas sparserunt.

d Medicinæ radix.

CAPVT II.

SEd vt clariùs innotescant ea quę d
duabus complexionibus dixi, [a] s
habe. Quicquid in rerum natu
prod

a Præcipuè in errores priscorum medicorum.

produxerunt elementa, aut est frigi- *b Quatuor.*
um, aut calidum. Si frigidum, habet in
: ingenitam quandã indiuiduam hu-
iiditatem. vbi igitur humidum, ibi e
am est frigidum, sic calidum est sic-
um: nam siccitas soli caliditati inest,
eque fieri potest, vt frigidum sit sic-
um, & calidum humidum. Hæc enim
int coniunctiones elementales, quæ
x [c] Ares venerunt, id quod exemplo
iri patet & mulieris. Vir in se habet ca
dum & siccum, mulier autẽ frigidum
c humidum, sed ad cõplexiones qua-
enus gradibus conferunt. Principiò
gitur obseruandum, quid humidum,
uid coagulatum, quid deniq; siccum
esolutum. Nam inde fluit communis
rror, qui vel inter medicorum princi
es grassari solet. Exemplum: sume cri
tallum qui frigidus apparet, præterea
iccus & aridus: exsiccat enim & arefa
it, sed falsò. Nam aridissima cristalli
is est [d] humidum coagulatũ, & in ad-
ninistratione sua quidquid superat,
ransmutat & cogit in humidum coa-
gulatum, id quod denuò resoluitur
quemadmodum glacies. Similiter in

c Ares iste dicitur, qui formam vel speciem rerũ ordinat, quòd hęc herba aliam habet speciẽ quàm alia.

d Humidum duplex est, aquosum & coagulatum: quod apparet in cristallo, qui frigidus est et humidus, licet cheronium suum sit siccum, sed est humidum coagulatum.

petroleo ſiccum reſolutum nõ eſt per-
inde vt apparet: nam ſiccitas eſt reſolu-
ta in ſubſtantia corporis ſui. Quare hoc
loco epilogi vice definio, Gradus bifa-
riàm obſeruandos, calidos ac frigidos.
Proinde & ſiccum duplex & humidum
duplex: puta, ſiccum per ſe, & ſiccum
reſolutum: humidum per ſe, & humi-
dum congelatum. Reliqua quæ hoc lo-
co deſiderantur, in ipſa habentur phi-
loſophia.[e]

e Noſtra de elementis & elementatis ex 4. matricibus.

a Et compoſitionibus receptorum contra Meſuaicas deſcriptiones, & cõtra lumen ſuum apothecariorum in tenebris videlicet de trociſcis alandahal, ſiue de oppopyron.

b Spagyros. Licet ſequẽcia ſint contra Raſim & Auerroem, præcipuè in Colliget, et in nono ad Almanſorem, & in quarto ad regem.

d Vel iuxta deſcriptionẽ complexionis ſecundum Mcahaonem

CAPVT III.

QVanquam hoc loco plura dicenda erant de gradibus[a] quàm à me hactenus annotata ſunt, tamen[b] quia apud medicæ rei vel vtcunque peritos hæc cõſtant,[c] non poſſum non præterire hunc locũ ſilentio, & eam arripere, quę hactenus falſo & communi quodã errore prodita ſunt, id quod ad hunc modum oportet accipias. Principio ſumma quæ eſt de Gradibus elementatis[d] non ſolùm obſeruari debet, quippe quæ non tantũ inſeruit ægritudi-

tudinibus elementatis, sed etiam ea quæ sunt de mundificatiuis,[e] incarnatiuis, laxatiuis, cōstrictiuis, reprercussiuis, diaphoreticis, narcoticis, in cicatricantibus,[f] & in id genus alijs. Ad hęc autem requiritur in primis plena cognitio ægritudinum. proinde sub horum vniuscuiusque ægritudinis graduum. Nam ad vulnera sui requiruntur gradus, scilicet incarnationis: ad hypolarcham gradus exiccationis: ad guttam gradus confortationis: ad epilepsiam gradus specificationis: ad cachexiam gradus qui sunt ex commistione. Hæc omnia si bene excusseris, tum demum aggredere compositionem receptorum.

e Quæ conseruant opus, et illa nō sunt alicuius cōplexionis, nō curantur ex caliditate vel frigiditate, sed ex forma specifica.

f Facientibus in Aescpharā, hoc est, quæ corrosiuam carnem abrodit

Neq; hoc loco prætereundum censeo ad hanc perfectam cognitionem cùm ægritudinum, tum graduum non modò requiri professionem medicam, verum etiam astrologicam: præterea spagiricas species: nam hęc omnia perfectam atq; adeò longā experientiam desiderant. Hæc enim vel sola (non autem lectione assidua aut iudicio licet exacto) erumpit huius libelli scopus.

Postremò si quæ hoc loco de gradibu[s]
à vobis desiderantur, ab assiduo vsu p[e]-
tite, quò [f] vos omnes ablegamus ad co-
gnoscendam virtutem antheræ: præ-
terea Tereniabin, in quem insignite[r]
nobilitat: postremò ad florem cheiri.[g]

f In anthos, in anthera, in thalk.

g Id est, ad aurum potabile, quod est vltima medicina.

CAPVT IIII.

PRiusquam tamen ad gradus ipsos[a] perueniamus, obseruandæ sunt regulæ quædam graduum, qua videlicet ratione gradus cùm intenduntur, tum remittuntur. Principio igitur obseruabis hunc modum. [b] Quicquid est ex elementis terræ, id primum gradum occupat, cuiusmodi sunt lactuca, viola, anthos, &c. [c] Similiter quicquid ex aere fit, cuiusmodi sunt pestis, peripneumonia, causos, in secundo gradu existunt. Quod autem in elemento aquæ gignitur, tertium gradum possidet, vt sunt plumbum, saphirus, topazius, &c. [d] Quę verò ex elemento ignis descendunt, vt sunt glacies, cristallus, nix, quartum gradum vendicant: & tum siue calidum siue siccum. Obseruandum igitur, quicquid

a Ipsos et essatos.

b Vt herbę, et radices, et arbores.

c Genera metallorũ marchasitarum, salis, aluminis.

d Male scripsit Albertus M. de gradibus, præcipuè in generationib. metallorum, & Thom. Aquinas cũ eo, scilicet ex parte

uid est ex elemento sensitiuum, idem *mercurij & sulphuris, in quib. non est res prima. etiam Auicenna de mineralib. est isti⁹ opinionis.*
sse cum elemento, quemadmodum
ana, cuius sperma est in tertio gradu,
imiliter camphora, Quod ex terra est,
t homines, in primo, vt Rebis. Quod
x volatilibus prouenit, in secundo gra
lu, vt vua. Quod autem ex igne erum-
pit, vt Salamandra, in quarto gradu e-
istit. Verùm qua ratione aliud alteri
præstet, in sequentibus patebit.

CAPVT V.

Porrò vt in suis punctis clariùs innotescant gradus, præsens sume exemplum.[a] Quemadmodum gradus, qui sunt herbarum, in quatuor gradus hactenus fuerunt diuisi, sic quotquot sunt, ad primum gradum referuntur, neq; tamen id ipsum ex ęquo. Nam aliud plus interdum alio, per principia scilicet vtraque, media, & finem: sed ita, vt quicquid ex elemento terrę descendit, in primo gradu perseueret, neque extra eundem collocetur. Nam apud vos Nenuphar quartum gradum occupat, Saturnus apud vos tertium gradũ

a Licet contra Plinium & Platearium.

vendicat, qui in frigiditate Nenupha
ferè octo gradibus præcedit. Quare a
eoſdem gradus nunquam colloca
poſſunt. Sic quicquid hîc in ſecund
gradu exiſtit, illic etiam primus pur
ctus ſuperat quartum gradum eleme
ti. Quod eſt ex terra & quartus pun
ctus, quatuor gradibus ſublimior e
puncto vltimo primi gradus. In terti
gradu ſimiliter eſt iudicandum: ſic
tiam de quarto. Inde colliguntur ſede
cim puncta, quæ ad veros gradus vſ
ad ſexcenteſimum ſexageſimum ter
tium tanquam per ſcalas aſcendun
Meritò igitur eos erraſſe dicimus, qu
Camphoram, ſperma ranarum, nenu
phar, alumina, in vnum gradum coeg
runt, ex quibus verus ac certus gradu
nullo pacto in receptis deprehendi p
tuit, id quod in ſequentibus modis d
compoſitionibus indicabitur.

CAPVT VI.

SEd vt peculiariter habeas cùm gra
dus tum puncta eorũ quæ calorem
inducunt, nota: Quicquid vel cine
rem

em, vel calcem, vel vitrum conficit, in uarto gradu ignis esse, vt ignē, aquam mercurialem, aquam fortem, &c. Sic quicquid mordicus offendit, & in Aecpharam cōijcit ad putrefaciendum, tertium gradum occupat: cuiusmodi sunt colchotar, arsenicus, sal armoniacus, borax, auripigmentum, cæteraq; id genus alcali. Quod autem ad virtutes hominum attinet, quib. alia aliis præstant, punctorum est, non graduum. Preterea quicquid efficit cicatrices aut vesicas, secundum gradum vendicat, cuiusmodi sunt Rabebeia[a], cantharides, flammula, melona, & id genus alia. Flammula enim & si in primo gradu sit, tamen alioquin secundum affectat: quia spiritus salis eò redigit flammulam, vt modò non conferatur ad primum punctum secundi gradus. Postremò quicquid calefacit, neque tamen prædicta signa attingit, vt zinziber, cardamomum, abrotanum, cæteraque id genus, in primo gradu existit vnà cum punctis sublimioribus & inferioribus. Obseruandum autem in hac regula, non occurrere gradus pro natura

Corrsionem.

Rabebeia sunt radices flammulæ maioris.

ac ratione elementorum, ſed extra ill
in regulam præſentem concludi,& id i-
pſum hac ratione: quia præſens regul
de tribus punctis eſt ſumpta, & his tri
bus inſeruit: quia in ſale,mercurio,de-
nique in ſulphure præcellunt. Quar
hoc loco prima cautio eſt, ne regul
præſenti in ægritudinibus elementati
vtamur:ſunt enim nō niſi excerpta qu
dam ex his morbis, quæ inſeruiunt
quos per tres primas ſanari oportet,

CAPVT VII.

Genus diaphanum & gemmarum.

SEd vt ſimul habeas gradum frigid
præter id quod elementum eſt, ſi
accipe. Quicquid congelat humo-
res,quartum gradū occupat,cuiuſmo-
di ſunt,quæ ex elemento ignis gignun-
tur. Quicquid autē infrigidat(vt com-
muni vocabulo vtar) neq; lumen ſpiri-
tum vitæ offendit, adminiſtrato in ſua
doſi remedio,vt narcotica,anodina,ſo-
mnifera, ſperma ranarū,cicuta, tertio
gradui ſubijciuntur. Porrò quicquid
humores cōgelat, vt berillus, carniola,
ſecundum gradū vendicat. Quicquid
autem

utem calores, qui præter naturã ſunt, xtinguit & paroxiſmos ſedat, in ſecun o gradu exiſtit. [a] Poſtremò quicquid on ſinit morbum in paroxiſmum e- umpere, primi gradus eſt. [b] Hæc regu non ita multum abhorret ab ea, quæ t de calore: hæc enim ephantioſin [c] abent prædictorũ. Quicquid autem raduum habent qui ſunt ex elemen s, idipſum etiam porrò manet iuxta ræſcriptum vnà cum præſenti gradu, a vt iam geminus fiat gradus naturæ, pereturq; non niſi pro ratione ac na- ura elementorum.

a Sicut ne bulgea, ſoni- ſcra, lauda- num, lignũ balſamum. b Sicut phle bothomia vẽ toſa, pharma cum, et gene ra laxatiua. c Diatheſin ſecum in prę dictis natu- ralibus.

CAPVT VIII.

PRæterea obſeruanda eſt regula de coloribus, [a] qui ſimul indicant na- turam rerum ſuarum, vt centaurea quæ eſt rubea, ergo calidæ naturæ: li- ium quod eſt candidum, igitur frigidę naturæ. Sed ex coloribus, qui extrinſe- cus ſunt, nihil certi definiendum, niſi n hunc modum: Roſa exiſtit rubea & frigidæ naturæ, propter antheram in ea delitęſcentem, quę calorem roſæ at-

a Vt in 7 me- tallis, et flori bus metallo- rum, crocus martis, vel flos, calidæ naturæ eſt, et ante tranſ mutationem ſuã frigidæ, & tres pri- mæ in gene- rationib. me tallorum nul lius comple- xionis, ſed temperatæ.

trahit. Præterea vbicunq; est flauum in flore rubeo, illic etiam existit calor: vbi autem frigidæ naturæ esse indicatur, in aliis floribus similiter iudicandum. Porrò sunt flores, qui etsi natura calidi appareant [b] tamen frigidi sunt, inter quos est minicum. Alij natura frigidi cùm calidi sint, cuiusmodi est cuprum. [c] Ad harum rerum cognitionem sequentem regulam nota: Quicquid est viride, fuscum, simul atque in commistione ex corpore excerptum, calidum existit: item corpus sub quo colores delitescunt. Argentum ex sui natura frigidum est, & frigidi colorem seruat. Nam ad finem in Lazurij colorem abit. Mars verò natura est frigidi coloris, & in calidā naturam seipsum transmutari sinit, nihilominus tamen vim atque adeò virtutem vniuersam propriæ naturæ seruat. Atri colores nullius naturæ sunt: nihil enim aliud sunt præter sulphur, quod est exustum, sub quo nihil delitescit prorsus quod est elementatum. Quicquid autem est candidum, liuidum, nigrum, hyacinthum frigidum est, reliqui colores sunt calidi.

b Lazurium.

c Talk rubeū & extracta kakimia & chimoleæ.

di

Quicquid autem eſt variegatum, vna natura conſiſtit, puta in ea, quæ t coloris magis principalis. ſic e-am in viridi quanquam inſit frigi-um, tamen in capite ſuo compre-enditur.

CAPVT IX.

Vicquid exiſtit pingue atque adeò humectatum, frigidum eſt, hoc etſi viridi inſit, tamen [a] viri-itas illa in frigidam naturam vertitur. Quicquid autem eſt aridum, calidam aturam induit. Præterea quicquid eſt x ſulphure, mercurio, & ſale, in vtram-que naturam calidam ſcilicet & frigi-dam cadit, & idipſum pro ratione rium primarum. In ſumma, omne quod vrit, ſulphur exiſtit & calidæ na-uræ, niſi calidis coloribus inſit: Quic-quid autem in ſublimationem & cal-cinationem abit, calidam naturam admittit. Sic quicquid ſeipſum reſol-uit, aut in alcali coquitur [c] aridum exi-ſtit. Porrò quicquid eſt auſterum, eſt frigidum: dulce & amarum [b] omne

a Quia colores non habent indiciũ in axungiis, & omne mucilaginoſum, & de ſeminibus pſyllij eleniorũ & fœnigręci: ęqualis eſt natura, ſicut in ponticis.

b Vt patet de camphora, pinguedo cãphorę calidiſſimæ naturæ eſt, & camphora per ſe, ſalis naturæ, cum pauciſſima cõplexione mercurij.

c Siue carcis, ſiue tartari, ſiue clauellatarum, ſiue anatrum.

calidam naturam induit [d] nisi prioribus regulis subijciatur: [e] quod verò cu-tem exiccat, calidum est: quod autem constringit frigidum est. [f] Iam si velis ex odoribus horum iudicare, nihil est quod certi definias, nisi quatenus tandem natura cum corpore seruant. Postremò sunt aliæ regulæ, quæ si cum superioribus non pugnant, admittendæ sunt.

d Vt est gentiana, polipodium, amarum, dulce.
e Per suam cõmixtionem superuenientẽ ex prima generatione.
f Et omne leue, aut spumosum.

CAPVT X.

Vltra formã specificã, & essentiã complexionatã.

POrrò obseruandum est, quasdam esse res, in quibus præter eos qui naturales sunt gradus, bifariam delitescunt, & idipsum ex duobus corporibus, vt in metallis, gemmis, & lapidibus. In hanc sententiam Mercurius inter metalla summus est, & peculiarem quandam naturam in se complectitur, calidam scilicet ac frigidam: neque potest auferri ab eo. iam si inde generatur metallum, [a] in ferro aut plumbo, [b] præter hanc naturam aliam acquirit, [c] & sic duæ naturæ vni substantiæ inerunt: [d] quare plumbum porrò mercurij vice erit

a Videlicet ex mercurio corporali per trãsmutationem Archei in ferro.
b Auro aut argento.
c Et nouam complexionẽ sine corruptione primæ cõplexionis.
d Ex proprijs mercurij viribus cũ cõcordantia sulfuris & salis.

it[f] ſi plumbea natura, quam vnà con-
pit, tuis rebus accommodata fuerit.[g]
ſimiliter iudicandum eſt de ſtanno,
gento, ferro & cupro, quod in cor-
us ſuum redeunt. [h] In huncmodum
in gemmis liquor permanet in ſua,
idipſum in mercuriali natura. Iam
fuerit congelatus in gemmā liquor,
uplicem naturā ex æquo induit, quæ
enuò reducuntur in primum liquo-
em.[i] Sic etiam de quibuſdam commu-
ibus lapidibus eſt iudicandum. Etiam
herbis [k] quibuſdam ſimilis natura
neſt. Quare lege ac relege, [l] denique
d experientiam reuoca, quicquid eſt
e rerum natura memoriæ proditum.
t ita reuoca vt iam non opineris, ſed
exactè ſingula cognoſcas: nam in
ijs verus ac certus phyſi-
cus deliteſcit.

f Vel argentū vel aurum.
g Rebus tuis pro deſcriptione receptorum.
h Per Raimundinam præparationem in primam naturā ſuam
i Saphyrus in mercurialem & luna in mercurialem, & eſt prima materia lazuria.
k Mercurialibus.
l omnes artes experimētatorum & medicorum.

DE GRADIBVS ET COMPOSITIONIBVS receptorum & naturalium Theophrasti

LIBER II.

CAPVT I.

a Relollea est virtus ex cõplexione.



T si naturæ [a] relollea pro ratione ac natura quod frigidi ac calidi est vnà cum essentia innata præscripsi, tamen sunt alia præter ea, quæ [b] Ares [c] naturæ produxit, id quod multis partibus præstat eo, quod superiori libro tractaui. Et vt inde exordiar: principiò si volueris de accidentalibus complexionibus exactè loqui, reperies hoc loco de gradibus superiora naturæ relollea parũ aprobari, & ad ipsum hac ratione: Quia in vniuersum duæ naturæ rebus insunt, quæ simul in vna substantia existunt (quamuis altera solùm appareat) hoc est accidens innatũ, & accidens elementale. Porrò ex sui natura nihil non est calidum. Prima enim

b Ares est natura prima rerum.

c NOTA. Relolleũ est primum, sic natura rerelolleum in hypericone est accidens sine complexione.

m materia rerum calida est per se, neue transmutat accidens innatũ: quia ualibet tres primæ in complexione que in vltimam suam materiam con stunt, hoc est, qua ratione deprehenuntur ante relollea, eadem etiam raone tantisper manent dum abit relol um. Quemadmodum igitur finem perientia concludit, sic principium ipso patet:. Priusquam tamen ad simlicia quæ in gradibus sunt perueniaus, obseruandum, neq; calidum, neue frigidum eorum innatum accicens esse, sed elementale potius accicens externum.

CAPVT II.

Præterea nihil prorsus vel extra se emittit natura, id quod medicæ rei peritus facilè colligit, sed tantisper ccidens innatum seruat, dum manet es, aut corpus cui accidens inest. Exemplum habes in igne: in hoc enim accidens innatum est calor, & natura per trium primarum quæ palàm calida est. Porrò fieri non potest, quin

vnà cum calore abeat ſubſtantia, ſi vel lis calorem in aliud conferre. Et ſi cale faciat calor ille, tamen non niſi calor mortuus[a] exiſtit, neque ægritudinem ſanat, neque quicquam confert, ſed ſuperfluus quidam calor eſt extrinſecus corpori additus. In hunc modum omne accidens innatũ vim ſuam aperit, ac indicat citra ſubſidiũ ęgroti. Quicquid igitur accommodatur medicinæ morborum, ad hunc modum adornari debet. Principiò confer medicinam ad eum qui ſeparat duas eſſentias, aliam in ſubſtantia, & aliam in ſpiritu vitæ: vbicunque enim medicinam adhibere volueris, illic oportet vt[b] ſpiritus vitæ diſcedat à ſubſtantia, & cũ materia peccante morbi conueniant, tum demum apparebit medicina ſola in corpore ſuo, & hæc pro ratione trium primarum. Accidentia autem externa elementata eò abeunt, vbi ægritudo delitеſcit. Itaq; colligo, in vniuerſa rerum natura duplex ineſſe[c] accidens, innatum & externum: innatum valetudini parum confert, ſed externum tantùm. neque in igne quicquam ineſſe de accidente

a Calor ſine cura & medicamine.

b Inter ſpiritum ſiue tincturã rei & rem ponit diſcrimen.

c Accidens duplex.

cidente

idente externo: quare imperfectum naturæ opus aſſero.

CAPVT III.

PRincipio cùm parturit natura in proprio [a] elemento, præparat tandem Archeus pro ratione ac natura priuati Iliaſtis [b] ita vt Ares [c] in tribus primis planè conſiſtat, & generet in eadem re corporis ſubſtantiam: hæc generatio per ſe eſt ſolius corporis gratia, vt cum relolleo eadem appareat. Sed quid hæc ad ægrotum? Nam ignis ex æquo eſt relolleum accidens, item nix: neque tamen ægritudines ſanant, neq; vllam ſanandarum ægritudinum vim in ſe habent, quia relolleum per ſe. Præterea autem efficiunt elementa externa Cheironem [d] naruræ, quem porrò ad relolleum conferas oportet, quod etſi vnà cum Cheirone accipias, Cheiro tamen cunctas ægritudines ſanat. Hoc loco nota de [e] Cheirone, nihil aliud eſſe Cheironem niſi calorem aut frigiditatem earum rerum, quæ corpus relinquit, & in naturã abit. Exem-

a Archeus eſt diſpoſitio naturæ, natura ita diſpoſita.

b Iliaſtes prima materia eſt omnium rerũ, ex qua omnia ortũ habẽt. chaos & conſtant ex ſale, mercurio & ſulfure.

c Ares eſt natura prima rerum.

d Cheiro eſt ea natura, qua morbi efficiuntur ſani.

Cheiro quid.

plum de Camphora, hæc frigiditatem suam ex Cheirone habet, quare præsentissimum remedium est in sufflatu ris: in substantia autem suarum primarum calida manet: quemadmodum sulphur & spiritus salis vnà cum mercuriali: sic etiam gemmæ, herbæ. Præterea quicquid natura producit suum Cheironem habet, hoc est, elementale accidens externum. Quare hoc loco de gradib. assero, in alio plus esse cheironij caloris aut frigiditatis cheironiæ quàm in alio: sic omnia disposuit Archeus, & idipsum pro ratione Microcosmi.

CAPVT IIII.

SEd vt de compositionibus receptorum consilium nostrum clarius innotescat, obseruandum, quemadmodum suprà mentionem feci, relollei & Cheironis, sic hoc loco rursus de corpore accipias oportet, nimirum ægritudines, quæ solius sunt naturæ cheironiæ in corpore delitescere, & in corpus descẽdere citra destructionẽ trium

prima-

primarum corporis sui. Sicut enim Iliastes in quatuor elementis (velut mater) producit relolleum & cheironem: sic homo in quatuor elementis consistit, & velut hæreditario ægritudines quæ subinde in corpore pululascunt, excipit, adeò vt porrò in ægritudines externas elementatas erumpant. Quare ad recepta cheironia ordinanda oportet externa elemẽtata corpora sua vnà cum substantijs relinquant ac deserant, & in spiritum vitę vergant: nam inde liberatur ægrotus. Obseruandum igitur, mortem non esse cheironiam, sed relolleaceam. Atqui hinc est, cur quaqua versum non possit morti occurri. Quis enim id quod indiuiduum est, ab eo quod delitescit auferet? Nos autem hîc de frigido ac calido cheironijs, non relollaceis loquimur. Reliqua (quæ hîc desiderantur) de origine morborum lege.

Homo consistit in quatuor elementis.

De origine morborum.

CAPVT V.

SIcut in ſuperiori libello agnitione naturæ rerum, quæ eſt aut frigida aut calida, multis ac varijs regulis tradidi, ita hoc loco regula præſens & obſeruanda de herbis, quarum pleræque frigidæ ſunt ac aridæ. quæ ſcilicet frigiditatem quandam obſcuram in ſe promittunt: hæ quamuis vt calidæ iudicentur, verè tamen frigidæ, vt verbena, burſa paſtoris. Quædam pro frigidis alia reputantur, cùm calidæ ſint, vt bugloſſa, anethum, & idipſum hac ratione. Quia humidum coagulatum ſua cõgelatione maximam ariditatem adfert, & ſiccum reſolutum non citra paruum humorem reſoluit, propter cheironiam naturam. Conſtat enim alioquin nihil ex elemento terræ gigni quum calidum ſit, neque ex elemento aquæ cum frigidum occupet: nam hęc eſt ratio naturæ. Quod autem nihil tale accidit, in cauſſa eſt externum elementum, quod priorem naturam corrumpit ac frangit. Quare pro cheironia natura, hoc eſt pro experientiæ ductu

u agendum erit. Porrò quia eadem natura siue frigida siue calida, corpus b quo delitescit non format, nihil est uod de corpore labores, sed omnem perientiam in prædictas tres naturas npendas, quemadmodum in primo bello præscripsimus.

CAPVT VI.

POstremò obseruanda erunt corpora medico earum scilicet rerũ, quæ sensu carent. Nam omnia illa in uibus hæ res delitescunt nihil aliud unt, nisi liquor, subtus quẽ, quod cheionium est, absconditur. Liquor autẽ st congelatus similiter suo elemento quemadmodũ Iliastes produxit. Quare separationes naturæ denuò resoluunt id quod natura congelauit, & in hac resolutione separantur prædictæ duæ naturæ. Hinc liquet externa elementata naturæ accidens relolleũ naturæ esse, & sine omni virtute seorsum consistere. Sic etiam alteram naturam plenè ac perfectissimè adesse manentibus proprio innato, ac proprio acci-

dentali, vtrunque in sua separation
Ex his igitur colligitur, nihil quod fr
dum aut calidum est, ingenitum e
sed id quod innatum est, nemini neq
commodare, neque incommodare.
Præterea tamen est alia quædam nat
ra, quæ calidum aut frigidum induc
secundum quam calorem & frigus i
dicamus, inditio videlicet cheironi
quo interueniente sananda est omn
ægritudo. Nam eadem frigiditas a
caliditas ab ingressu suo in ægritudir
vergit, id quod proprium innatũ nur
quam efficit. Hæc omnia habentur i
lib. de Coniunctione rerum. libro de Coniunctione rerum in pro
prietatibus duarum naturarum iuxt
tres primas, & idipsum iuxta præscri
ptum philpsophiæ. Porrò in sequenti
bus capitibus videbis ordinem gra
duum, idque pro ratione ac natura su
rum elementorum.

CAPVT VII.

SEQVENTIA SVNT calidæ naturæ.

Quæ

Quæ ex terra proueniunt, primum gradum caloris obtinent.

ptamnum	*Enula campana*	*Filla*
chimilla	*Cyperus*	*Calamus*
thos	*Cataputia*	*Hirundinaria*
cca	*Galanga*	*Peonia*
ithimum	*Philipendula*	*Zingiber*
us	*Sanguinaria*	*Flammula*
eneſten	*Laudanum*	*Herba paradiſi*
ſtus	*Cariophili*	*Lauendula*
legium	*Lappatium*	*Sinapi*
uniculus	*Macropiper*	*Galbanum*
ucopiper	*Fœniculum*	*Gamandrea*
zeleas	*Grana paradiſi*	*Liquiritia*
retamus	*Cironia*	*Cichorea*
iagridium	*Meliſſa*	*Cubebe*
abrum	*Camepitheos*	*Cardamomum*
innaræ	*Bdellium*	*Maiorana*
aſilicon	*Fumus terræ*	*Serpillum*
Marrubium	*Cardo*	*Oppopanacum*
erapinum	*Cheiri*	*Armoniacum*
grimonia	*Melilotum*	
Gentiana	*Callitrichum*	

Aerea ſecundum gradum frigiditatis vendicant.

Terenizbin, Nube, Chaos, Ilech.

Quæ ex aqua proueniunt, in tertio gradu calores exiſtunt.

a Sal id naſcitur in fontibus.

Vitriolum	*Marchaſita rubea*	*Kakimia ſul-(phur...)*
Sulphur	*Sal congelatum*	[a]*Chimolea calc...*
Tholkaur	*Sal gemmæ*	*Hiacinthus*
Cuprum	*Aurum*	*Chriſolitus*
Topazius	*Smaragdus*	*Ogorum*
Carniola	*Atramentum*	*Alumē plumoſ...*
Arſenicus uterq;	*Sal fuſum*	*Rubinus*
Kakimia ſalis	*Argentum uiuum*	
Granatus	*Realgar.*	

Quæ ex igne proueniunt, quartum gradum caloris affectant.

a Sunt mineræ ardentes.

Fulgur con:, Calcinata, Grando cal:, Aethna[a] *omni...*

CAPVT VIII.

Sequentia ſunt frigidæ naturæ.

Quæ ex terra producuntur in primo gradu frigida ſunt.

Cuſcuta	*Fragæ*	*Conſolida*
Branca urſina	*Caſtaneus*	*Nenuphar*
Lenticula	*Euphragia*	*Mandragora*

Qua-

Quatuor ſe: fri: mai: Genera ſandalorum, dragantum.

...trum	*Tapſus barbatus*	*Lactuca*
...iuia	*Orobus*	*Malua*
...rcurialis	*Mala mat:*	*Quat: ſemina: fri:*
...æ	*Galla*	*Criſpula (mira*
...xinus	*Melon*	*Oranth*
...	*Lolium*	*Floraſmo*
...ves	*Dactili*	*Roſa*
...tum	*Ciconidion*	*Cucurbita*
...anatum	*Gladiolus*	*Flos ferri*
...oſciamus	*Portulaca*	*Citrum*
...nera myroba:	*Lilium conualliũ*	*Citrulli*
...rba ſiluana	*Pſillium*	*Genera pa- (pauerum*

Quæ ex aere producuntur, ſecundum gradum frigidi occupant.

Vt Nebulgea (quæ fit ex nebula, quando per octo aut amplius dies de mane eſt nebula, & cadit humidum ſuper lapidem, illicque areſit, deinde a... mane iterũ eſt nebula, & ſic fit per octo dies: tunc illud quod permanet in lapide, eſt ſeri ſal, quod vocatur Nebulgea, & cadit in pratis.)

Quæ

Quæ ex aqua proueniunt, tertium gradum frigidi obtinent.

Plumbum	*Camphora*	*Kakimia alba*
Electrum ter:	*Thailena altera*	*Thallena frigi*
Antimonium,	*Hæmatites*	*Stannum tri:ge*
Alumen de glacie	*Marchasita argē:*	*Ferrum*
Argentum	*Alumen entali,*	*Talk album*
Tria gen: corall.	*Lotho*	*Aqua glareona*

Quæ ex igne producuntur, quartum gradum frigidi affectant.

a Arles est lapillus sicut amatistus.

Christallus	*Arles* [a]	*Berillus*
Fulgur frigi:	*Citrineus*	*Grando frig.*
Citrinula	*Nix*	*Glacies.*

Obseruandum igitur, quacunq; ratione quæque res ex elementis proueniunt, eadem ratione etiam gradum eundem possidere, iuxta ea quæ prædicta sunt. Porrò quicquid ex elementis sensitiuum existit, sequens figura indicabit.

Sen-

ENSITIVA SEQVENA QVAE EX TERRA PROueniunt, primum gradum caliditatis occupant.

i	Capricornus	Equus
rri	Leo	Aries
ues	Vrsus	Vulpes
pi	Gallus	

opardus, & huiusmodi alia.

Sequentia animantia ex aere nata secundum gradum caloris obtinent.

quila	Sthrutio	Phœnix
irundo	Passer	Ardea

omnia animalia uolatilia, præter ea quæ sunt in qua.

Quæ ex aqua gignuntur, tertium calidi gradum habent.

Castoreum.

Quæ ex igne, quartum gradum.

alamandra.

Sequentia ſunt frigidæ naturæ.

Quæ ex terra primum gradum frigidi poſsident.

Mulieres *Puellæ* *Vaccæ*
Menſtruum *Sperma omne.*

Quæ ex aere ſecundum gradum frigidi vendicant.

Columbæ *Ciconiæ.*

Quæ ex aqua tertium gradum.

Piſces *Lumbrici* *Teſtudines*
Ranæ.

Quæ verò ex igne, quartum gradum.

Gnaui *Zonueti.*

CAPVT X.

PRæterea ſunt alia quædam ſimplicia, quæ interueniente compoſitione, ſecundum gradum attingunt. Hæc quamuis non omnino pro ratione & natura elementorum gradus ſuos aſſequuntur, quæ tamen in

primo

primo ſunt, ſecundum: & quæ in ſecundo, tertium: quæ in tertio, quartum gradum acquirunt, quæ in ſequenti figura patent.

Simplicia.

Roſa	*Viola*	*Solatrum*
Anthera	*Nenuphar*	*Camomilla*
Flores tapſi	*Flores hyperi-(conis,*	*Flores centaureæ*
Flores prunellæ		

Additio compoſitionis.

Oleum	*Acetum crudum*	*Acetum deſtilla-(tum*
Vinum ardens	*Et omnis pinguedo.*	

Porrò etſi natura per ſe non ſit adeò frigida, tamen eò redigit compoſitio, vt per additionem erumpat ſecundus gradus frigiditatis aut caliditatis, id quod in oleo roſaceo palàm eſt, & in aceto roſaceo, cęteriſque id genus. Sunt etiam quæ in tertio gradu alioquin quartum gradum attingunt, vt acetum camphoratū, oleum plumbi, &c. Inſuper ſunt gradus qui per ſeparationem à primo in quartum: item à tertio

in quartum gradũ aſcendunt, id quod in tertio libello de Gradibus ſpagirorum[a] patebit. Sunt præterea quæ prorſus non intenduntur, cuiuſmodi eſt nix & glacies, & idipſum propter naturam relollei. Sunt etiam quæ non niſi præparata naturam eliciunt, vt ſperma ranarum, criſtallus & ſulphur: item ſunt, quæ ex calido gradu in frigidum redi-guntur: vt gemmæ: alia ex frigido in calidum, vt camphora, coralli, &c. Poſtremò ſunt, quæ gradum in præparatione amittunt, vt ea quæ congelantur aut reſoluuntur. Item, quæ in ſubſtantia corporis ſui nihil prorſus operantur, vt oleum iuniperi, & id genus alia.

a De gradibus ſpagirorum in tertio libro require.

Reliqua quæ hoc loco deſiderantur, indicabit experientia.

DE

DE GRADIBVS ET COMPOSITIONIBVS LIBER Aureoli Theophrasti Tertius.

CAPVT I.



IN frontiſpitio huius tertij libri obſeruandum, prę- ter eas eſſentias, de quibus in ſuperioribus libris mentionem feci, aliam à ſuperioribus eſſe naturam, ſiue eſſentiam, quæ Quinta appellatur, ſiue, vt philoſophi loquuntur, accidens elementale, ſiue vt phiſica vetus habet, forma ſpecifica. Quinta autem appellatur hac ratione, quia in primis tribus quatuor eſſentiæ deliteſcunt. Proinde accidens elementale, & quæ hoc loco quinta dicitur, cuius natura neq; calida neq; frigida eſt, citraq; omnē complexionem in ſeipſa. Sed vt exemplum clarius innoteſcat, quinta eſſentia valetudinem firmam ſola introducit, quemad-

Quare dicatur Quinta natura.

modum sunt fortitudo, siue firma valetudo, quæ in viro est citra omnem complexionem ad finem sui deducitur, sic in natura virtus delitescit. Nam quicquid ægritudines pellit, nihil aliud nisi cōfortatio quędam est, quemadmodum si viribus fretus hostem pellas. De natura rerum habetur, nihil esse in rerū natura quod virtute careat, nisi sit naturæ, id quod ex æquo quinta essentia existit, quia citra complexionem accidit. Quanquam frigiditas alibi laxet, nonnuquam & calor, tamen præter naturam fit, & ex virtute naturæ relolleaceæ. Quicquid autem secundum naturā operatur, *eius rei quinta essentia existit: Nam in hoc virtus est disposita, vt sordem à corpore auferat, sicut incarnatiua in vlceribus sanandis, hac ratione recentem carnem inducunt, vt interueniente eorum virtute materia peccans tollatur. Tria hæc triplicis sunt essentiæ, sed virtus vna, quæ iusta nomenclatura, quinta essentia dicitur.

CA-

CAPVT II.

AD cognitionē graduum qui ſunt de quinto eſſe maximè earum rerum quę confortant, quatuor requiruntur in primis obſeruanda: primum, quicquid eſt ex terra, primum gradum valetudinis occupat. Secundum, quicquid ex aere eſt, ſecundū gradum affectat: Tertium, quicquid ex aqua, tertium: Quartum, quicquid ex igne gignitur, quartum gradum vendicat. Porrò fruſtra ſudabit quicunq; ex terrenis quintam eſſentiam affectauerit ſimilem ei, quæ ex aere elicitur. In hunc modum, ea quæ ex aere eſt, ad illam quæ ex aqua erumpit, nunquam conferri poteſt. In hanc ſententiam de quarto elemento eſt iudicandum. Exemplum de extrahenda quinta eſſentia de chelidonia: Nihil eſt quod labores per quintam [a] eſſentiam chelidoniæ, quintā eſſentiam phœnicis, [b] quintam eſſentiam auri: Item per quintam eſſentiam auri, quintam eſſentiam ignis. Quanquam in chelidonia, meliſſa, valeriana, plus arcani, quàm in reli

a Quinta eſſentia eſt arcana natura.
b Phœnix eſt quinta eſſentia ignis.

quis insit, tamen eousque præcellit gradus, vt hac eminentia arcanum istud multis partibus superet. sic in quolibet gradu aliud consistit altius alio. Quare in terrenis obseruandum, num chelidonia melissæ præstet, melissa valerianæ: similiter etiam de tribus alijs elementis iudicandum.

CAPVT III.

IN superioribus capitibus quicquid tractaui, in hoc solùm tractaui, vt in sequentia graduum signa descenderem, atque adeò palàm fieret, qua ratione gradus in elemētis consisterent. Non enim ignoro quantum ab hoc loco dissentiant Platearius,[a] Dioscorides, Serapio, cæteriq; qui hos sunt sequuti, qui non pauca de quinta essentia scripserunt, sed falsò. Tu autem quisquis es, huius quintæ essentiæ cognitionem ab experientia pete. sic enim deprehendes gradus in sua diuisione. Sed vt simul innotescat qua ratione morbi per quintum esse pellantur, principiò diligenter obserua concordiam rerum ac mor-

a Hi solū descripserunt gradus rerū, cùm debuissent arcana describere ipsa.

morborum. Nam aliæ virtutes in sola Synanche pugnant, aliæ in Mania, aliæ in Aschlyte, aliæ in Lethargico morbo, &c. id quod de concordantijs habetur. Hoc loco scitu dignum existimo, hoc quod in natura delitescit, vt in Gelutta,[b] & Melissa, quæ renouant ac transferunt morbum sine omni virtute graduum, in reparatione videlicet ac renouatione pristinæ iuuentutis. Qua ratione autem & qua virtute hæc fiant, de Vita longa[c] velut peculiaria quædam mysteria, quæ in rerũ natura præter arcana sunt, indicantur. Quare hoc loco prætereundum censeo, vt quod de gradibus quatuor elementorũ cœpi, tandem persequar. Hîc etsi multæ ac variæ sunt virtutes, quæ per diaphoreticam naturam, alię per narcoticam, aliæ per alia ægritudines vincunt, tamen ad eos, qui animum ad theoremata conferunt, ista remitto.

b Est herba carlina liquor pulegij.

c Liber de Vita longa.

CAPVT IIII.

OMne quod confortat, est temperatum, hoc loco nihil impediet

ſtantia, quæ etſi frigida eſt, aut calida, non tamen incommodabit quinta eſſentia, nec quod in corpore ſuo. Porrò omne ſpecificum eſt quinta eſſentia ſine omni corruptione corporis ſui. Præterea nihil eſt temperatum niſi quinta eſſentia, vniuerſa corpora ſunt elementata in natura & accidente ſuo.

GRADVS VALEtudinis.

Quæ ex terra proueniunt, primum gradum valetudinis occupant.

Omnia genera:
- *Herbarum*
- *Seminum*
- *Radicum*
- *Spongiarum*
- *Animantium*
- *Florum*
- *Corticum*
- *Fructuum*

Quæ ex aere, ſecundum gradum habent.

Vt omnia genera uolucrum.

Quæ

Quæ ex aqua, tertium gradum.

Omnia genera { *Metallorum*, *Marcaſitarum*, *Kakimiarum*, *Salium*, *Mineralium*, *Res marium ſulph.*, *Piſcium*, *Gemmarum*, *Lapidum* }

Quæ ex igne, quartum gradum.

Tinctura.

Lapis philoſophorum.

Quanquam aliæ quædam virtutes obſeruandæ ſunt, quæ in herbis, non autem in volatilibus neque in metallis delitefcunt, quemadmodū vrſina; & carlina indicant, quæ extra gradum alienas virtutes in ſe admittunt, inter quas eſt etiam ſmaragdus, qui præter alia vim alienam in ſe admittit, nihil tamen ad ſanitatem conferunt: ſunt enim non niſi virtutes externæ, quæ intrinſecus prorſus nihil valent.

CAPVT V.

De laxatiuis.

DE confortatiuis diximus hactenus, nunc ad laxatiua, & eorum gradus. Principiò igitur obseruandum, diuisionem istam qua laxatiua diuiduntur in quatuor naturas, hoc loco non obseruari, quo quidem ad hunc modum iuxta veterem consuetudinem describuntur: Coloquintida Scamonea choleram purgant: Turbith, elleborus, phlegma: Manna, Capillus Veneris, sanguinem: Lapis Lazuli, Elleborus niger, melancholiam. Præterea sunt & alia, quæ choleram vitellinam pellunt: alia quę æruginosam: alia quæ aquam citrinam hydropicorum, & id genus alia, quæ alibi describuntur, apud nos fide indigna, & idipsum hac ratione: quia per materiam peccantem superiora operantur, vel in quibuscunque generibus morborum. In hanc sententiam Coloquintidæ ingenita. Diathesis est prouocare sedes cum melancolia sit: sic Turbith excitare sedes haud dissimililiter limo, vel in cholera, & sic de aliis. Quare iudicium

cium, quod eſt ſuper colorib. ſedium, non ex natura morbi, ſed potiùs eò, quod ſedes excitauit, ſumendum eſt. Porrò etſi ſedes nonnunquam pro ratione ęgritudinis, à qua productę ſunt, exeant, tamen citra differentiam agendum eſt, quibus purgationibus hæ ſedes ſiſtantur: ſcilicet non iuxta naturam quatuor humorum, ſed potius iuxta naturam quatuor graduum, qui fortius aluum ſiſtunt. O ingentem Alaoſcopiam, qua id, quod nullo modo deprehendi potuit, ad iudicium reuocare homines ſtatuunt, ſicut infrà de ſedibus clarius patebit.

CAPVT VI.

SIcut in ſuperiori capite de gradibus laxatiuorum mentionem feci, ita hoc loco, quò altiùs animis inſideant, eadem repeto: ſcilicet, laxatiua non obſeruare prorſus quatuor gradus elementorū: ſed mixtos habere gradus citra omnem reſpectū elementorum. Quare diligentius intuenda erit

morbi natura, ne temerè abutaris confortatione ad medendum morbo, sed potius ita accommodes, vt quaquauersum cum morbi natura conueniat, & gradum vndecunque cum morbo conferas. Sed ne hoc loco illotis manibus (quod dici solet) in hanc purgandi rationem irruamus, hoc opus hic labor est. Obseruandum igitur, partes nonnunquam esse inæquales, in eadem operatione in quarto gradu, vt elleborus [a] aliquando tollit quod Titimallus nequit: item cataputia [b] pellet id, quod reliqua duo nunquam præstare possunt: aliquando præcipitatus: nonnunquam esula: item cassia fistula. Præterea aliquando in febribus purgat febriles humores laxatiuum, vt centaurea: nonnunquam in morbo catalepti co, vt elleborus: interdum in ascaridibus, vt agaricus, & id genus alijs. in causa est natura, non humores, quæ in hoc est ordinata, vt tollat quicquid est melancholicum, siue cholericum, siue phlegmaticum, siue aliud quiddam, quod huc referri potest. Nam ex his omnibus scatere potest, quod choleram æru-

a Purgat sursum.
b Per inferiora & superiora repurgans.

æruginoſam dicitis, quemadmodum de humoribus habetur. Hæc omnia cuiuſmodi in ſe miſteria ſeorſum habeant, experientia indicabit.

CAPVT VII.

De gradibus intenſius & remiſsius purgandi hæc ſequentia nota. *Gradus ſolutiuorum.*

I

Polipodij	*Locuſtæ ſambuci,*	*Locuſtæ ebuli* [a]
Locuſtæ botim	*Sena*	*Manna*
Capilli Veneris	*Gamandrea*	*Cichorea*
Terpentina	*Stomachiolum*	[b] *Serum lactis.*

a Locuſta eſt extremitas arboris.

b Quo ſit caſeus.

II

Siler montanus	*Turbith*	*Hermodactilus*
Ciclamen	*Azarabaccara.*	

III

Rhabarbarum	*Diagridium*	*Scammonea*
Eſula	*Agaricus*	*Centaurea*
Vitriolum	*Lazuli*	

IIII

Helleborus uterq;	*Titimallus.*	*Cataputia*
Coloquintida	*Serapinum*	*Præcipitatus*

CAPVT VIII.

De incarnatiuis ac consolidatiuis.

DE incarnatiuis ac consolidatiuis hæc nota: Incarnatiua ac consolidatiua quatuor gradus in se claudunt. Consolidatiua autem eodem modo cum laxatiuis elementa excludunt. Principiò igitur obseruandum, qua ratione ægritudines, quibus mederi volumus, in gradibus consistant. Ex his enim insequitur gradus rerum naturalium: nam alia ossium fracturam sanant, alia vulneribus medentur, alia communibus vlceribus, alia æstiomenis, cancrosis. Inde consequuntur quatuor gradus in hunc modum.

I

Fracturam ossium sanant

Alchimilla	*Diapensia*	*Consolida*
Peruinca	*Aristolochia ro-*	*Serpentina*
Perfoliata	*(tunda*	

II

Vulnera sanant

Balsamus naturalis, Balsamus artificialis, Pulueres Apostolorum, Potus vulne-

vulnerũ, Emplaſtra Apoſtolorum, Vnguenta Apoſtolica, Hypericonis oleum, Centaureæ oleum, Prunellæ oleum, Anethi oleum, Terpentinæ oleum, Benedicti oleum, oleum ex lateribus.

III

Apoſtemata & vlcera communia ſanant emplaſtra Gummata, emplaſtra Mummiata, emplaſtra Apoſtolica, vnguenta Apoſtolica.

IIII

Aeſtiomena carnoſa ſanant

Compoſitio Mercurij, compoſitio Braſſatellæ, compoſitio Realgaris. Huc huc ſimul adeſte omnes Chirurgi, quorum ego ne vnum quidem vel ſolo titulo dignum hactenns conſpexi. Huc, huc, inquam, properate ſimul impoſtores, vt ſemel cognoſcatis ſingulos gradus ſeorſim iuxta preſcriptum, à quibus iam aliquot ſecula longè aberraſtis, capti videlicet illecebris veſtrorum receptiunculorum, quæ ſubinde

á pueritia hostiatim emendicastis, vel nuce indigna. resipiscite quæso, resipiscite, & à vestris vnguentis sparanapijs atque cataplasmatis; quæ sursum, deorsum ordine confuso discurrunt, tandem ad veram medendi rationem deficite.

CAPVT IX.

De venenis.

SVnt insuper alia à superiorib. quæ suos gradus ex æquo possident, cuiusmodi sunt venena, in quibus vel maximè obseruandi sunt gradus, ne pro elementata natura eorum in compositionem receptorum admittantur. Principio igitur introspiciatur veneni quantitas, tum demum adornetur pondus, idque in hanc sententiam.

Venena in gradibus.

Simplex per se

I

Colchotar

Alumen

Reuer

Reuerberata.

II.

Spiritus Iouis. Spiritus Saturni.

Calcinata.

III.

Tartarum. Sciſſum.

Sublimata.

IIII.

Arſenicus Mercurius.

Reliqua veneni genera, vt aranei, bufones, ſcorpiones, lacerti, ſerpentes, dracones minores, & aliorũ, quia non ſunt ingredientia, prætereunda cenſeo, præter Tyrum, qui ſuo loco dicetur. Sunt præterea, quæ menſtruum prouocant, quare in ſiſtendis menſtruis apprimè accommoda fuerunt relata, ſcilicet inter reliqua recepta pro ratione ſuorũ graduum iuxta præſcriptum componendi recepta. Sunt inſuper quæ tumores reprimunt & vrinam prouocant. Hæc omnia & his ſimilia ab experientia petenda ſunt & concordantia Hæc de Gradibus. Reliqua quæ hoc loco

desiderantur, assiduus vsus indicabit: nunc de Gradibus spagyrorum.

CAPVT X.

Gradus spagyrorum. Spagyricorũ nominum cognitio vera in experimẽtis latet.

EX industria spagyrica quatuor gradus eodem modo cum quatuor elementis proueniunt, qui reliquos gradus quantitate sua vincunt. Porrò vbicunque postremus gradus desijt, illic primus punctus in spagyricis principium habet in hunc modum:

I

Oleum ex omnibus { *Herbis*, *Radicibus*, *Seminibus*, *Oleis*, *Resinis*, *Gummis*, *Fructibus*, *Fungis*, *Vsneis* }

II

Per distillationem de { *Vulture*, *Columba*, *Ardea*, *Coruo*, *Pica* }

Aqua

III

Aqua vitrioli, liquor.
Aqua Mercurialis.
Oleum argenti viui.
Viriditas salis.
Aquæ aluminosæ.
Calcinata olea.
Olea metallorum.
Liquores gemmarum.
Aurum potabile.
Essentia antimonij.

IIII

Oleum cristalli.
Oleum berilli.
Tinctura.
Lapis philosophorum.

Hæc omnia calida sunt: nam gradus spagyrici elementatum tollunt, & super idquod elementatum est, gradibus suis tendunt. Quare ad cognitionem istorum graduum requiritur plena ac perfecta experientia, vt videas præparationem eorũ, quæ ex elementato eo, vbi superant elementatum deueniunt.

Quæ ex terra sunt, primum gradum spagyricorum occupant.

- Seminibus
  - Anethi
  - Iuniperi
  - Cardamomi
  - Chariophili
- Radicibus
  - Iusquiami
  - Reuponticæ
  - Angelicæ
  - Ostrutij
- Lignis
  - Hebeni
  - Iuniperi
  - Sandalis

Quæ ex aere secundum gradum obtinent ut ex

- Fructibus
  - Nuba
  - Ilech
  - Tereniabin
- Volatilib.
  - Phœnix
  - Aquila
  - Columba

III

Que ex aqua tertium gradum, ut ex
- Metallis
  - Auro, Mercurio, Argento
  - Cupro, Lothone, Ferro, Plumbo,
  - Stanno, Electro
- Gemmis
  - Saphyro, Smaragdo, Granato
  - Topazio, Rubino, Hiacintho,
  - Ametisto, Corallo.
- Mineralib.
  - Markasita, Kakimia,
  - Talk, Realgar
- Salibus
  - Vitriolis,
  - Aluminibus,
  - Salibus.]

IIII

Que ex igne quartum gradum uendicant, ut ex
- Berillo,
- Christallo
- Arde [a]

a Ardes est cristallus è liquoribus factus

Et quæ ex prædictis quatuor elementis descendunt, vt

Ex terra,

Aqua vitæ, Aquæ circulatæ, Balsa-

ma diſtillata, liquores diſtillati.

Ex aere.

Aues diſtillatæ, Tereniabin, Nuba Ilech.

Ex aqua.

Aurum potabile, Liquor argenti, Reſolutio Mercurij, Sublimata, Calcinata, Reuerberata, Reſoluta, Congelata.

Ex igne.

Liquor Criſtalli, Liquor berilli, Liquor ardæ.

ILLVSTRISSIMI THEOPHRASTI AB HOhenheim liber quartus de Gradibus & Compositionibus receptorum.

CAPVT I.



QVEMadmodum in superioribus libris, ea quæ de Gradibus vnà cum differentijs eorum vehementer commēdaui, ita & hoc loco differentiam tibi rursus commendo, in hanc sententiā. Herbæ quæ sunt frigidæ naturæ & ex terra, non in vniuersum commodę sunt omnibus morbis calidæ naturæ, neque calidæ rursus ægritudinib. frigidæ naturæ. Ex his septem genera morborum & septē quoque genera calorum & frigiditatum colliguntur, cuiusmodi sunt inter reliqua membra ea, quæ cordis sunt. Hæc igitur differentia vel maximè obseruanda est in huius libelli principio, cui titulus præfigitur de Compositione receptorum, vt ea, quæ hepati desunt,

De compositionilius receptorum.

ſiue calidum ſit, ſiue frigidum, ab ĳſdē herbis petantur. Sic ea, quibus cerebrum deſtituitur, ſuas herbas requirūt. Porrò etſi herbę in vniuerſum ſunt aut calidæ aut frigidæ, tamen herbæ, quæ ſplenis ſunt, nihil prorſus commodant ægritudinibus rerum. Quare ſub cognitionem graduum inſequitur differentia herbarum in hunc modum.

CAPVT II.

Diuiſio herbarum in ſeptem ſpecies.

DIfferentiam herbarum ad hunc modum cognoſce: Principio diuidūtur herbæ in ſeptem ſpecies vnà cum reliquis elementis, & idipſum pro ratione ac natura aſtri, quod ex æquo cum his in ſeptem ſpecies conĳcitur. Porrò qua ratione hęc ſeptimembrem diuiſionem recipiunt, eadē quoque ratione corpus partitionem ſeptimembrem recipit; ſingulaq́ue ſingulis æqualia affectant, vt ea, quæ ſub ſole ſunt, cordi accommodantur, quæ duplicia ſunt. Quæ verò ſub luna, cerebro, idq́ue in gradibus vtriuſque. quæ ſub Venere, renibus medentur, quę ſub

Satur

Saturno, ſplenem confortant. quæ ſub Mercurio hepar defendunt. quæ ſub Ioue, pulmonem reſpiciunt. poſtremò quæ ſub Marte ſunt, felli omnino accommoda referuntur. Præterea etſi herbæ vnà cum ſimplicibus non regantur à planetis, neque planetæ ab ipſis, tamen ſingulare quoddam dominium exiſtit in quolibet elemento citra commixtionem alterius.

CAPVT III.

AD cognitionem eorum elementorum quę cordis ſunt, principio obſeruandum: Quicquid regenerat, cordi finitimum eſt, vt aurum, ☉
meliſſa, nuba, &c. Præterea quicquid abſumit phlegma, interueniente natura eius, rei fragrantia ad cerebrum refertur, cuiuſmodi ſunt roſa, camphora, ☾
muſcus, ambra. Porrò quod ſanguinē aut extinguit, aut calefacit, hepati inſeruit: ☿
quod vrinam prouocat, & ſperma ♀
adauget, renibus: quod vitam longam ♄
conſeruat, ſpleni: quod deoppilat, pulmoni. ♃
Horum cognitio in experientia

consistit, sed in ea potius, quæ ex philosophia, hoc est, de regeneratione, quã quæ ex medicina, id est, de morbo, imò quæ ex transmutatione nascitur. Nam ibi cùm medicatum philosophica experientia concurrunt, atque adeò propria atque genuina vniuscuiusque rei diathesis deprehenditur.

CAPVT IIII.

COgnita igitur transmutatione, quæ septem species, cùm frigidi, tum calidi indicat, obseruandum: Quicquid regenerat, & id quod inueterauit, expellit, ac munditiem adfert, & rem integram, atq; adeò incorruptam reddit, sub eandem speciem concludi, siue idem ex frigore, siue ex calore elementorum suboriatur. Præterea, quicquid in transmutatione humores superfluos consumit, vt sal, leprositatem lunæ tollit, præsentissimum remedium est cerebri. Hoc loco obseruabis, herbas nõ ea ratione administrandas, quia lunares sunt: sed quia lunaria in suam potestatem redigunt ac cogunt. Per argentum

gentum enim aut lunam nullo pacto cerebrum sanatur, sed per ea potius, quæ cum his pugnant: Porro quicquid aduersus rubiginē ac putrefactionem munit, & in essentia conseruat, vt fixa, quæ in transmutatione metallorum deprehenduntur, eadem ratione splenem incorruptum conseruat. Sic quicquid substantiam ac corpus in liquorem resoluit, epar confortat, & id quod repugnat, expellit. Quicquid autem eò vsque resoluit, vt contraria separet inter se, ad pulmonem confertur, cuiusmodi sunt alkali in stanno. Postremò quicquid præparat res, & easdem idoneas reddit augmentis transmutationum, cuiusmodi sunt coniunctiones arcanorum, vel in primis vsurpandum est. Harum rerum experientiam ex transmutatione naturæ pete. Neque interim vestris deplorandis gradibus, neque in frigidis descriptionibus herbarum, quas codices insulsi habent, vitam vniuersam cōterite. Non enim seruientia sunt, sed potius sæuientia aduersus pulmonem.

CAPVT V.

Porrò qua ratione ſeptem ſpecies prædictæ in quatuor elementis deprehendantur, quid ſcilicet ex terra, quid ex aere, quid ex aqua, quid deniq; ex igne ſit, ſequentia indicabunt, ex quorum deſcriptione modum componendorum receptorum iudicabis, idq́ue in hanc ſententiam.

Quæ ex terra calidæ naturæ.

☾	☉	♀	☿
Cerebrum	*Cor*	*Renes*	*Epar*
Viriditas ſalis	*Eſſentia meliſſæ*	*Correctio ſybetæ*	*Liquor Braſſatellæ*
Liquor uitrioli	*Eſſentia quinta auri*	*Eßentia Satyrionis*	*Manna*
Liquor lunariæ			*Xiloaloes*

♄	♃	♂
Splen	*Pulmo*	*Fel*
Myſterium Ellebori nigri, Valerianæ, Verbenæ.	*Extractio de pulmone*	*Quinta eßentia chelidoniæ.*
	De Vſnea	

Quæ

Quæ ex terra frigidæ,

Esse de geoen	*Materia laudani*	*Materia stinlocorũ*	*Liquor senæ*
Esse de anheis	*Materia perlarum*	*Materia selac*	*Qu. sanguinis*
	Materia saphirorũ		*Qu. s. gamandreæ*
			Cichoreæ.

Compositio candi	*Materia rois*	*Compositio agrestæ*
	Materia sulphurum	
Confectio dubelteleps	*Materia ologan*	*Compositio Balaustiarum*

CAPVT VI.

Quæ ex aere calidæ naturæ.

Cerebrum, Cor, *Renes, Epar, Splen, Pulmo*, Fel

Nuba	Ilech	
Symona	Hallereon	*Thereniabin*

Quæ ex aere, frigidæ naturæ.

Halcyon[a] *Ilech crudum* *Arles crudum*

a *Eyßvogel*

CAPVT VII.

Quæ ex aqua calidæ naturæ.

Quæ ex aqua calidæ naturæ

Cerebrum	Cor	Renes	Hepar
Oleum Mercurius lunæ	Aurum potabile	Essentia uitrioli	Mysteriũ mercurij
Essentia argenti	Liquor Solis	Q. de sulphure	Mysteriũ antimonij
Essentia de sexto Venere.	Oleum de septimo Saturno	Flos Veneris	

Splen	Pulmo	Fel
Magisterium de asphalto	Flos Iouis	Crocus de marte
	Extractio stanni	
Rubedo de nigro	Talk resolutum	Topazius è ferro

Quæ

Quæ ex aqua frigidæ naturæ

uccus de metisto	*Marcasita utraq;*	*Tinctura*	*Spiritus Saturni*
iquor de ranatis	*Talk album.*	*Lapis de physico*	*Essentia de plumbo*
Cōpositū le gemmis			

Mysteriū Mercurij coagulati	*Flos de Ioue crudo*	*Ferrugo de quinto*

CAPVT VIII.

Quæ ex igne calidæ naturæ,

Cerebrum, Cor, Renes, Epar, Splen, Pulmo, Fel, [a] *Nostoch calidum.*

a Nostoch est species ignis.

Quæ ex igne frigidæ naturæ,

[b] *Arcana cristalli*
Magisterium berilli
Liquores [c] *citronci*

b id est, virtutes.

c Citrinib. est gemma.

CAPVT IX.

Cognitis gradibus & speciebus graduum, tum demum aggredere compositionem receptorum

Regula in compositione receptorum.

iuxta præceptum regulæ sequentis.
Quemadmodum quatuor elementa sunt, sic quadruplicia recepta sunt adornanda, in hanc sententiam: Alia sunt genera morborum, quæ terrena remedia affectant. Alia desiderant aerea: alia requirunt aquatica: alia ex igne petunt. Principiò igitur obseruandę sunt ægritudines in prædictis septem membris, inter quæ scilicet elementa referantur. Nam inde sunt elicienda simplicia, quib. compositum adornes pro ratione cum graduum tum specierum. Proinde in elementatis ęgritudinibus, puta terrenis, compositum non est altius apparandum suo gradu, sed in eo ipso gradu relinquendum. Similiter in aereis, nihil ex alienis elementis est admiscendum. Eodem modo de cæteris elementis, aqua, & igne iudicabis. Sed vt singulas ægritudines singulis elementis accommodes, hoc opus, hic labor est. Nam inde accidit communis ille error, qui subinde repullulascit in podagra, in paralyticis, morbisque cæteris id genus, propter præposterā medendi rationem, quam homines imperiti

riti aggrediuntur. Exemplum habes in epilepſia. Species epilepſiæ elemento aquæ ſubijcitur: quare ex his quæ mineralia vocant, ſananda eſt. ſic de alijs quoq; iudicandum.

Epilepſia per mineralia aufertur.

CAPVT X.

REgulas generales de compoſitionibus receptorum in hanc ſententiam accipe: Vniuerſa recepta quæ pro elementalibus morbis adornantur, ſex reb. conſtant, quarum duæ ex planetis, duæ ex elementis, denique duæ ex [a] narcoticis ſunt. Quamuis etiam tribus confici poſſent, ita vt de ſingulis alterum ſolùm recipiatur, tamen infirmiora hæc ſunt quàm quæ ad medendi rationem admittenda ſint. Veruntamen (vt ad priora redeam) duæ ſunt, inquam, quæ ex planetis conſtant hac ratione, qua medicinā conciliant ac corrigunt: duæ ex elementis, vt gradus ægritudinis ſuperetur: poſtremò duę ex narcoticis, hac ratione, quia quatuor prædictæ partes imbecilliores ſunt, quàm quæ morbum ante cri-

Compoſitio receptorum.
a Narcotica ſunt quæ tollunt morbū.

ſim expellāt. Quare hoc loco de Compoſitione obſeruabis potiſſimùm, vt criticum diem anteuertas. Ad hunc igitur modum adornata recepta apprimè valent in morbis cum acutis tum peracutis & peracutiſſimis, quaquauerſum agas.

CAPVT XI.

De ponderibus.

POſtremò de ponderibus nota regulam ſequentem. Principio obſerua gradum, vincatur ne à medicina gradus, an quaquauerſum cũ gradu ſuo conſonet, ſcilicet ita, vt hæ duplices ſpecies ſeſe non corrumpãt, ſub hæc diſpone in hanc ſententiam. Principiò quæ ex planetis ſunt ad quatuor partes refer in receptum: quæ ex elementis, ad tres: quæ ex narcoticis, ad vnam partem. Et vt clarius innoteſcat conſilium, confero me ad illa compoſita, quæ iuxta modũ præparandi confecta ſunt in hunc modum: Recipiatur eſſentia planetarum, eſſentia elementata, denique narcoticum purum: alioquin ſi ſubſtantiæ admittantur, in pondera

dera deprauatur receptum. Non enim ex multitudine graminis aut fœni iuxta catarticorum præscriptum, sed potius ex virtute natiua hæc compositio fiat. Hęc de compositione receptorum in genere. Qua ratione autem singula recepta singulis, morbis accomodanda sunt, quintus liber indicabit.

DE GRADIBVS ET COMPOSITIONIBVS liber Theophrasti Paracelsi Quintus.



CAPVT I.



Rincipio in descriptione receptorum diuide morbum in quatuor species: deinde has species inter elementa refer, gradúmque qui occurrit, accipe, & iuxta modum insequentem pro-

Morbus diuiditur in quatuor partes.

cede. Porrò ſi accidat tranſlatio morbi de vno in alium gradum, recipe eundem gradum: ſic enim permanent ægritudines primi gradus, quæ ex terra ſunt: ſecundi, quæ ex aere: tertij, quæ ex aqua: & quod quartum attingit, per ſolam tincturam ſanari oporttet, alioquin nihil eſt, quod huic loco accomdari poſſit. Præterea etſi in ſuperiori libro receptum ſex partibus adornari præſcripſi, tamẽ tribus confici potuit, aut ſuperiora duplicari, vt duodecim appareant: aut ad hunc modum deſcribi, vt eorum, quę planetarum ſunt, quatuor: quæ elementatorũ, duo: quæ narcoticorum, vnũ recipias, ſed ita, vt porrò pro ratione huius deſcriptionis digeras pondus in hanc ſententiam. Accipe de his, quæ planetarũ ſunt, ʒ iiij. de elemẽtatis ʒ iij. de narcoticis ʒ j. ſic in pondere, nõ autem in numero ſimpliciũ res conſiſtit. Rurſus ad doſim, non pondus, neque ad receptum refertur vis, atque adeò effectus earum rerum, quæ in huius recepti deſcriptionẽ admittuntur, vt in his, quæ planetarum ſunt, maiorem energiam deprehendas quàm

Vis medicinę in doſi conſiſtit.

quàm in elementatis. Sed hoc doſeos eſt, non ponderis, neque recepti: quare ſuperior modus obſeruandus eſt. Poſtremò inſignis peritia medicæ rei hoc loco requiritur, ne medendi rationem ante tempus aggrediare, ſed ita potius rem tractes, vt illic, vbi opus eſt purgatione, purges: vbi ſanitate, ſanes: vbi conſolidatione, conſolides, in hanc ſententiam, vt ſequitur.

CAPVT II.

AD compoſitionem receptorum, quæ pro laxatiuis pręſcribuntur, duo ſunt neceſſaria, quæ aduerſus laxationem digeruntur: aliud quod confortat, & aliud quod mitigat. His igitur ad hunc modum diſpoſitis, citra omne periculum exiſtit deſcriptio recepti. Principiò igitur, quod ad confortandum attinet, recipe aromata, cinamomum, chariophilos, nucem muſcatam, cæteraque id genus. Quod autem ad mitigatiuam attinet, recipe anodica, idque ad minimum pondus. His duabus reb. erumpit correctio eorum, quotquot in recepto ſunt. Neque hoc

Compoſitio receptorum pro laxatiuis

loco obſeruanda eſt differentia, quid choleram, quid phlegma purget, ſed potius intuenda experientia, quid cui præſtet, quemadmodũ de modo pharmacandi habetur: purgandi enim ratio omnium maximum eſt, quod medicæ rei peritus obſeruare debet.

Liber de modo pharmacandi.

CAPVT III.

EXemplum in laxatiuis, quæ vomitum cient, ad hunc modum deſcribũtur: Recipe ellebori albi drachmam, cinamomi, nucis muſcatæ, ſingulorum drachmam ſemis, ſucci de Thebaico ſcrupulum. hæc deſcriptio indicat cùm pondus tum naturam vomitiuorum, quæ per ſeceſſum etiam purgãt in hunc modum: Accipe de vomitiuis partem vnam, de confortatiuis tantundẽ, de Thebaico ſucco tertiam partem ſimplicis laxatiuorum: deinde iuxta conficiendi modum digere, & pro ratione doſeos adminiſtra. Aut in hanc ſententiam: Recipe mithridati, rob de ribes ana drachmam dimidiam, ſucci de papauere ſcrupulum, præcipitati

tati drachmam, confice ad formam. Aut ad hunc modum: Cape cataputiæ, thitimali, ellebori, vniuscuiusque scrupulum vnum, anisi, feniculi, croci martis, terræ sigillatæ, ana grana quindecim, succi Thebaici, de papauere, de iusquiamo, singulorum grana septem, dispone ad formam. Si autem per secessum non operantur vomitiua, cuius modi sunt Rhabarbara, coloquintida, cæteraque id genus, recipe ea, quæ inter laxatiua efficacissima sunt, & in tertio gradu consistunt, ea ad confortatiua confer, & ad decimam sextam partem narcoticorum in hunc modum. Accipe scammoneę drachmam, specierum de gemmis, diamusci, singulorum drachmam mediam, opij scrupulum medium, misce ad formam. Similiter de Rhabarbaro cæterisq; iudicandum. Proinde si secundum gradum attingunt, adde duodecimam partem narcoticorum, quemadmodum fieri consueuit in turbith & hermodactilo, cæterisque id genus. Si verò primum occupant, nihil immuta, sed vnà cum confortatiuis ita coniunge, vt consul-

te cum his agas, num ſcilicet frigida an calida habere velis: ea interuenientibus confortatiuis, præpara in hanc ſententiam.

Hirtzbrunſt

Recipe diagridij, agarici, ciclaminis, ſingulorum ſcrupulum, corallorum rubeorum drachmam, opij ſcrupulum.

Aut in hunc modum: Accipe vomitiua & laxatiua mixtim, ita tamen vt pondus ſuum ſeruetur vtrinque, atque ita receptum duplica, dein ad formam miſce.

CAPVT IIII.

IN curatiuis ſiue ante ſiue poſt purgationẽ iuxta peritiam phyſices deſcribuntur recepta in hanc ſententiam. Principiò ſingula colloca in primum gradum: proinde ſi tranſmutatur morbus de primo gradu in ſecundum, de tertio in quartum: ſimiliter age in hanc ſententiam in icteritia. Accipe locuſtarum[a] drachmã vnam, centaureę drachmas duas, [b]reſibolę drachmas tres, miſce iuxta præſcriptum experientiæ interueniente vino, dein vice po-

a hoc eſt alkali ex leſeolis.

b Reſibola eſt ſconchea; ex anſere nata.

ce potionis administra. Cuiusmodi recepto si non sanatur ægrotus, secundum, tertium, aut quartum gradum inquire, & in eam sententiam, quam præscripsi, receptum describe. Itaque tria in compositione receptorum considerantur: Specificum planetæ, cuiusmodi sunt latuscij, auriculę muris, elementata naturæ vt cētaurea: postremò narcotica, vt resibolæ, oppium. Porrò quamuis centaurea plenius operetur elementatis, tamen hoc experientia requirit. Quod autē pondus in præsenti recepto cū regula pugnat, in caussa est iam dicta experiētia, quę receptū ex sui natura, non autē ex regulis colligit. Sic etiā in febribus: Accipe nectaris drachmam, de testudinibus drachmam semis, succi de thebaico scrupulum. Quę autem regulas sequuntur; eandem rationem cum superiori descriptione, quæ sex partibus aut pluribus constat, habent. Ego verò malim experientiam quàm nudam istam literarū depictionem eorum, qui solis regulis student.

Nectar est confectio albuminis ouorum.

CAPVT V.

Scilicet è mineralibus.

IN morbo caduco, vbi receptũ compositionem in tertio gradu desiderat, compositum non habet locum, sed simplex tantùm administratur, vt per spiritum [a] vitrioli, & alia id genus: In primo gradu describitur receptum iuxta præscriptũ primi gradus, in hanc sententiam. In paralysi administrantur confortatiua per se, vt aqua vitæ, essentia lauendulæ, aurum potabile, liquor gemmarum, cæteraque id genus: sic in quarto gradu regula obseruanda est. Porrò si duplex medicinæ vsus inciderit, scilicet intra cutem & extra cutem, vt in paralysi. Paralyticis & contractis bifariam administra, intrinsecus iuxta modum suprà præscriptum: Balsamum autem extrinsecus iuxta experientiam, quemadmodum modus administrandi habet. Sed ea quæ ex balsamo conficiuntur, ad hunc modum accipe. Principiò duntaxat ea recipe, [b] quæ ex planetis sunt, neque interim elementata vide, neque narcotica: vt in contracturis summum experimentum

a Spiritus vitrioli in quarto gradu spagyricorum.

b Antea respice.

est

est specificum serpentinæ, deinde pinguedo, quæ ex hebeno, hominibus, terpentina, oleo, cæterisque id genus elicitur. In hanc sententiam innumera sunt, quæ experientiam, non regulas sequuntur. Nam id genus morbi per ea, quę longo & assiduo vsu eruperunt, sanari mauult, quàm per canonica recepta.

CAPVT VI.

In incarnatiuis cùm experientia tum regulæ sunt obseruandæ in hunc modum: Quicquid est planetarum, exactè inquire, in quoto scilicet gradu cũ incarnatiuis conueniat: denique qua ratione componatur: quemadmodum in fractura ossium sequens receptum indicat. Recipe consolidæ, aristolochię rotundæ, serpentinę, singulorũ libram. Porrò etsi infiniti præter hunc habentur modi medendi ossium fracturas, tamen quicquid præter id quod dictum est huc adhibetur, incommodat, & pręsentem medicandi rationem impe-

dit. Neque hoc loco ſilentio præter-eundum cenſeo, varia conſolidarum genera, ac multa. Præterea ſerpentina-rum incognita & cognita, quæ ideò nõ recẽſentur à me, quia nihil impediunt pondus, ſed in diem iuxta præſcriptum referuntur, citra reſpectum cùm calo-ris tum frigoris, quę deſcriptionem re-cepti corrumpunt. In vulneribus au-tem ſequentem componẽdi rationem obſerua. principio collige in vnũ quæ planetarum ſunt ac vulnerum, ſingula iuxta experientiam in hanc ſentẽtiam: Quicquid eſt balſami crudi, ad oleum redige per extractionẽ, & idipſum pon dere æquali citra omnem additionem cùm caloris tum frigoris, ita vt ſolis ſpecificis immoreris, in hunc modum: Gummi tractari debet in emplaſtris, ſi-ue vnguentis apoſtolicis, niſi quatenus ſextam partem erga reliquas ſpecies complent, & quinque reliquæ partes ſpecierum ſunt, & corpus harum re-rum pondera quatuor habet. Potus au tem vulnerum iuxta experientiam in pondera refertur, & idipſum intentius aut remiſſius in hunc modum: Accipe

pyrolæ

pyrolæ manipulos duos, peruincæ, diapenseç, ana manipulum vnum, agrimonij manipulum cum dimidio. Iam si fuerint aliæ præstantiores, ab illis ad has defice. Postremò etsi multa sunt quæ hoc loco de receptis vulnerũ desiderantur, tamen citra experientiam, quę receptorum mater est, regula comprehendi nequeunt.

CAPVT VII.

IN descriptione receptorum pro apostematibus principiò obserua, nihil eorum hîc admitti, quæ in superiori capite inter recepta vulnerum referenda duximus: sed præter ea, quæ planetarum sunt, simul etiam elementa considerari, vt vtraque conueniant. Præterea dispositis ita receptis, nihil de his, quæ putrefaciunt, aut in loco purgant, apponi, cuiusmodi sunt maturatiua & laxatiua. Est autem huius recepti hæc ratio & natura, vt gummi, incarnatiua, denique quæ planetarum sunt, in subscriptum pondus digerantur. De gummi scilicet pars vna prodeat, de incar-

natiuis tres, de his quæ planetarũ sunt, reliquæ duæ, in hanc sententiam: Accipe gummorum bdellij, armoniaci, galbani, oppopanaci, singulorum drachmas duas, thuris, mastichis, myrrhæ, mummiæ, aristolochiæ rotundæ, aloe epatici, ana vnc. semis. florem æris, cinnabrij, cerussæ, camphoræ, vniuscuiusque vnciam dimidiam: hæc omnia in lithargyrio elixato, aut minio, aut nuda cera admixta colophonia, in vnum coge. Atque in hunc modum digere emplastra omnium vlcerum & apostematum. Postremò vt formam emplastri arripiant prædicta, recipe, cùm ceram tum terpentinam, & idipsum pro experientia.

Descriptio emplastri omnium vlcerum ac apostematum.

CAPVT VIII.

Die für sich fressen.

IN æstiomenis aut cancrosis, vt in serpigine, noli me tangere, cæterisque id genus, tres modi componendorũ receptorum obseruandi sunt. Primus ex virtute planetarum erumpit, & vniuersa vlcera citra adiectionem alterius sanat, cuiusmodi est Brassatella. Secundus

Brrssatella

ius est ex his, quæ per medicamina æschpharę in hoc præparantur. Tertius ex medicaminibus pręcipitati elicitur. Receptum, quod ad prouocandam æschpharam facit, ad hunc modum describitur. Recipe de medicaminibus eschpharæ partem vnam, de aqua brassicellæ partes quatuor: eandem aquam vsurpa. Alterum est: Recipe decimam sextam partem præcipitatorum, & idipsum ad vnguentum siue emplastrum apostolicum, & administra. Hęc quamuis ita se habeant, tamen non nisi mercurialis statua sunt eorum, quæ experientia palàm indicat, quam volo vobis esse commendatissimam, vt vniuscuiusque propriam ac natiuam vim pernoscatis, & à vestra experientia, quæ ieiuna ac arida, imò nulla est, ad eum cui velut Lacedæmonio Apollini quatuor insunt aures deficite.

Summum medicamentum ad omnia mēbra principaliora.

DE GRADIBVS, DE COMPOSITIONIBVS & Dosibus liber Sextus Theophrasti.



CAPVT I.



N Dosibus verò describendis præter ea, quæ in superioribus quinque libris tractauimus, quantum ad complexionem, atque adeò ipsum Ares attinet, sciendum est, id vniuersum, quod naturæ probandum venit, eius videlicet rei, cuius subire audet medicus prouinciam. hoc namque solùm, quod ipsis etiam oculis probatur, in dosibus considerari debet. Obseruandum igitur in primis, vnamquamq; dosim secundum ipsius propriam ac naturam Ares vel calido consistere, vel frigido. Vbi etiam sciendum, in receptis comparandis nec humidum, nec siccum (quantum ad dosim spectat) considerandum esse. Sicut enim

enim principio duas tantùm esse complexiones demonstraui, ita etiam duplices solummodò quoque doses existunt: gradum enim calidi vel frigidi quicunque probè nouerit, eidem quoque non solùm siccum & humidum eius adiunctum esse, sed & siccum resolutum & humidum coagulatū, haud quaquam ignorabit. Præterea scire quoque debes, cálido & sicco nullum prorsus inesse vel arcanum vel aniadum. Quandoquidem etiam nullus morbus exurgit, qui horū alterutrum solummodò petat. In calido & frigido rei summa est: illa namque Diathesis vel in calido dominatur, vel in frigido: cuiusq; verò morbi inclinatio hæc sola est, vt alterutrum à medico solùm, siue calidum hoc sit, siue frigidum, obseruetur. Quilibet autem gradus sui morbi dosis est. quare ex gradu quoq; dosis accipi debet id, quod vel ignis comparatione intelligas licet, qui vnum tantummodò gradum habet, atque is quidem gradus per se solus ad consumendum sibi contrarium sufficiens est: quod quidem secundum ca-

Dosis duplex

Aniadus est rerum efficacitas.

Quilibet gradus sui morbi dosis est.

lorem eſt. Hauddiſſimili modo omnis glacies vnum quoque habet gradum ad infrigidandum membrum ſufficientem, idque ſecundum frigus. Proinde omnis morbus gradum ſuum habet nec plus, nec minus. Eodem quoq; pacto ſe habent ad vnumquenq; morbũ doſes, piper & caſtor. Doſes morborum ſunt, vt ſic dixerim, piperinorum, & caſtoreorum. Cæterùm alius morbus eſt, qui doſim ſuam ab igne petat. *Sperniola eſt ex ranis.* Sperniola & camphora vnum habent gradum: eundem verò morbi quoque, qui ſunt ex perſicis, gradum occupant. Vnde fit, vt ſperniola & camphora eorundem quoque doſes exiſtant. Sciendum verò iterum, res naturæ non gradari ex æquo ad morbos quantum refert doſim, verùm vna quæq; gradum *Gradus doſeos.* ſuum habet morbo ſuo æqualem, atq; is eſt doſeos gradus.

CAPVT II.

Porrò verò, quoniam vnus ſolummodò gradus eſt, nec vlla res tam in calido, quàm in frigido altius gra-

gradatur alia, præcipuum certè est, ad inueniendam dosim æqualitas. Cæterùm in rebus naturæ, & in morbis vtriusque vnus est gradus. Neque enim vllus morbus deterior fit eò, quo eius medicaminis gradus est altior: deterior enim nisi iuxta naturæ nobilitatē nullus fieri morbus potest. Ad recipiendum verò in his dosim, ab vtraque parte consideranda est copia. hinc itaque dosim accipe, morbi copia abundè quoque doseos tibi copiam ostendit. Quocirca scire oportet medicū, quali nam pondere morbus grauatus sit, tantundem enim pondus medicinæ quoque dosis sibi vendicat. Quamobrem obserua pondus administrandi esse, non gradum: in hoc enim situm est præcipuum, quamlibet dosim reperiundi fundamentum. Ex numero siquidem hoc prodire debet, non ex earum rerū corpore. Primū itaq; est, vt seipsum curet microcosmi Ares, & nō medicamina adhibita. Quamprimùm enim morbus ad æqualitatē adductus fuerit, sequitur statim, vt ipsa natura, quod sibi ipsi contrariū est, curet. Proinde scien-

dum eſt, quamlibet doſim, non vltrà prædictum numerum, qui ex morbo ſumitur, vſurpandum. In ipſa enim natura viginti quatuor comprehenduntur, in quo numero etiam medicina ipſa ſumi debet, vt quemcunque numerum attigerit, idem ex naturæ ſumatur anatomia. Nam vt in hac viginti quatuor morborum (vt ità dicam) minuta ſunt, ſic etiam in medicina 24. lotones exiſtunt. Per hæc igitur viginti quatuor minuta, & lotones totidē quilibet medicus adminiſtrare medicamina nouiſſe debet, vt ęqualem vtrobique numerum in microcoſmum deducat. Quo facto, virtus naturæ ea eſt, quę curat ægrotum. Quare notandum, ſæpe numero euenire, vt plerique morbo iam iam defuncto, nihilo tamen minus valetudinarijs adhuc ſimiles exiſtāt, idq; ex ea ratione, quòd ipſius naturæ virtus, quæ idcirco medicū exhibere nequit, in vniuerſum non conſentit, ex cuius tandem defectu, non ex ipſo morbo, mors ducit originem.

24 Minuta morborum.
24 Lotones medicinæ.

CAP.

CAPVT III.

Sed vt porrò de viginti quatuor minutis loquamur, notandum, quòd in his ſumma vtrinque, tam naturæ quàm morbi æqualitas conſiſtit. Vbi obſerua, morbum complexionatum ſe ſe diuidere, & partim deſcendere, partim item aſcendere, ab vno vſque ad viginti quatuor, idque non quia vnus tantùm ſit morbus, verùm quotquot morbi, tot etiam è diuerſo minuta exiſtunt: è regione etiam complexionum facultas à ſupremo ad viginti quatuor vſque aſcendit: hinc medico ignorantia oboritur vſque adeò, vt nullus in minutis dignoſcere morbum queat, præterquàm per ſolam doſim. Neque enim hîc in eam diſſerimus ſentẽtiam, quòd morbus aliquis in tertio vel quarto minuto exiſtens, ſe poſſit vel euehere, vel augere, ſed potiùs id ſolùm intelligi debet, viginti quatuor eſſe lotones ex quibus doſis proficiſcitur, vt exempli gratia: In caduco viginti quatuor minuta ſunt, quæ quidem totidem etiam lotones deſiderant, & eſt tamen

hic vnus solummodò morbus, vel eius morbi species. Dosim itaque vt inuenias, exhibere isthuc theorica non potest, potest autē ipsa experientia. Nam velut hæreditariò à natura procedit dosis composita, quocirca & seruari, & iuxta naturam administrari debet, idq; secundum experientiæ dosim. Cùm autem hoc ipsum in experientiam transferri debeat, principiò intelligas oportet, vtrum isti doseos anatomię, cùm anatomia morbi probè cōueniant necne. ex quo sequitur in hoc vigesimo quarto numero, vnumquenque morbum dosim suam affectare, ad æqualitatem vsq; ascendere. Vltra autē hunc numerum transcendas caue: siquidem sanitatem præstare cùm naturæ microcosmi, tum externorum elementatorũ, quando ea in corpore conueniunt, officium est. Et perinde est ea coniunctio velut cinabrium, quod nimiũ gradat in eiuscemodi: itaque exaltatione elementata virtuti microcosmi suas præbent exaltationes: sicque granum primum in scrupulum, drachmam & lotonē abit, nonnulla verò in libram,

uædam etiam in maiores Kiſt, alia au
em in talenta quoque.

CAPVT IIII.

HActenus de virtute rei & naturæ dictum eſt: aliter autem habet, ſi vel putrefactio fuerit, vel ſuperfluitas, vel Syndenocha, quarum equidem doſim ſic adminiſtra. Eiuſcemodi autē Syndenochas per laxatiua præſumi oportet, idque in hanc ſententiam, vt omne laxatiuum pro reſolutiuo habeatur: quare ex reſolutione doſium accipias oportet, non ex laxatione. Ex hac enim ſi ſumpſeris, confeſtim mutabitur in homine id, quod per illam fieri nullo pacto poteſt. Scire enim conuenit vos medicos, vt primo ſtatim aſpectu reſolutionē probè dignoſcatis vt compoſita, ex hac doſi impunè purgare citraq; noxam poſſitis: quæ quidē cognitio ad eum debet eſſe modū: quicquid ſeſe in ſolidam reſoluit aquā, granis decem conſiſtit: quicquid verò in perfectam reſolutionem ſeſe reſoluit, granis conſiſtit ſolummodò ſex Quod

ſi verò vnà cum ſubſtantia materiali perducat, tria tantùm grana continet. Porrò quod in ſeipſo ante ſuam reſolutionem ad putrefactionem abit, de hinc verò in ſolidam vergit ſubſtantiam vegetabilem, granum ſibi vendicat quadrageſimum: ſi verò in putrefactione permanſerit, vel etiam poſt reſolutionem animalem putrefiat, octuageſimum tertium granũ occupat. Cæterùm quod in ſuo eſſe permanet, cicu dam vtriuſque ſexus conſeruans indiuisè in ſeipſo ſubſtantiam ad vnciam vſque porrigitur. Et ſi ex matrice aeris deſcendat, duplum numeri obtinet: ſi verò ex matrice aquę, triplum ſibi eius numeri acquirit. Ex igne ad dimidium iam pondus peruenit doſis. Hîc igitur obſerua quæ ad laxationem neceſſaria ſunt, nempe nõnulla ſoluta, quæ à coagulatis proficiſcũtur, dimidiata etiam doſi purgarę: item ſolida ad ſolida ſimi liter. Quædam verò dein laxarę ex proprietate reſolutionis alterius: vt manna laxat ex virtute, qua vnumquodque ſiccum reſoluit: Silet à contrario: Harmel autem ex coniunctione. Proinde notan-

otandum ex his omnibus, purgatio-
em nihil esse aliud quàm veluti tin-
turam quandam, tamen sine coloris
nditio, quæ & mineralia resoluit, &
artara dissoluit, quemadmodum idem
etiam anatomia in suis partibus indi-
cat. Cùm igitur tinctura quædam exi-
stat, cogimur necessario resolutionem
animaduertere, & quidnám resoluen-
dum sit, quidúe resolutionis tinctu-
ram assumat, & quæ de materia reso-
lutiua, in microcosmo necessario ad-
pareant.

CAPVT V.

NVnc autem de relollinis & chei-
ronijs, quæ ad hunc modum de-
bent intelligi: Quod ex transuer-
so per vim alteram partē superant se-
cundum eius Iliastri naturam: siquidē
solùm relollinum Iliastrum esse debet.
Quocirca, tale quid non ex æqualitate
quidem, verùm potius supra æqualita-
tem per vim proficiscatur oportet. Ne-
que verò etiam ex ingenio microcos-
mi, sed magis ex Ares proprietate, vn-

de etiam Iliastrum deriuatur, quod vi morbum expellit, idque ex vtriusque virtute naturæ id, quod sic intelligi debet, quòd hic duodecim grana diuidenda sunt, iuxta doseos numerum. Et sextum quidem granum principium est, reliqua sex æqualitatem exhibent: in cheironijs verò ab vno vsque ad sextum numera, nec vltra progredere, quandoquidẽ dimidia huius pars decedit, quæ ad sex vsque ad duodecim est. Cheronium namque & relollinum in sexto numero mediũ suum assumunt, vnumquodq; tamen cum proprio suo Iliastro: quamuis eiusmodi doses etiam super æqualitatem deduci queunt ex indiuidua virtute Iliastis, qui non secus atq; crocus quidam operationem suam perficere possunt.

CAPVT VI.

QVicquid præterea de arcanis, de essatis & essentificatis, specificis, & id genus alijs in eorum dosibus sciendum est, ad hunc habet modum: Quod ex prædictis granis assumi

dosis

osis debeat, cui deinde arcanum essa-
im & essentiale vnà cum specifica vir
ate & cõplexione ęquali adiungi con-
enit, idque hoc pacto, vt virtutes ar-
anorum super æqualitatem morbo-
um etiam congerantur. Quamuis e-
nim, quoties aliqua species, toties item
peculiaris ac propria dosis, nihil ta-
men idcirco eo in loco dosis obest: pro
inde rursus quid ei damnum inferat
considera: vt si arcanum potenter ad-
ministratum fuerit, & detrimenti quip
piam hinc fortè oriatur, siue in eo pa-
roxismo, siue in alio quopiam: siue pri-
stinus ille morbus moueatur, aut no-
uus aliquis inde pululescat, non id sta-
tim idcirco virtuti ascribas arcani, sed
potius eius corporis proprietates an-
tea contemplare, in quo huius cõmo-
do arcanum est positũ. Est autem pos-
sibile, vt in vno tantùm simplici à natu
ra cõposito, cùm excellens aliquod ar-
canum, tum etiam iuxta maximi noui
alicuius, aut etiã veteris morbi venenũ
simul delitescant. Vbi obserua, vt ex na
tura cõpositis, vt ad hunc modum con
seruetur dosis, ne corporis venenum

nouum pestiferum aliquod, semen inserat: vt ex [a] Viscaleo patet, qui speciem epilepsiæ septimam curat: e regione verò etiam alium morbum inducit, nempe Syphitũ in prima specie. Quòd si autem dosis in morbo caduco fuerit in arcano, cogitet porrò medicus, istud arcanum nullam exhibere dosim, sed ipsum corpus, quod primam Syphitæ speciem adfert. Anticipatur autem isthuc ipsum corpus per dosim. Similiter est etiam in apoplecticis & lethargicis, quando liquor colchotarinus secundum arcanum dosis accipitur, etsi corpus microcosmicũ in hoc animaduersum non fuerit, tum recentis morbi, nempe tartari venenum est præsentissimum. Quocirca in hoc capite admonitum volumus quemlibet medicum, vt eiusmodi regulam, qualecunq; tandem administraturus est medicaminis genus, crebro ante oculos habeat, seduloque obseruet: ab hac ne latum quidem vt discedat vnguem.

a Viscaleus est viscus arboris.

Syphita est dolor & passio animi.

CAP.

CAPVT VII.

DE Spagiricis verò dosibus, vt in Alcohol, Balsamis, & id genus alijs magnalibus, talem accipite regulam, quòd verus illorum vsus atq; adeò fundamentum ipsorum ex tinctura proficiscatur: & est solummodò coniunctio Ephilathera, quæ quidem ad hunc debet modum considerari: quòd in omnium minutissima quaq; gutta anatomia microcosmi consistat. Quilibet enim spagiricus gradus virtutis suæ tinctura est, & cuilibet medico intelligendum venit, in vnaquaq; gutta, quotquot etiam sunt, tot etiam integras esse anatomias, vt in microcosmo, & in elementatis. Vt autem dignoscantur à vobis eiuscemodi doses, scitote in vniuersa operatione tres comprehendi solùm diuisiones: Elixir nempe, Essatum, & Tincturam. Elixir dosim suam in sexta sibi minuta vendicat: Essatum verò in quarta & dimidia: ipsa autem Tinctura in centro consistit. Obseruandum dehinc etiam, eiuscemodi extractiones secundū corpus dijudican-

Epilathera id est particularis.

das esse: corpus siquidem in suo specifico æquale est Ares, atque idem is Aniadus æquali operatione. hîc se diuidit etiam dosis in karenas. Est verò Karena vigesima quarta pars minutissimæ guttæ, quæ tamen citra corpus in quaternionem abire nequit, nisi maius aliquod adipiscatur corpus, ab eo verò corpore temperatura exit, dosimque suam iuxta diaphinitatem exhibet. Vt autẽ ex arte hæc reperias & dijudices, ex coloribus accipe: quandoquidem dosim color indicat: proinde in hoc Karenæ quæri debent, & non in quantitate visibilis substantiæ: nam in colore virtus est sita, citraque illum nulla virtus exire potest.

Karena vigesima quarta pars guttæ.

Color dosim indicat.

Virtus in colore sita.

CAPVT VIII.

De fixis porrò medicaminibus, vel per artem, vel per naturam, quales nam in his dinoscendæ sint doses obserua: Quicquid reuerberium sustinet, nec se in sua forma trãsmutat, vt vltima rerum materia, ad sexagesimum octauum vsque gradum porrigitur. Quòd si verò formã mutet, in centesimum

LXVIII.

C. & XL.

esimum & quadragesimum ascendit, otidẽ grana dosim constituunt. Quęli bet verò dosis vnus gradus est; id quod tiam à libelli huius vestibulo abundè ostendimus. Quotquot enim grana ac cipiuntur ad pellendum morbum suf- fectura, tot etiam vnum gradum con- stituunt. In calcinatis autem commu- nib. centesima & trigesima octaua gut ta est: In acutis calcinatis post fulmen Athanor, vigesimaquarta: In resolutis fixis, scrupulus semis: In coagulatis, Re- nensis aureus: In alkalibus vitellum o- ui pondus est: In transmutatis, quatuor fabæ nostrates: In oleis palea pręter gra num: In aquis, nucis testa: In reductis à prima materia thorusculapini: In trans mutatis à prima materia, locusta popu li: In corrosiuis singularibus, æqualis la titudo sui loci: In præcipitatis, minutis- simæ monetæ pondus: In terræ liquori- bus lora fœdalæ: In liquoribus aquæ, semigranata: In thereniabin aeris, velu ti spiritus ex flatu quopiam: In liquori- bus ignis, simile pruinis grauis: Ab ar- bore maris, Kist vnum: A resina terræ, sesqui Kist: A natantibus, vncia semis:

cxxxviii

Thorusculæ pini, id est gutta eius.

lora ad stipites refertur.

de homunculis,inſtar magnitudinis à uellanæ. Hæ doſes ex fixis procedunt & in ſumma Karenas à guttis citra noxam corpus ſuum concludunt:quocirca de fixis intelligenda hîc eſt doſis.

CAPVT IX.

QVæ de doſibus hactenus tradita ſunt,non omnia ſanè,quæ fortaſsè vniuerſæ medicinę neceſſaria erant,comprehendunt : veruntamen vtcunque ſe res habeat, complexum in his eſſe centrum,atque adeò radicem ipſam, certum eſt. Expendat autem quiuis porrò medicus eruditionē ſuam, qui non tam ſui quàm ægrotantium emolumēti ſtudioſus eſſe debet, ex ſola arte proficiſci debere ſpagyrica. Sed & in omnibus ſuis negotijs Ephallateros agat, tametſi omnia probè expertum virum deſiderant, qui non ſolùm ſolers,ac rerū (quod aiunt) caput compleuerit, ſed etiam oculos atque animum denique ſatiarit, non ſibijpſi tantùm, verùm etiam reliquis omnibus,quib. cum verſari ſtudet. Hi namq;

omnes, & tu, & illi medicum ex te faciunt. Quandoque [a] Archęus, & eius [b] Taphnæus, ac vniuersa eorum proles, Iliaster, & cæteri, per imperitum ac rudem dignosci medicum non queunt. Quicunque enim eiuscemodi cognoscere vult, ex Iliado atque omnibus anatomijs probè & ad amussim eruditus atq; instructus sit necessarium est: oportet enim medicum tam in mente quàm in exteriorib. suo fungi officio. Manus siquidem ac pedes, oculique ac lingua medicum efficiunt. Quin etiam vt regatur ex Ares, totus Ilech opus habet. Nam in hoc (mihi crede) sita est facultas, potestas, ac tota denique ars medicorum.

a Archæus dispositio naturæ.
b Taphnæus medicina mundata.
c Iliaster, mercurius, sulphur, & sal.

DE GRADIBVS ET COMPOSITIONIBVS receptorum Theophrasti Paracelsi liber Septimus.

CAPVT I.



Actenus quæ ad comparandam fabricandamque huius ædificij materiam attinebant, tractauimus, nunc demum structuram ipsam aggrediamur, idque in hanc sententiam. Prædicti gradus, vt ad compositionem veniant, in primis notandum est: Quodlibet receptum eò dirigi deducíq; oportere, vt æquales cum morbo vires habeat, ex quo gradum obseruari conuenit, quo in componendis receptis simplicia per se sola plus satis debilia sunt, minusque sufficiunt. Quibus equidem ita sese habentibus, sic institutum decet esse medicum, vt eiusmodi rationes quàmoptime sciat, & veluti in promptu habeat, videlicet: Vnum

Regula.

num idemq; arcanum sæpenumerò in plus minus trecentas distribui herbas, quæ singula si in vnum conferas, tum demum perfectum atque adeò integrum arcanum adest: Quandoquidem omne perfectum medicamen arcanum est. Cuiusmodi quiddam de origine morborum ac rerum natura ego instituo, sitque porrò talis demonstratio vobis exemplo. Quemadmodum fermè plures quàm ducentæ febrium species sunt, & tamen vna sola atq; eadem per omnia febris est: ex quo considerandum, vt in tot speciebus simili quoque modo ipsa eiusdem distribuatur cura. Nam quoties morbi species, toties eiusdem è diuerso simplex. Hinc duo oriuntur medicorum genera: alterum naturalium: alterũ experimentatorum. Quocirca in hoc libello nihil tam considerari debet, quàm id solùm, vt virtus in arcanũ eat, & quoties morbus, toties item arcanum, & in speciebus nihil omnino agendum, nisi forte naturali, quid vtrinque agant, sit perfectissimum.

Arcanũ trecentis herbis quandoque constat.

Febres 200.

Arcanum quid.

CAPVT II.

POrrò autem obſeruandum, hunc componendi modum in ſolis virtutibus conſiſtere, vt hæ perfectæ & integræ fiant: ſiquidem centaurea febres pellit, ſimili modo etiam nectar albuginis, ſic quoque harmel minus, & præterea plura alia. Verùm enimuerò in recepto bene componendo has virtutes in vnum conferas neceſſe eſt, vt quotquot ſimplicia contra febres nata ſunt, in vnum traducantur contrahanturq́ue arcanum, id quod tum demum contra febres arcanum eſt. Similiter eſt etiam in alijs morbis. Eodem modo conſiderandi & morborum gradus. ſic ex doſibus proficiſcitur compoſitum, hoc eſt, ex virtutibus. Præterea in paralyſi, lauendula ſummum eſt magiſterium, nec non meliſſa quoq; vini eſt, veruntamen illo minus ſit, porrò alio in loco, idq́ue in ipſa etiam paralyſi, vt meliſſa quàm lauendula ſit potior multaq́ue polleat virtutibus magis. Hinc ſępenumero cõtingit, vt primum idemq́ue ſimplex in vno eodemq́ue morbo

Centaurea febres pellit.

Cura paralyſis.

morbo alterum iuuat, alterum nequaquam: nonnunquam verò aliquid morbo demit, nec ipsum tamen morbum idcirco totum sanat. Nam in paralysi ipsum etiam aurum, si rectè administres, medicina est, nec non vticella, bethonica, masorea, cum pluribus alijs: interdum etiam sumpta prodest bethonica, interdum nō. Nonnunquam si castoreum vsurpes, iuuat: nonnunquam vsurpatum prodest omnino nihil. Aliquando cæteris omnibus deficientibus valet piper. Sæpe etiam pipere languente, administratum confert sulphuris oleum. Accidit deinde nonnunquam, vt pinguedines reliquis omnibus in cassum adhibitis, vsurpatæ prosint. Quocirca sciendum, virtutes arcanorum in primis indagandas esse, tam in paralysi, quàm in alijs morbis. Neque verò caliditatem, vel etiam frigiditatem ipsam, sed solum ingenitum ab Iliaste natum.

Masorea auricula muris

CAPVT III.

HAud dissimili modo est in caducis quoque, in quibus etiam non pauca sunt trium primarum species, quæ quidem totidem etiam cõtra caducum species exhibent, quarũ equidem alia nunc valet, aliàs alia. itẽ quædam ex his aliĳs prosunt, aliĳs tantũ abest vt prosint, vt etiam damnum vsurpatæ inferant, vt sunt, qui ex visco curantur. Quidam ex corallis, aliĳ ex ceruicola, nonnulli ex vitriolatis, & his similibus. Quocirca præcipua vobis hîc fundamenta intelligenda tradidimus, quibus quicquid omnino solidi saltem superstruitis, haud facilè corruet: nempe, vt Archæus ille naturæ ante omnia apprimè dinoscatur, cùm in microcosmo, tum etiam extrà, hoc est vtrorumque anatomia, quemadmodum in anatomia mundi & morborum abundè satis ego indico. Ex hoc namque vera ac solida cuiusque sani ac perfecti medici excrescit eruditio, cui dein tutè velut sacræ cuiusdam ancoræ inniti potest. Sunt enim sæpenumero multæ res ad ali-

Ceruicola est species ossis de corde cerui.

aliquem morbum iam vtiles & proficuæ, iam omnino inutiles & noxiæ. Idcirco compositum ex eo procedat, atque hunc fiat in modū, vt singula, quæ ad totum morbum, vnà cum omnibus eiusdem speciebus attinent, in vnum hinc inde congerantur: quo facto, omnes morbi species in vno illo comprehendantur composito. Nam, vt suprà dictum est, quotquot morborum sunt species, totidem etiam simplicia. ex quo necessariò sequitur, vt medicus ex natura componere volens, omnes & morborum & rerum species per anatomiam probè dinoscat. Nam tum demum, & est, & dici medicus experimentatorumque parens iure potest, idque ea ratione, qua prædictum est, duplex esse medicorum genus, Naturalium & Experimentatorum. Naturalis ad teli ictum vertere loricam scit, medeturque per species. Experimentator autem suo innititur composito ab illo sibi præscripto, per omnia ferè similis ei, qui bibere vinum nouit, excolere autem vineam nescit, nec tamen idcirco minus bene bibit,

Duplex genus medicorum.

atque is, qui etiam probè excolit. Qua quidem ex re hæc tria capita sic absoluta velim in hac, quòd vnica ac vera vtriusque generis medicorum tam expertorum, quàm inexpertorum basis, ex vtraq; cum morborum, tum etiam rerum naturæ anatomia constare oportet, sine qua quicquid fit, tam est improbum atque audax, vt nihil sit magis.

CAPVT IIII.

SEd vt ad rem redeamus, eadem sanè via, qua prędictum est, etiam hîc notabis, nempe in Persica quoque vim esse consolidatiuam: nec minus in aristolochia: & simili modo in plantagine quoq; ac compluribus supra quadringentis aliis. Veruntamen horum vnaquæque suam nihilominus virtutem habet propriam, ac peculiarem quandam curandi energiam ac vim, quam vel celerius vel tardius, prout natura innatum est, medetur, modò hæc, modò alia. Proinde hîc notandum, quotquot in ipsa quoq; chirurgia morbi (seu quas vocant passiones) sunt, to-

idē etiam è diuerso esse species. Haud dissimili modo temporum quoq; ratio habet, vt aliud quidem curam aliquousque differat, aliud opem quamprimùm admittat. Vnde obseruatione dignum est, veram atque adeò perfectam cuiusque vulneris curam, aut viginti quatuor horas, vel tres etiā dies, aut in maximis, nouem quoque necessariò expostulare: sed si etiam id quantumcunq; temporis non sufficiat, quid tū postea, nihil certè aliud hinc, quàm quòd ipsum receptum non probè (vt debuerat) compositum esse iudicabis. Sunt enim alia, quæ quidem vnius solùm diei ac noctis spatio curam accelerant: sunt præterea quæ integrum etiam desiderant mensem: nonnulla verò annum transiliunt. Quæ quidem omnia ac singula simul in vnum conferas oportet, si ad præscriptum qualecunque tempus (id quod certissimum est futurum) curari vulnus velis. deinde etiam in vlceribus atque apostematibus eadem sunt tempora animaduertenda. Eiuscemodi laxatiuorum quoq; ratio est, in quibus quicquid componi

debet, præterea, quæ in ſuperioribus libris velut ſuſpenſa manu tractauimus, hoc quidem pacto intelligendum eſt, quòd vniuerſa laxatiua quotquot ſunt, ſolummodò vnum etiam laxatiuum exiſtunt, purgantque per ſpecies, ſecundum autē complexiones nequaquam. Similiter & in confortatiuis, atque item alijs iudicandum eſt. Porrò autem his qnoq; adijciendum cenſeo id, quod ſumma eſt obſeruatione dignum, nempe nōnulla quidem eſſe ſimplicia, quæ radicem atque adeò rem ipſam quàm proximè virtutibus attingunt in vniuerſum. Ex quib. puta quatuor aut quinque, omnis virtus in vnū conferri traduciúe poteſt. Neque tamen idcircò in omnibus eſt hoc ſimplicibus, quandoquidem etiam inter hæc non pauca abiecta (vt ita dixerim) ramenta ſunt, quæ cùm per ſe penitus nullius frugi exiſtunt, inconcinnum quiddam atq; adeò ſuperuacaneum velut abortum in ipſis ſtatuerent vſurpata receptis: proinde hîc in hanc cōcludo ſententiam, Decere eum qui perfectus & dici & verè eſſe medicus velit, vt prin-

principaliora illa ac præcipua naturæ ſimplicia ab inutilib. eiuſdem (quæ dixi) ramentis probè diſcernat, ne prætcritis his, aut minus intellectis, confuſum quoddam receptorum chaos, id quod fieri ſolet, exoriatur.

CAPVT V.

HArum rerum omnium gratia Iliadus in anatomiam poſitus eſt: & quemadmodũ coloquintida, turbith, hermodactili, lazuli, thereniabin, &c. ſe in ſuis ſeparãt operationibus, ſic etiam Iliadus perinde, vt vtraq; contineat anatomia ſe ſeparat. Quamobrem neq; colera, neq; phlegma, nec ſanguis, aut melancholia purgationis ergò conſiderands ſunt: Nam in ſolo ſanguine purgando, vel ſupra quadraginta obſeruanda veniunt: ſimiliter & in alijs quoque. Proinde ex anatomia numerus nõ ex humoribus procedat, neceſſum eſt. Vbi quoque ſciendum, non in hoc doctum oportere eſſe medicum, vt ſciat quid purgare velit ac debeat: verùm id ſolùm animaduertat, vt anatomia

laxatiua ad morbi anatomiam ſe com paret, planeque ex aduerſo eat. Ex quo ſequitur, id ſolùm euacuandum, quod in anatomia contrarium, ac velut hoſtem agit. Neque enim in purgando quemadmodum viſum eſt medico, res procedit, ſed ſicut naturæ in ſeipſa placeat, vt qui lesbiam regulam ſequi nolit: Nam ad amuſſim (vt prouerbium habet) applicandus eſt lapis, non ad lapidem amuſſis, cui quidē rei; ita ſe accommodet medicus, neque prædictorum aliquid, puta choleram, vel phlegma vi conetur euellere, ſed ſolùm id, quod naturæ aduerſum eſt, aggrediatur. Quanquam omnes inter ſe virtutes diſcerptæ ſunt, & nulla in ſe penitùs integra eſt, id quod eſt in conſolidatiuis prædictum. hæc namque vulneribus medetur, illa rupturam ſanat, alia curat vlcera, alia ſerpiginem, quædam autem ſyrones. Quod quidem vniuerſum ex diſſipatâ ac lacera quodam modo proprietate naturę, quæ ſic diſſecta eſt, vt nullam habeat integram virtutem, in ſe prouenit. Vera namq; ac perfecta conſolidatio non rupturas ſolùm & vul-

& vulnera, sed etiam vlcera ac syrones, & quicquid deniq; eius est generis, curare debet. Sed quia distracta est virtus, alia in hoc valet, alia in alio. idcirco medicus in eo esse peritus debet, vt discerptū & dispersum illud, huc illucq; diuisum in vnum rursus contrahat. Neque hoc in dictis solùm, verumetiam in omnibus alijs virtutib. Ad hęc cuiq; etiam elemento ad eum, quo matrix eius condita est, modum, suam anatomiam perfectè adiungat. vnde obseruandum hîc, vt virtus totū curet morbi genus, quo perfecta anatomia simul consistat.

Perfecta anatomia sit ä est in virtute

CAPVT VI.

Qvemadmodum igitur dictum est, de anatomijs necessarium esse in modo componendi, ita etiam porrò notanda est processus institutio. cùm enim homo microcosmus sit, quatuor anatomijs comparari oportet, quarum quidem ea dominatur quæ infensa est, & insidias struit. Atque hoc est Iliaster: idque in hanc

ſententiam, in mineralibus hæ anatomiæ conſiſtunt ex quatuor elementorum matricibus. Proinde in confortatiuis inter alias exigua virtus, quæ aurum eſt, ſumi debet in prima: in ſecunda verò quartum genus tereniabin: in quarta ſaphirica granata: quæ ſi in vnum componantur, aut tota cuiuſque matricis virtus ſimul conferatur, tum demum conſiſtit medicina, quemadmodum Aniadus exquirit. Cùm enim quatuor illa ſimul conueniunt, tunc anatomia perfecta aduerſus eũ eſt morbum, eſtq́ue tunc Aniadus balſamo naturæ ſimilis, qui ex æquo tam curat, quàm conſeruat. In harum namque rerum microcoſmus integer quidem ſit Ares oportet, id quod citra dictam compoſitionem nullo fieri pacto poteſt, quandoquidem in hoc liquor naturæ eiusq́ue virtus, quam venaris, conſiſtit.

CAPVT VII.

SEd quia demonſtratæ iam ſunt virtutum facultates, obſeruabis item, appetitu

ppetitu quoque nonnihil laborare naturam. Priusquam enim totus fiat Ares, inimicitias quasdam in seipso generat Archęus per suum Ilech aduersus microcosmũ. & pari modo intelligendus est, vt is, cui alia quidem sordet mulier, alia verò nequaquam, cùm tamen sit in vtrisque vnum & idem, id medico considerandum non est: nam vbicunque Archęus nauseam simulat, suamq; ipsius naturã ac opus proprium odio habet: in eo Medicus, vt puta eius minister, Archeicam illam abominationem frenare non potest. Quapropter in modo componendi scire necessarium est, sæpenumero contingere, quòd Archæus anatomiam suam vna quidem re, altera verò nequaquam vult habere compositam. Atque is componendi modus spagiricis gradibus dinoscitur. Nam si in ea Archęus fuerit victus, hoc est, in suo Ilech, tum perinde est, atque si cui mulier non nisi splendido ac variegato placeat ornata vestitu. Nam hoc ex philosophia cognoscitur, ob nihil aliud cõstituta esse arcana, nisi vt tali ornatu cultuq; erga Archæum vtan-

tur. Idcirco etiam sæpenumero arcanis nullam, nisi prius in seipso deficiat, permitti operandi facultatem. Proinde in supradictis hisce solummodò vis atque efficacia cum Archęi, tum etiam arcani intelligenda est.

CAPVT VIII.

Porrò vt tandem etiam de anatomia consolidatiua nonnihil dicamus, quo pacto componi debeat, vt omnes in ea virtutes existant. Notandum quòd hîc semel accipiendus est totus maior anthos. nempe, qui nõ ex vna tantùm matrice, verùm ex quatuor prognatus sit, id quod de Tartaro dici potest, Quandoquidem ex eo separant se, non tamen fracturæ incarnatiua, quemadmodum consolidatiua vulnerum, atque omnium deniq́ue vlcerum eiusq́ue generis aliorum perfecta consolidatio: vnumquodque verò in propriam partem iuxta anatomiæ distributionem: quælibet autem pars id curat, quod anatomiæ ipsius subiacet. Cæterùm anteaquàm separatæ sint

Tartarus est maior Anthos consolidatiuus.

int partes, consolidatiuum ad omnes morbos chirurgicos est generale. In vno namque eo quadruplicia sunt mineralia simul, id quod omnibus medicinæ candidatis summa est obseruandum industria. Eiusmodi est enim cheiri quoque, quæ idem etiam ex quatuor matricibus prouenit, quadrupliciaque in se minusque Iliastis mysteria continet. Vnde super octuaginta quoq; partes ab eo separantur, ad totidem etiam morborum species vsurpandæ. Atque isthæc quidem sunt magnalia illa, quibus ego haud iniuria ex natura glorior, suntque horum adhuc etiam plura. *Octuaginta species morborum curat Cheiri.*

Quocirca totius anatomiæ seriem ad præscriptum vsum perstringere nō est necessarium, cùm in hoc vniuersæ per se comprehendantur.

CAPVT IX.

IN compositione autem omnia incarnatiua ex mercurio procedere debent: similiter quoque omnia laxatiua, mundificatiua, conseruatiua, & quicquid huc attinet, vt integer balsa-

mi more conſeruetur Ares. Quicquid autem porrò aut confortat, aut acuit, aut prolongat, ex ſulphure fieri oportet. Præterea quicquid vel incarnandi, vel corrodendi, vel conſolidandi id quod ſemel apertum eſt, munus occupat, ex ſale mercuriali, hoc ſit neceſſe eſt. Sub his itaq; tribus omnium morborum comprehenduntur curæ. Quęlibet nempe ex hiſce tribus compoſita, vt in oculis hoc ſal eſſe mercuriale oportet. Similiter in vulneribus laxando, balſamo conſeruando neceſſe eſt, per mercurium corporis id fiat. Quicquid verò præter hæc eſt, hoc totum ſulphur operatur. Cæterùm quicunq; horũ trium anatomiam in ſuum Ilech contulerit, is arcanum habet eiuſmodi, vt nullo præterea medicamine omnino opus habeat, tantum abeſt, vt poſt adeptum hoc vel theoricam vel phyſicam ſubinde perueſtigare ſit neceſſarium. Et quamuis hæc qualiſcunque demonſtratio ijs, qui ſe medicorũ nomine paſsim venditant, obſcurior fortaſſis, atque ob id etiam lectu inutilis exiſtat, nihil moramur, neque præterea

De magno compoſito.

eos

eos alia dignamur responsione, nisi quòd ob ipsorum imperitiam excusatos nos volumus. Itaq; quicquid posthac vel scripturi sumus, vel quocunq; modo tradituri, hoc quale quale est, solis dedicamus (quos vocant) Artistis, quibus equidem, vel soleas (quod dicitur) abstergere non est digna facultas medica. Verùm interim tamen etiam rogatos velim iuniores medicinæ candidatos, ne ista scribendi obscuritate commoti, vel terreantur, vel desperēt: sed potius artes indagare spagyricas studeant, quibus edocti, huius scripti nostri rationem atq; adeò fundamentum abundè percipient. Præterea ne quisquam hîc nos iudicet nostrarum scilicet solummodò vitium nomine, vt quæ socijs suppetijs atque aliorum omnino ope careant. Ego enimuerò arbitror, ac verè affirmare ausim, alios, qui aduersus me libellum, cui Laudanum sanctum titulus est, conscripserunt, nec semet ipsos quidem intellexisse, nec eos, à quibus ipsi suo tempore acceperunt vniuersa. Qui cùm in me suis gerris debacchati sint, id quod

riſu planè (vt aiunt) Syracuſio excipio tantùm abeſt, vt me malè habeat, probè iam, cùm libellum meum, tum etiam vniuerſum medicinæ meæ fundamentum, non expugnatum modò ac laceratum, verùm etiam penitùs euerſum autumant, & me quoque omnino iam oppreſſum ſibi peſſimè perſuadēt, haud cogitantes, interim & ſe & eos, à quibus ipſi ſunt edocti, quibusque innituntur, à me dudum antea ſuperatos. Tametſi inter alia præcipuum hoc ad ſummum eſt eorum aduerſus me argumentum: Senſiſſe ita veteres: veteres ita ſcripſiſſe. quam quidem veterum authoritatem non modò non magnifacio, ſed etiam rem ipſam potius probè excutiendam, atq; ipſa quoque ſcripta eiuſmodi in ſeipſis ſunt, exactè diſcutienda cenſeo. Et in hanc ſententiā, tum ipſis cum ipſorum aſſeclis reſponſum volumus, planeq́ue perſuaſum habemus, non ipſos modò, verùm vniuerſos etiam ſuos conatus, quoniam pauci ſunt, inſtar niuis, quæ pridem fuit, pridemq́; deſijt, in nihilum abituros.

FINIS.

SCHOLIA THEOPHRASTI PARACELSI DE PRAEPARATIONIBVS ET COMPOSITIS in libros de Gradibus & Compositionibus.



Podagra, fluxus phlegmaticus, generatus ex humoribus ex humido coagulato, aut sicco resoluto: & hæ eius sunt species, Gonagra, Sciatica, Arthetica.

Pharmacum contra podagram.

℞. liquoris Mercurij præparati ℈ I.
Essentiarum hermodactilorum
Foliorum Heldei an. ʒ I. Dosis gr. vij.

Contra elementata ab extra ex humido coagulato.

℞. Olei de cholchotar ex tartaro an. ʒ I.

Ex Mumia ʒ I.

distilla secundariè, & reduc ad formam vnguenti.

Cura eius ex sicco resoluto.

R. Olei de Camphora,
de Ranis ana. ℥. ij. reduc ad præparationem Balsami.

Paralysis est materia de resoluto sicco, aut resoluto coagulato à liquidis capitis ad nucham descendentibus. Species eius Apoplexia.

Cura adhibita in podagra indurata ex coagulato resoluto.

R. Alkali ex Realgar, ex cantharidibus, ex clauellis, ana ʒ s. fiat coopertum secundum artem.

Cura guttæ ex resoluto sicco.

R. extractionis Lauendulæ, spicæ an. ℥ ij.
Florum Cheiri
Axungiæ de mummia ℥ iij.
de Medullis humanis ℥ I.s. reduc ad formã.

Cura guttæ ex resoluto coagulato.

R. extractiones de piperibus
Cardamomi

Castorij

Castorij
Anacardis an. ℥ I.
Olei laurini correcti
Olei anethini correcti an ℥ I.s.
Olei de nuce musc. ʒ s. reduc ad formã.

Iliastes est prima natura omnium rerum, constatq́ & posita est in hisce tribus primis, Sulphure, Sale, & Mercurio: ex his omnia actum habent.

Archæus vis est producens res ex Iliaste, & Archæus fit dispensator & compositor omnium rerum.

Ares qui disponit naturam, florem, caulem, radicẽ in essato suo, vt scilicet res quælibet habeat speciem peculiarem ab alijs differentem, alioquin esset Archæus

Matrices rerum quatuor sunt, quas vocamus elementa: Ignis, Aqua, Aer, Terra.

Cheiro est accidens elementale, scilicet caliditas vel frigiditas rei.

Cheironium ergo est, vbi non potest alterari natura, sicut Christallus est induratum, & non potest resolui: & sic de alijs.

Relolleum est triplex, incorporatum, innatum, & momentaneum. Incorporata sunt omnia mercurialia, videlic. Mercurius per se, Mercurius sulphuris, Mercurius salium.

Innata ſunt ex tribus ſcilicet, Conſolidatiua, Mundificatiua, Confortatiua.

Momentanea Relolleum mors eſt. Eſt enim improuiſu relolleum cum tinctura velociſsima.

Iliaſtis diuiſio duplex eſt, ſcilicet vitalis & formalis. Vitalis quadruplex eſt, ignis, aquæ, aeris, terræ, & ſuum quintum eſſe corpus phyſicum. Hoc eſt, animal quodcunque & homo.

In igne ſeptem planetæ, in aqua ſeptem metalla, in terra ſeptem herbæ, in aere ſeptem tereniabin, in animalib. ſeptem membra principalia.

Iliaſtis formalis quadruplex, vt teſta, ſphæra Galaxia, Zodiacus: & ſunt ipſius ignis, aquæ lutum, Arena ſynochÿ, & ſunt aquæ. Terræ, lignum, ſemen, fungus, & ſunt terræ.

Quatuor Ilech, & ſunt aeris ipſius Iliaſtis, cutis, oſſa, caro, ligamenta, & ſunt de quinto eſſe.

Egritudo duplex eſt, futura & accidentalis. De futuris morbis ſunt omnes febres præter quotidianam. De accidentibus ſunt ſpecies hydropyſis, icteritia, colica.

Omnia apoſtemata externa futura, vt

blütgeschwer: *reliqua sunt vlcera non apostemata.*

In futuris morbis descriptio diaphoretica.

R. *Alcool vini correcti mensuras ij.*
Mellis mensuras duas vel lib. ij.
Zingiberis ℥ iiij.
Theriacæ
Mitridati
Tripheræ ana ℥ I.
Specierum bezoardicarum ℥ s.
reduc ad formam.

Descriptio ad morbum ex accidente.

R. *Mastichis*
Aristolochiæ rotundæ
Liquiritiæ
Angelicæ
Sauinæ ana ℥ ij.
Terebin
Alchemillæ
Lauendulæ
Costi an. ʒ iij.

Chymolcæ ℥ vij. reduc ad formam cum saccharo Tabarzad.

Medicamenta Elementata contra morbum Terræ.

℞. *de liquiritia*
Centaurea
Melißa an. reduc ad liquores

Contra morbum Aeris.

℞. *Tereniabin ℥ ij.*
Gamandreæ ℥ s.
Cichoreæ ℥ 1. s. reduc ad formam.

Contra morbum Aquæ.

℞. *alcachengij*
Zinzib. an. ℥. s.
Lauendulæ
Peucedani an. ℥. 1. reduc ad formam.

Contra morbum ignis.

℞. *de flore anthos,*
Croci
Centaureæ an. reduc ad formam.

Elementum ignis est firmamentum cæli.

Ad

Ad ægritudines Relolleaceas contra Hydrophorbiam.

R. *Olei de Serapino*
Apopanaco
Bdellio an. ℥ *ij.*
Mastichis clarificati ℥ *ij.* **reduc ad formam.**

ad Nattam.

R. *Ileoch* ʒ *ij.*
Opiandri ℥ *s.*
Liquiritiæ
Harmel
Cicutæ an. ℥*. 1 s.*
Olei de Camphora
Nenuphare ℥ *ij. reduc ad formam.*

Ad omnia vulnera corporis distillario.

R. *Tartari calcinati*
Antimonij an. ʒ*. iiij. reduc in flores, superfunde vini ardentis* ʒ *s. et destilla per alembicum.*

Constrictiuũ ad morbos dissolutos.

R. *florum croci Martis* ʒ*. 1. Boli coagulati* ʒ *s.: secundum paroxysmum.*

De percussionibus cicatrisantibus.

R. *Piperis vtriusq;*
Cubebarum
Cardamomi
Anacardum ana ℥ s.
De rapis ex flamula
Axungiæ, meches an. q. s. reduc ad formam

Attractiuum maximum in vulneribus.

R. *Bdellij*
Serapini an. ℥ 1.
Thuris,
Mummiæ an. ℥ iij.
Ceræ lib. 1.
Colophoniæ ℥ vj. reduc in emplastrũ.

Diaphoreticum theriacale contra pestem.

R. *Alcool vini correcti lib. iiij.*
Theriacæ bonæ ℥ vj.
Mirrhæ ℥ x.
Specierum descriptionis Sarracenicæ ℥ iiij. reduc ad formam.

Dosis

Dosis est ab ℥ I. vsque ad duas cum vino vel aqua maioranæ vel melissæ.

De cura morborum ex forma specifica.

Primigradus medicamina valent contra ascarides, lumbricos, vermes.

R. herbæ perforatæ
Betonicæ an. m.v.
Trocisci de agarico ʒ I.
Mirrhæ ʒ. s. reduc ad formam

Secundi gradus medicamina valent contra Epilepsiam cum speciebus, & est morbus inclusus ex acetositate salis naturæ transuersus per paroxismum, naturæ est paroxismus morbi.

Cura secundi gradus.

R. aquarum vitriolatarum cum correctione spagyrica ℥ I.
Alcool vini correcti ℥ iij. reduc in potum. Dosis grana vij.

Tertij gradus cura.

R. alcool vini lib. I.

Sauinæ
Aſpleniȷ
Calamenti an. ℥ 1.
Macis
Croci an. ʒ ij. reduc in aquam per alembicum.
Doſis ab vna gutta vſque ad quatuor cum aqua arthemiſiæ,

Medicinæ quarti gradus.

Anthos medicina eſt extracta ex berillis à corpore ſuo.
Anthera medicina extracta ex hyacinthis.
Lapis phyſicus de prima materia.
Aurum potabile, hoc eſt oleum auri ſine corroſiuis.
Tinctura eſt quinta eſſentia de microcoſmo.
Elixir medicina fermentata de 7. metallis.

Compoſitio in quarto gradu in fine vitæ.

℞. *Olei de Cheiri gr. iiij.*
de Anthos gr. vj.
de Anthera gr. iij. reduc in potum.
Doſis gr. v. vel xij. cum aqua vitæ.

Reſo-

Resolutio coagulati.

Reduc coagulatum in Alcali, & alcalisatum reduc super porphyrum vsque in distillationem.

Coagulatio sicci resoluti.

Reduc siccum resolutum in flaccum vitreum, fiat stratum super stratum cum calce viua vsque ad mensem.

Præparatio sulphuris.

R: Sulphuris,
Olei mummiæ an. lib. s. reduc in arenam, distilla per alembicum, & exibit oleum album: & est maximè frigidum: & rubeum, & est maximè calidum.

Spermatis ranarum præparatio.

Reduc sperma in distillatione solis, dein distilla per alembicum.

Camphora vt in caliditatem transeat.

R. Camphoræ ℥ ij.
Salis communis ℥ 1.
Salis gemmæ ℥. 1. s.
Olei amigdalarũ ℥ vj. reduc per alembicum.

Corallorum præparatio.

R. *Liquoris coralli* ℥ *1.*
Salis gemmæ
Anatron an. ℥ *1. reduc ad formam secundum alembicum.*

Oleum Iuniperi, Cupressi, Ebani, sic facito.

R. *ligni lib. 1. reduc in violam, distilla per alembicum: distillatum rursus distilla per balneum maris, arenæ & ignis.*

Terebinthinæ siue bethin præparatio.

Recipe Bethin lib. iiij. reduc ad arenam, ab arena ad ignem, & exibit album, rubicundissimum & tenacissimum, estq́; balsamus ille de Archilais in septem primæ distinctionis.

Gummorum præparatio.

Reduc per arenam post putrefactionem mensis physici: vis eius est vt suprà

Cura

Cura cancri.

℞. *Lytargyrij calcinati per acetum*
de spiritibus realgar
Cinnabari triti an.℥ iiij.s.
Chymoleæ
Saturni
Martis an.℥ ij.reduc ad formam

Cura Anthracij.

℞. *Ileoch*
Oleum de Camphora
Liquiritiæ
Solatri an.reduc ad formam.

Cura ignis Persici.

℞. *Aceti per se ℥ iiij.*
Camphoræ ℥ I.
Vitrioli ʒ s.
Aluminis de Rocha ʒ ij.ad formam.

Sulphuris liquor albus valet contra panaritium, vlcera, æstiomena, herpeta, prunam, persicum ignem, & apud antiquos lac philosophorum dicebatur.

Sulphuris liquor rubeus valet in membris paralyticis, contractis & consumptis, & similibus.

Omne diſtillatum ſemper vnius puncti ſuperioritatem obtinet, vltra primum oleum plumbi: geſodt bley aſchem.

Acetum camphoratum res frigidiſsima.

Thereniabin de Thion cadens in vere vel æſtate, & manè inuenitur in folijs arborum, cuius ſpecies eſt manna.

Ilech, lapis facilis ad ſcindendum eſt: differt enim ab amethiſto, Electrũ, Centorphe.

Ideſtrum ſine cõpoſito non eſt, locho moſch.

Talk metallum eſt quoddam, ſcyffert, ſeu catfen ſchiffer.

Atramentum prope Colo, quo calciatores vtuntur.

Nebulgea ex nebula creatum eſt.

Calena ſpecies eſt ſalis petræ.

Realgar mercurij eſt ex latrinis extinctum.

Electuarium dulcium roſarum, Rob verò acetoſarum, & Rob de Ribes.

Lapis lazuli quidem per ſe eſt blaufarb, ſed non eſt in eo color tingens.

Gluten, aliàs dulce non ſalſum, vulgo glyd vuaſſer, eſtq́ humor nutritiuus.

Balſamus item nec dulcis, nec amarus eſt, ſed gluten temperatiſsimum.

Tenacitas glutinis, Reſina mineralis, vt there-

therebinthina arboris pini. Spagyrus dicitur, qui à singulis corporib. purum ab impuro separare nouit, habetq́ rerum experientiam.

Substantia vitæ & Spiritus vitæ idem sunt.

Omne metallum, Mercurius est coagulatus.

Complexiones rerum aut calidæ sunt, aut frigidæ. In vniuersum porrò quæ calidæ sunt, etiam siccæ. sic etiam quæ frigidæ sunt & humidæ, etiam si nonnunquam caliditate siccitas resolui potest, vt in petroleo: & in frigiditate humiditas coagulatur, vt in crystallo.

Gradus rerum quatuor sunt, iuxta ordines matricum: nam quæ ex terra, primi sunt gradus: quæ ex aere, secundi: ex aqua, tertij: ex igne quarti gradus sunt. Porrò qua virtute singulo quoq́ gradu seorsum aliud alio vincitur, punctorum est non graduum.

Complexionum cognitio.

Duplex est, per colorem scilicet & formam. per colorem denotatur caliditas & frigiditas: per formam, siccum esse resolutum, & humidum coagulatum.

Color citrinus, rubeus, viridis, caliditatem designat.

Color Lazuris, albus, fuscus, partium frigiditatem designat.

Caliditatem tollunt hæc quæ sequuntur: Oppiata, annodina, stiptica, Acetosa.

Frigiditatem tollunt Pontica, Amara, Cicatrisantia, Corrosiua, Abstersiua, Laxatiua.

Caliditatis & frigiditatis signa facilè apparent, sicut & humiditatis & siccitatis ex iam dictis in rebus Elemntorum. Vix autem Relollacea sola experientia, sicut in Hippericone à prima quidem natura habet, quod calida est & sanat, sed relolleum Hypericonis accidens, quòd sit vermibus inimica herba. Quandoquidem pueris vermes habentibus, si ad collum suspendatur, omnes expellit, sicut in caseis vermicularibus videre licet.

In quolibet confortatiuo non est curandum, calidá ne res sit an frigida, sed arcani vis consideranda.

Oleum Hypericonis curæ vulnerum optima est.

Hyosciamus synocham curat.

Iterum Melissa omnes virtutes corporis

is restaurat, pellitque podagram.

Diaphoreium, id est penetratiuum, quòd penetrando curat.

Sal Ammoniacum compositum est ex vrina & fuligine.

Radices de Rapis sunt radices de flammula: nam per se tantùm flos est flammula.

Auripigmentum duplex, naturale ex tribus primis: artificiale ex sulphure: & Vitellis ouorum.

Serpentina excellenter habet in se virtutem Mercurij.

Vlcera omnia nascuntur ex resolutione salium. quæ omnia sicut & apostemata per Mercurium curantur. Eius tria sunt genera, Metallorum, Herbarum, & Resinarum.

Coloquintida in se crocum tincturæ habet, estq; in quarto gradu. Bona purgatio omnium humorum. (modò eiusdem sint gradus) sed morbum secundi aut tertij gradus minimè purgaret, tolleretq; secum partem suam ab intestinis. & sic quoq; dicendum de alijs.

Vitriolum purgat in quarto gradu omne excrementum, quod naturam à se

propellit, vt eſt Rech, ſtercus, vrina.

Scammonea ſi detur in Lepra ſuſpecta, purgat quidem, ſi non omnino infectus fuerit. Quòd ſi non purgat, actum eſt de ſemine illo.

Artemiſia curat mulieres impregnatas, quæ menſtruum habent.

Elleborus pellit per vomitum in quarto gradu.

Titimallus per ſeceſſū in quarto gradu.

Elleborus Iuſta arcanum ſuum optima medicina eſt Epilepticis.

Duo Coria circa cerebrum: interius, pia mater, poſterius dura mater vocatur.

Cruor eſt ſal egeſtum, id eſt ſeparatum, & reiectum in primo ſale.

Aer perfectius corporis membra quælibet tranſit.

In Caput quintum libri tertij.

Non eſt quiſpiam hominum dicendus Melancholicus, Phlegmaticus, Colericus, Sanguineus abſolutè: nā ſanguineus eſt omnis homo, cùm ſanguis ſit pars corporis. Quapropter dici debet aut mercurialis, aut ſulphureus, aut ſalſus à prædominatione. pro-

inde notabis, vt quod illi Choleram, tu Sulphur rubeum dicito. quod illi Phlegma, tu Sulphur album cum salibus resolutis. & quod Melancholicum dicunt, tu Mercurialem humorem dicito. Porrò quod ipsi sanguinem purgare dicunt, falsum est, sed per ea pharmaca purgant naturam salis de Alumine, & magalia genera. Est autem magalium genus quicquid fit ex mineralibus, quod ex oleitate consistere potest. Proinde quælibet pars corporis non purgando, sed mundando curatur. Est autem pars corporis sine qua corpus perfectum consistere nequit.

In Caput octauum libri tertij.

In quoto gradu quilibet morbus est, in eodem gradu recipiantur medicamina, & secundum quotam complexionem.

Sequitur Emplastrum pro fracturis & ruptura.

R. Consolidæ
Aristolochiæ rotundæ
Alchemillæ albæ an. ℥. vj.
Aristol. longæ ℥. iiij.

Therebinthinæ ℥. fiat decoctio supra membrum læsum. Caue in fracturis à bolo & terra sigillata.

Potus vulnerarius.

℞. *vini mensuras iij.*
Centaureæ ℥ s.
Alchemillæ
Peruincæ
Serpentariæ an. ℥ vij.
Diapensiæ ℥ v. fiat decoctio vulneralis.

Oleum vulnerale.

℞. *Olei communis ℥ vij.*
Florum Centaureæ
Prunellæ an. ℥ I.
Hypericonis ℥ s. ducatur in oleum in sole.

Hypericon, maximè oleum eius, sufficiens est medicina in omnibus vulneribus: sic prunella, therebinthina.

Puluis apostolicus.

℞. *Aristolochiæ rotundæ*
Consolidæ maioris an. ℥ s.

Har-

Herbarum Chelidoniæ, ſerpentinæ.
omnium partes æquales: miſce: fiat puluis.

Emplaſtrum gummatum.

℞. *Serapini*
Bdellij
Opopanacis
Galbani an. ℥ I. pòſt colaturam adde.
Maſticis
Thuris
Mirrhæ an. ʒ iij.
Ceræ albæ ad pondus omnium. fiat emplaſtrum.

Emplaſtrum mummiatum.

℞. *Ceræ lib. s.*
Picis naualis ʒ iij.
Ariſtolochiæ rotundæ
Conſolidæ an. ad pondus medium.
Olei artificialis ℥ iij. fiat emplaſtrum ſecundum artem.

Braſsatella herba eſt maximæ virtutis incarnandi.

A medicinis ex quarto gradu, ſeu rebus vltimæ virtutis compoſitis, facilè interfici poteſt patiens, idcircò cautè circunſpice.

Aranea nobilißima medicina in tertiana bene administrata.

Inuolutata aranea super thoracem cordis vel stomachi positus, curat tremorem: vnd virt aranea gel gleich einem goldt.

Oleum scorpionis curat omnia venena à stellionibus profecta.

Tyrus serpens solus medicamina ingreditur.

Cantharidum parum sumptum vrinam prouocat vehementer.

In primo gradu neq; nocent, neq; iuuant res quælibet.

Reuerberata secundi sunt gradus, Calcinata tertij. Sublimata quarti.

In caput decimum libri tertij.

Ars Spagyrica docet purum singulum cuiuscunque substantiæ separare ab impuro. Nam virtus & natura cuiuslibet rei operatur, non autem ipsa substantia. Docet itaq; ars ista facere exaltationes in gradibus vsq; in oppositionem. vbi namq; desinit natura, Spagyricus incipit. Cùm purum ab impuro separatur, feces quæ remanent nihil omnino valent. Primo igitur fiat separatio puri corporis ab impuro, estq; tunc in se-

in secundo gradu, scilicet operatiuæ virtutis. Deinde sublimatio separat corpus illud puratum à puriori per digestionem, scilicet so tu last digerieren, & supernatantia semper dispone, quousque desunt, estq́; reliquū in tertio gradu, postea distilla in sole, eritq́; in quarto gradu. Remanebit autem à lib. viij. vix ℥ I. aut paulò plus.

Substantia cuiuscunq; rei cuiusuis gradus reducendo in liquorem, & sic est in primo gradu spagyrorum, et non antea: suntq́; omnia calida: nam quantumuis res sit antea frigida per se, cùm ad manus spagyrorum venit, calida est, nec vlla remanebit frigida: nam gradus spagyrici elementorū sunt corruptiones. Quòd si aliquid in prima separatione puri ab impuro remanebit frigiditatis à primo.

Ilech est certè non ab elemento suo, quod hîc purum abstrahitur.

Libri quarti cap. primum.

Caue in excrementum hominis, nullum medicamentum quæras, vt aliqui deierāt. Arcanis tantùm mederi debes, (septē membris principalib.) quod nullius sunt complexionis. Quoduis principale membrū læsum

mortem infert præsentem: nam vbi vnum horum septem inficitur, mors est in olla, caue ergo.

Omne quod confortat Cichorea dicitur, etenim quam nos Cichoream vocamus, non est ea de qua hîc loquimur. Membra principalia non per se, sed per accidens quiddam patiuntur: aufer ergo accidens, & sanasti.

Verbena citrina summum Arcanum habet in hepate, & in paßionibus alterius elementi.

Sicut Thereniabin gummi cadit in locis aliquibus in fine Aprilis: sic quoque ex Bocellis conserua membra principalia, & non facilè mors euenit.

In Caput tertium libri quarti.

Si vitam velis conseruare, non solùm cor in esse suo cõserues, sed etiam cerebrum, hepar & pulmonem, reliquumq́ quiduis in esse suo. Nam quamuis cor sit centrum ipsius corporis atq; radix, tamen quodlibet membrum principale destructum adfert mortem.

Melißa

Melissa omnium quæ terra producit optima ad cor herba est.

Antimonium omnium aquarum cordiale maximum: restaurat enim cor, & renouat totum corpus. sic & aurum cordiale est.

Nuba quoque mannæ species est, coloris Rosinfarb: in Hibernia copiosè inuenitur.

Omne fumigans in excrementis pro cerebro est.

Cerebrum radix est omnium ligamentorum, Cor membrorum, Hepar sanguinis: proinde principalia conserua, & minora ab illis proficiscentia conseruasti.

Hepatica sunt capillis Veneris, Manna. Gamandrea, Betonica.

Vrinam prouocant Meleos, satirium, non nostrum, sed verum.

Zibetta pinguedo est, & schmeckt vvol. Crescit circa renes Zibetæ

Vitam longam conseruant Corallus rubeus. spodium, vnicornu, plumbum, calcis non adusti, sed mutata in liquorem. Ideoq; etiam spleni conueniunt.

Longè aliter senes curantur quàm iuuenes. ireos, sucastrum, hyssopus, pulmonaria sunt præcipua per quæ fel regatur, &

per ea quæ habent Diaphanitatem in se, vt sunt Myrrha, Anthos, Crocus Martis, Crocus hortensis orientalis.

In Caput quartum lib. quarti.

Apud Spagyricos sol est aurum. Vnum sunt Luna & argentum.

Lunaria vel cerebella sunt conseruantia cerebrum.

Qualitas apud spagyros est omne id quod membrum quoduis principale defendit, vt in cerebro inter piam matrem & ipsum cerebrum.

Quisquis ante debitum tempus canescit ipsius cerebrum patitur aliquid.

Excrementa cerebri non possunt in stomachum pertrahi, nec debent, sed quodlibet membrum purgari debet per suum emunctorium.

Lunaria herba maximum adfert phrenesis & maniæ remedium, quæ in cerebro consistunt,

Præterea omnis herba confortans cerebrum, hoc nomine vocari potest. Cæterùm in phrenesi & mania per calida cura, nullo modo per frigida.

Omnia

*Omnia fixa quibus ignis non nocet ſple-
etica ſunt, vt ſi eſſet aliquod arcanum in
alce, id diceretur fixum, ſed calx per ſe nō
ſt fixum. Coralles ſunt fixi, ergo ſplenetici:
uia eorum virtuti ignis nullo modo no-
ere poteſt.*

*Corneolus, Corallus, Hæmatites ſangui-
nem ſiſtunt manibus incluſa.*

*Pulmonaria cum ſubſtantia & corpore
vtenda.*

*Quicquid generatur ex Zybetta maxi-
mum remedium in renibus: ſic etiam ca-
ſtoreum.*

*Liquor vitrioli optimum eſt in felle, &
eſt oleum de Colchotar.*

Liquor lunariæ ex calidis fit arcanis.

*Eſſentia Meliſſæ, id eſt liquor. ſic quoq;
de alijs intelligit.*

*Miſterium ellebori nigri, ſcilicet de fo-
lijs ellebori.*

*Vſnea propriè eſt lungen kraut (pulmo-
naria) in arboribus creſcit.*

Florum Chelidonij,

Viriditas ſalis, id eſt, liquor.

*Tubeheleph eſt compoſitio ex corallo al-
bo & Carabe. Alij legunt Dubel-
teleph.*

In Caput sextum libri quarti.

Scironares est Autumni.

Nuba, secunda species Thereniabin.

Ilech, materiale quodlibet compositum ex tribus imis.

Hallereon, iuxta Hermetem vera Aquila est.

Quod edimus aut bibimus communiter aut omnino nihil, aut parum arcani in se habet.

Halcyon inter omnes aues plurimum in se habet rerum arcanarum.

Ilech crudum compositio ex prima materia trium primarum.

Ales crudum guttulæ sunt cadentes sæpe in nocte mense Iunio.

Oleum Mercurij & sublimatus Mercurij differunt.

Oleum cum corpore, essentia sine corpore, id est liquor quicunque in sulphure essentiæ.

Flos æris, id est. viride æris in chirurgia.

Rubedo de nigro videlic. schuartz talck.

Ametistes & ametistus differunt.

Marcasitæ vtræque, id est rubræ & citrinæ, non albæ.

In caput

In caput decimum libri Quarti.

Nullo vtaris superfluo in receptis.

Omne quod intrat receptum minerale est, & ex eorum proprietate curatur.

Quò plura conueniunt in receptis simplicia vel composita, eò indoctior medicus præscribens: nam nullum receptum vltra sex simplicia in se habere vniuersaliter debet.

Lienteria morbus mortalis, iacens in renibus, non nisi tamen sanis absq; membri principalis conseruatione non potest curari morbus.

Harmel dribkoernez, non vltra grana decem vel duodecim sunt, nec hellebori dosis vltra sex grana, quod si in vino, non vltra scrup. I.

Spasmus post sumptum helleborum, mortale signum est.

In caput secundum libri Quarti.

Quodlibet laxatiuum in se duo habet mala, alterum quod debilitat, alterũ quod

plerunq; plus secum euacuat, quàm par est. ea igitur præcauenda.

In primo gradu non est opus confortatione contra debilitationem laxatiui.

In secundo gradu conforta cum cinamomo, gariophilis, Zedoaria, calamo aromatico, zinzibere, & similibus.

In tertio gradu per nucem muscatam, folium Indi, grana Iuniperi.

In quarto gradu per terram sigillatam, corallum rubeum & album, carabe, sericum crudum, os de corde cerui.

Vt autem mitiges laxatiuum, vtere anodinis & narcoticis.

Omne igitur laxatiuum constet tribus certis energijs (soll selb dritt sthen.

Laxatiuum cordiale.

R. Colocynthidæ
Hellebori nigri
Hermodactilorum ana ℈ 1.
Diagridij
Zedoariæ
Nucis muscatæ
Coralli rubei an. ʒ s.
Theriacæ optimæ, quantum sufficit

it pro maſsa formanda.
Doſis ℈.I. vſque ad ʒ. I. & ℈ s.

Quum vis per vomitum purgare, *ſigna obſeruabis.*

Virgo, Aquarius, Piſces. ſic etiam à pro-prijs argumentum ſumitur.
In vlcerationibus non purges cum ſcam-monea, quia nimis vehemens.
Crocus Martis confortat.
Cyclamen hirtzbrunſt optimum laxati-uum per poros.

Vomitiuum vlcera habentibus in orificio ſtomachi.

R. *Præcipitati ſcrup. I.*
Theriacæ ſcrup. ij.
Macis ſcrup. s.
Fiat mixtura in modum electuarij.
Doſis à ℈ I. vſque ad ℈ ij.

Per ſeceſſum.

R. *Florum Centaureæ ℥ I.*

Hipericonis ℥ s.

Coralli rubei ℥ 1.

Succi papaueris albi pro incorporatione ad maßam ſolidam.

Doſis eſt à ℈ iiij. ad ℈ vj.

Rebi ſola ita fit: Vrinam exactè deſpumato, dan laß bÿbſchlich ſthen in triduo, poſtea abſque igne ſtet triduum in cacabo, ſal. ſo vuerſt es ein ſteinlein, eſtq; arcanum in icteritia.

Centaurea ſic etiam arcanum in icteritia habet.

Nectar compoſitum ex claro & correcto.

Laruſcus, id eſt auricula muris.

In caput quintum libri Quinti.

Epilepſia eſt morbus caducus, qui viſco quercino interdum curatur.

Peoniam ſi præpares, habes arcanum Epilepſiæ.

Balſamus confici poteſt ex gummis & reſinis.

Guaiacum lignum, verè lignum hebenum eſt.

Vlcera-

Vlcerationes omnes tam intrinsecæ quàm extrinsecæ ex salibus mineralium veniunt.

Nullo modo curatur morbus per contraria, sed quodlibet suo simili.

Consolida regalis, schuuerdt vurtz, aut ritter sporen in vuein gesotten, auff den bruch der nicht offen ist gebunden mit hartz, optimè curat.

Sophia in ruptura summum arcanum.

Braßatella in vlceribus.

Omnia ea quæ in membris principalibus conueniunt sunt ex planetis. Curant etiam vulnera, si sunt incarnatiua.

Per membra principalia vulnus curari debet: vt capitis per cerebella, hepatis per hepatica: & sic in aliȷs.

Emplastrum sine gummis nihil valet.

Corrosiua in cancerosis vtilia, si simul sunt incarnatiua, vt Arsenicum, Mercurius præcipitatus.

Primæ species syphitæ, id est Vitz dantz.

Nullus splenis morbus ad splenem ascendit.

Splen membrum est insensitiuum, nec vllo membro principali curari potest, nisi solo splene.

Tota corporis ſubſtantia eſt terra ex elementis terræ, non ex ſplene neque melancholia.

Ex cura naſcitur Theoria, non contrà, iuxta Theophraſtum.

Hydrops non venit ex quartana vel melancholia.

Poſt quartanam ſi pedes inflati ſunt, deſiit terra elementum pati in corpore.

Morbus elementalis alium inficere poteſt.

Cura in Hypoſarcha ex quartana.

℞. *Alcali de abſinthio*
Viſci quercini an ℥ I.
Liquoris de Camphora ʒ.s. miſce.

Alcali de abſnthio eſt abſinthium combuſtum, & ex cineribus fac lixiuium, pòſt ſied es ein, & in fundo inuenies alcali: ſic etiam de viſco quercino.

Boxus eſt miſtel, non viſcus: viſcus enim propriè eſt gſotten hartz, tunc protrudet de locuſtis arborum, pini, abietis, quercique.

Ex elemento aquæ non naſcitur hydrops, ſed ex terræ, proinde ex terra prodeunt medicamina.

Neq.

Neq; timor, neq; gaudium sedem habet in corde, sed in cerebro.

Lætitia autem sola in venis, id est sanguine suum habet locum.

Ex timore accenditur sal, & facit congelare sanguinem, vnde epilepsia.

Cura in morbo caduco.

℞. *seminis peoniæ*
Rutæ an ℥ s.
Liquoris vitrioli ʒ ij. reduc in potū.

Liquor vitrioli est arcanum optimum in morbo caduco.

Ex planetis ʒ iiij. nec plus nec minus.

Ex Narcoticis ʒ 1. videlicet quartam partem.

FINIS.

TOXITES
LECTORI.


T tibi prodessem, amice lector, transtuli in latinum sermonem fragmentum de modo præparandi administrandiq; medicamenta, ex Theophrasti manu. Etsi autem paucis ista verbis tractauit: tamen diligentibus ad maiora inuestiganda sufficient. Qualiacunque sunt, magnam sanè vtilitatem habent: quin ex his intelligendis etiam quæ medicamentorum præparatio, quique illa exhibendi modus Paracelso placuerit. Voluntatem nostram boni consulere velis.

DE MEDICAMENTORVM PRAEPARATIONE vniuersali.

IN præparandi ratione atque modo, hoc in primis ſcire operæpretium eſt: omnes rerum vires ac virtutes è corpore extrahendas, rerumq́ue corpora minimè ægrotantib. eſſe adminiſtranda. Hæc via cùm nondum approbata, & recepta ſit, idcirco parum hactenus in morbis effectum eſt: niſi tanta rerum virtus extiterit, vt corporis impedimenta ſuperauerit. Vt igitur præparationis viæ atque modi intelligantur, ſciendum eſt, quadruplicem eſſe medicamenta præparandi rationem, iuxta quadruplicem elemētorum ordinem. Eſt autem præparatio rerum nihil aliud, quàm puri ab impuro ſeparatio, id eſt virtutis ab ipſo rerum corpore ſegregatio.

LIQVORES.

Primi elementi ſeparatio eſt, vt her-

bæ abiectis fæcibus, in ſuccum redigantur: id quod fit in vaſe duplici: vt herbę contuſæ imponantur, vaſe bene obturato in balneo circiter biduum, ſiue triduum coquantur in liquorem, qui deinde à fæcibus expreſſus ſeparetur. Hunc deinde ad vſum ſerua in vitro clauſo: addito parum olei, ne aliquando muceat.

OLEA.

Semina ita præparato: principiò bene contundantur: deinde per alembicum diſtillentur ita, ne aduſtionem ſapiant: idq; igne aperto fieri debet, per veſicam ſubitò, ne diu in fundo reſideant ſemine. Sic & ligna diſtillabis, & quicquid pinguedinem habet.

ALKALI ſiue SAL.

Hiſce ita præparatis, obſeruandum eſt: in cineribus, qui relictis fecibus omnium rerum fiunt, ſal latere: quod proprio liquore extrahetur. Quanquam etiam cum aqua diſtillata ſal extrahi commodè poteſt.

Obſer-

Obseruatio.

Notandum eſt: non aquis diſtillatis, ſed liquoribus, eo modo, vt iam dictum eſt, præparatis, vtendum eſſe. Adeò enim ſubtiles fiunt: vt tam diu, quàm aquæ conſeruari poſſint, annum integrum. Quamobrem præſtat integra virtute, qui in liquoribus continetur, quàm aquis vti. His tribus modis omnis rerum virtus, etiam ſalis, quæ alioquin non aduertitur, à corporibus extrahitur, & incorrupta manet.

TERENIABIN.

In ſecundo gradu, ſiue elemento, quod ad Tereniabin attinet, notandũ eſt, nulla ipſum pręparatione indigere: cùm à natura præparatum atque ſeparatum ſit: veluti etiam Ilech & Iliadus.

METALLA.

In tertio verò elemento metallorum præparatio eſt eiuſmodi: vt Metalla per ſalia in liquorem reſoluantur: vt metallica corpora maneant. Eorum

enim essentia est Mercurius, qui summa eorum virtus est. quamobrem non extra corpus quinta essentia est quærenda, cùm ipsum corpus quinta essentia sit.

Eorum verò processus siue præparatio est: vt per viriditatem salis dissoluantur in liquorem, idq́; nouem vicibus. Sic enim metallum liquor manet: qui nunquam in metallum reducetur. Hunc liquorem accipe in medicinas tuas.

GEMMÆ.

Similiter etiam tota gemmarum substantia in liquorem dissoluetur, veluti metalla: sed hoc modo, vt prius cum sulphure calcinentur: postea dissoluantur: idque tamdiu, donec gemmæ totæ in liquorem resoluantur. Eodem modo Corallia, Cristalli, & quidquid in similem duritiem congelatum est.

DE

DE MODO MEDICAMENTA ADministrandi.



Edicamentis ritè præparatis, modus eadem administrandi obſeruandus eſt: quem ordine in nonnullis morbis indicabo: vnde in cæteris etiam quæ ſit adhibendæ medicinæ ratio, facilius animaduertatur.

IN FEBRIBVS.

Ante Paroxiſmum.

In Gutta.

Sine intermiſſione.

In icteritia.

Ad tertium diem, ſiue ad tres dies.

In Hydrope.

Ter in die.

In Contractura.

Ter in die.

In Vlceribus.

Bis in die.

In vulneribus.

Bis aut ter pro ratione vulneris: in fine ſemel.

In Podagra.

De nocte.

In Menſtruis.

Secundum tempus ſuum.

In Colica.

Semel aut bis in doloribus.

In Vertigine.

Sine intermiſſione.

In Peſte.

Semel intra & extra.

In Apoſtematibus.

Quotidie bis.

Si his adminiſtrationibus non curatur æger, derelinquendus erit.

F I N I S.